



[illegible] ANTONIIAS GEORGIO

[illegible] AE P O S I T I
[illegible] I O L A N E N S I S,

[illegible] ARD. ALEXANDRINI,

[illegible] PRAESTANTISSIMI

[illegible] Decretalium, De Appellationibus,


[illegible] earundem Quartum

[illegible]mentaria,

[illegible]ORVM DOMINVM

[illegible] illustrata,

[illegible]







IO. ANTONII À S. GEORGIO PRAEPOSITI MEDIOLANENSIS, AC CARD. ALEXANDRINI, I. C. PRÆSTANTISSIMI,

In Tit. Secundi Decretalium, De Appellationibus, Atque in earundem Quartum Commentaria,

ERVDITISSIMORVM HOMINVM Adnotationibus illustrata,

Omnibus iuris vtriusque studiosis, forensiumque causarum patronis vtilissima, ac necessaria,

Cum Summarijs, & Indice rerum ac verborum memorabilium locupletissimis,

Hac in editione summo studio, atque diligentia ab innumeris mendis repurgata.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXVIII.

LECTORI.



Vetus erat consuetudo, nec immeritò adhuc obseruari fas est, scripta excellẽtissimorum virorum quàm maxima possit diligentia custodiri: Ea etenim est virtus, non modò seipsos laboribus & vigilijs extollere, verum etiam aliorum opera illustria commendare, atque gratiam honori addendo, posteris memoriam ipsorum relinquere. Hinc tantus honor effluxit, vt cum hodierno die homines illustriores fiant, priscorum auctoritate, & ipsorum honori incumbentium virtute functi, Deo immortali atque simul ipsis deuinciantur. Quapropter veteri institutioni nos inhærentes, semper eo studio, cura, atque impensis (quoad fieri potuit) inuigilauimus, vt omnibus hominibus prodesse valeamus: ex quo & si munera olimpica non simus adepti, tamen optimam mentis nostræ voluntatem ostendere conati sumus. Multa equidem (Lector) typis nostris excusa inuenies, atque ea, si quid antea deprauatum versabatur in studiosorum manibus, purgata & illustrata: sed quanti fecimus Ioannis à Sancto Georgio opera omnia, in hunc præsertim titulum de Appellationibus singularem prælectionem, tu ipse inspicere poteris: innumeris namque erroribus tradimus eum emaculatum, atque non sicut antea sparsim vagabatur, sed vnà cum commentarijs in quartum Decretalium inserere curauimus, vt inde commodius faciliusque tanti viri eximiam virtutem præ oculis habeas. Læto igitur animo suscipito, quæ nunc (cum maiora non liceat) hac postrema impressione in medium afferimus: In posterum Deo annuente eiusdem summi viri commentarios in Decretis pari diligentia recognitos propediem habebis, vt hinc nostri amoris in iuris canonici studiosos propensionem agnoscas. Vale.

A 2

CATALOGVS DECRETALIVM HISCE IN COMMENTARIIS SVPER TITVLVM

De Appellationibus contentarum.

IOAN. ANTONII A' S. GEORGIO, PRAEPOSITI MEDIOLANENSIS ET CARDINALIS ALEXANDRINI, IVRECONS. PRAESTANTISSIMI,

In Titulum de Appellationibus Commentaria,

Eruditiſsimorum hominum Adnotationibus illuſtrata fęliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſt relationem, vel recuſationem, veniunt retractanda, ſicut attentata poſt appellat. reuocanda.*
2 *Geſta per iudicem referentem, qualiter veniant retractanda. & vide nu. 6.*
3 *Attentata per iudicem recuſatum, annullat & irritat tunc demonſtratio & recuſatio abſque vlla citatiōne, quando iudex eligit arbitros.*
4 *Geſta pendente relatione, quando non valeant.*
5 *Poteſtas quanta iudicis a quo, pendente appellatione.*
7 *Recuſatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, perinde ac appellatio.*
8 *Appellatio trifariā accipit, latiſſime, late, & proprie, qđ limi. nu. 11. et 26.*
9 *Sententia iniqua vt retractetur, peti poteſt, & quæ ſit vis eius petitionis.*
10 *Appellari pōt a ſnīa eius iudicis, qui pōt adiri, & eius officium implorari.*
12 *Statutū loquens de appellatione, nō hēt locū in appellatione extraiudiciali.*
13 *Appellatio iudicialis eſt quadruplex, ex mente Bal.*
14 *Appellare non licet ab interlocutoria indiſtincte.*
15 *Appellatio ad quid inuenta & introducta, & nu. 68.*
16 *Appellatio ab actu extraiudiciali, an ſit prohibita, et in quib. nu. 17. & 66.*
18 *Appellare an liceat a vicario ad epiſcopum.*
19 *Appellatio debet interponi ad ſuperiorem. & nu. 29. & 30.*
20 *Epiſcopatus eſt apex dignitatum.*
21 *Papa eſt ordinarius iudex vbique, cumq; ordinario quouis concurrit.*
22 *Appellatio varie diffinitur. Et quid tandem, ex ſententia Barto.*
23 *Verborum & nominum ambitioſa diſceptatio, Legiſtis indigna, obſtinatis & pertinacibus eſt relinquenda.*
24 *Fallentia vna non immutat diffinitionem vel ſubſtantiam diffiniti.*
25 *Appellatio ſententiam ne extinguat, aut potius ſuſpendat, diſting.*
27 *Appellatione interpoſita, non requiritur alius libellus, ſed ipſa ſcriptura præſentata iudici ad quem ſuccedit loco libelli.*
28 *Sententia in dubio intelligitur de diffinitiua, & id quidem propriè.*
31 *Appellatio alternatiue interpoſita ad ſuperiorem, an valeat.*
32 *Iudex ſuperior quis dicatur? Et an a ſententiæ Papæ valeat appellatio? Et quatenus poſſit illi, vel peccanti denunciari, nu. 33.*
34 *Appellari ne poſſit a ſententia epiſcopi ad concilium prouinciale.*
35 *Appellatio an ſit licita a concilio vniuerſali ad Papam, nu. 37.*
36 *Papa ſolus ius habet concilij conuocandi.*
38 *Appellare an liceat a ſententijs Legatorum ad Papam. Et quid de Cardinalibus, & Imperatore. vide nu. 39. & 41.*
40 *Cardinales non iurant fidelitatem Papæ. Et quid ita.*
42 *Appellatio non admittitur a quouis principe nō recognoſcente ſuperiorē. Et quid de Regib. recognoſcentib. ſuperiorē, habētib. regna in feudū. nu. 43.*
44 *Appellatio non habet locum, vbi quid arbitrio alterius commiſſum eſt.*
45 *Quod iuramentum expectatur ab eo, cuius arbitrio quid commiſſum eſt.*
46 *Sententia lata caſu fortuito, & alia corrigi a quoquam non poteſt.*
47 *Appellatio a delegato dirigitur ad delegantem tanquam ſuperiorem. Et quid de ſubdelegato delegatorum. vide nu. 48.*
49 *Appellatio ad quem ſuperiorem interponatur a ſententijs ordinariorum alicuius Principis, vel ciuitatis. diſting.*
50 *Appellatio non immutat naturam cauſæ principalis.*
51 *Cauſa appellationis poteſt delegari.*
52 *Superior quis foret ī ſnīis latis ab ipſo Rectore collegij īter ipſos collegiatos. Quid de clericis iudicātib. in tēporalib. & inter laicos, diſting. nu. 53. 56.*
54 *Pluralitas & diuerſitas dignitatū pariatne diuerſos ſuperiores, & nu. 55.*
57 *Superioritas in appellando non attenditur ratione dignitatis.*
58 *Appellare an et qn̄ poſſit a ſnīa arbitri, tā de iure ciuili, q̄ canonico, et n. 59.*
60 *Appellari an poſſit a ſententia arbitratoris.*
61 *Appellari an poſſit a ſententia, quæ fertur per iudicem aditum ſuper reductione. Et quid in ea appellatione debeat exprimi, nu. 62.*
63 *Læſionem factam quis probabit in cauſa appellationis.*
64 *Iudex quis erit in recurſu contra ſententiam arbitri, ſiue arbitratoris.*
65 *Regu. non deductum deducam, non probatum probabo, habet locum in cauſa reductionis, ſicut in appellatione.*
67 *Appellatio extraiudicialis quid ſit.*
69 *Appellationis effectus, quis, quotuplex ſit effectus. vide per diſcurſum. nume. 70. 71. 73. 74. 75. 76. 78. 79. 80. 81. & 82.*
72 *Appellatio bis tantum iterari poteſt.*
77 *Reconuentio non habet locum coram iudice appellationis.*
83 *Sententiæ forma iudicis ad quem in cauſa appellationis. & nu. 84.*
85 *Iudex appellationis poterit ne pronunciare ſuper omiſſis, ſi hoc ipſum ſpecifice ab eo non petatur.*



Sta rubrica continuari pōt ſm̄ Goſ. ad p̄cedentes hoc ordine. Vidimus s̄. telā iudiciorū & ſingula quæq; vſq; ad ſnīam. Verū quia grauati p̄ ſnīam releuari quærunt, & ipſa appellatio non aliud eſt q̄ releuatio, alias leuamen à grauamine, c. ſuggeſtū, & c. cū ſpeciali. §. porro. j. eod. Ideo congruēti ordine ſubiecta eſt hæc rubrica de Appel. Vel aliter ſm̄ Ioā. An. hic, & eſt cōtinuatio magis ad proxima, iuxta ea quæ habent in l. 2. ff. de ſta. ho. Viſum eſt s̄. de ſnīa & re iudicata, verū quia tūc demum ſnīa tranſit in rem iudicatā, qn̄ non eſt appellatum, & ſi eſt appellatū, non tranſit, c. quo ad cōſultationē. & per totum, s̄. ti. j. l. ab eo. C. qūo, & qn̄ iud. Ideo poſt tractatum de ſnīa & re iudicata, congruēti ordine annectit illa rubrica de Appel. Verum quia appel. ſuſpendit iuriſdi. iudicis a quo, c. non ſolū. & c. ſi a iudice. cū ſimi. eo. ti. lib. 6. Et ſicut appellatio ſuſpendit iuriſdi. iudi. ita ēt recuſatio & relatio eiuſdē iuriſdict. ſuſpendit. Ideo Papa ne neceſſe haberet tres tractatus facere, ſed vnū p̄ ſingula quęque, iſta cā cōmodioris breuitatis, illa tria cōiungit in eadē rubri. Ita hic Io. An. Continuationē. n. ad proxima & non ad remota fieri debere reſpōdit eleganter Iureconſultus in l. 2. ff. de ſtatu homi. Et ex illa continuatione Io. An. colligit Bal. in l. fi. C. de rela. colligit
1 etiam Lap. ſua allega. j. in j. col. † qđ habemus notare, q̄ ſicut attē-
a tata poſt appel. veniūt reuocanda, ita attētata [a] poſt relationē, vel etiam

ADDITIO.

a ¶Attentata poſt appellationem. Adde, quando attentatorū reuocatio fieri poſſit appel. pendente, & quando non, Alex. in conſi 99. incip. viſis proceſſib. per totum conſi. fol. 79. in 5. vol. Aliquid per Pau. de Caſt. in conſi. 216. incip. Per ea comprehēdo. in 2. parte conſi. Item adde, nunquid ſtatim propoſita recuſatione ſit ſuſpenſa iuriſdō iudicis, vt amodo non poſſit in cā procedere, vide Inn. in c. cum ſpeciali. infra eo. vbi dicit q̄ non meminit ſe legiſſe q̄ iudex procedere non poſſit, & ſic propoſitio ſuſpitionis & recuſationis non ligat manus iudicis recuſati. Et idem ſentit Spe. in tit. de recuſā. §. qualiter ante finē, vbi dicit q̄ proceſſus habitus poſt recuſationem n tenet. Idem tenet Ang. de Peru. ff. de appel. ſuper rub. Sed Hoſt. tenuit contrarium, & dicit ſe audiuiſſe à d. In. vt refert Ioan. And. in d. c. cum ſpecialis. & idem dicit & ſequi vr̄ in c. j. de appel. lib. 6. vbi dicit, q̄ iſta tria, ſ. appellatio, recuſatio, & relatio, ponuntur & iudicantur ad paria. Et q̄ ſicut geſta per iudicem à quo poſt legitimam appellatio. ſunt nulla, ff. nil noua. appella. in rubro & nigro, ita geſta poſt recuſationem. hoc idem tenet Barto. in l. quia poterat. ff. ad Trebellianum.

etiam post recu.veniunt retractanda.& ita etiam colligit hic Pa-
nor.& hanc opi.tenuit etiam Ioan.An.in c. legitima. eodem tit.
lib.6.& etiam ibi Gemi.Et primo incipiendo a relatione.Et q̃ re
latio suspendat,habetis tex.in c.licet,supra de offi.lega. Et etiam
bo.tex.in c.ex insinuatione,in ratione sui,infra eo.Et habent Le
gistæ tex.in l.ex illo.C. eodem titu. Bart. tamen in l.j.C. de rela.
2 per illum tex.† dixit, quòd licèt relatio suspendat iurisdictionem
iudicis referentis,quòd tamen gesta per eum non veniunt retra-
ctanda,per viam attentati, sed necesse sit appellare. Et si pars nõ
appellet,quòd valeant. & ponderat illum tex. ibi. & videtur hãc
opi.sequi in l.ex illo. C. eo. Sed in veritate cõis opinio omnium
scribentium est contra eum in locis supra allegatis, contra Bart.
& ita Ioan.de Anania in l.ad principem.ff. eod.adducens sex ra-
tiones contra Bar. quibus tamen respondet ibi Ang. de Are. Nã
non dicitur innouare iudex, qui relatione pẽdente procedit,sed
videtur tacite remissionem quam fecit reuocare: ideo relationẽ
nollet expectare, iuxta no.in l.quod iussit.ff.de re mili.& quæ di
cam in c.cum cessante,infra eo.Et inter cætera contra Bar.indu-
cunt tex.in d. l. ex illo, hoc modo inducendo. Nam ibi Impera-
tor æquiparat quo ad suspenden.iurisdictionem iudi. appel.& re
la.Et ita ibi summat etiam Bart.si ergo æquiparata sunt, certe pa
rificatorum debet eadem esse censura,ca.translato.supra de con
stitu.l.fi.C.ad l.Falci.facit glo.in c.constitu.& in c.non solum.de
reg.li.6.Sicut ergo æquiparatur appella. ita suspendit iurisdictio.
iudi.quod gesta per eum reuocantur in viam attentati,c.non so-
lum.eodem titu.lib.6. c.ex parte,supra de rescrip.l.chirographis.
§.j.vbi bonus tex.ff.de admini.tut.l.vnica.ff.nil noua.appel.pen-
den. ergo & relatio,cum suspendat ita sicut appellatio operabi-
tur effectum, vt attentata per iudicem debeant retractari in viã
attentati,etiam si non sit appellatum. & ita Ang. de Are. in rub.
ff.e.in 2.col.Non obstat modo.l.j.C.de rela. quia ille text. loqui-
tur ante factam relationem, licèt postq̃ dixerat de ea facienda,
nondum tamen eam fecerat. Nam illo casu,quando iudex dicit
fiendam relationem & litem esse dubiam, non est in totum ab-
dicata iurisdictio ab eo, & propterea gesta per eum valent. Sed
quia quòd dixisset relationem fiendam, non habita declaratio-
ne de dubio,nõ debuisset ad vlteriora procedere, d.l. j. & in hoc
grauauit partem,ideo pars potest appellare.Et ita sensit Bal.in d.
l.fi.C.de rela.& pro hac solu.facit de brocha,quod voluit Bal. in
3 simili in l.j.si quacunque prædi.pote. vbi Bald.dicit, † quòd tunc
demum recusatio annullat attentata per iudicem recusatum abs
que alia appellatione, quando iudex iam elegit arbitros, & sic
abdicauit pro illo medio tempore a se cognitionem: sed si non-
dum elegisset arbitros, cum in eo remaneat etiam iurisdictio,
licèt aliqualiter elisa per recusationem propositam, valent ge-
sta per iudicem, sed pars potest appellare. Et pro hac opinione
facit optime textus in c. iudex quam ab Apostolica. libro sexto,de of-
ficio delega. vbi est textus. Et prædicta notate, quia quotidie
versantur in iudicijs, cum vt plurimum per statuta Italiæ dispo-
natur, quòd parte petente super articulo dubio eligi consilium
sapientis, quòd iudex teneatur eligere illo casu, & talis electio
huius sapientis & commissio articuli sibi facta habet vim rela-
tionis. Et sic post hanc commissionem ille iudex, qui commisit,
nil poterit attentare in præiudicium partis. Et si attentauerit,po
terunt reuocari in viam attentati ea quæ gessit. Et materiam re-
4 lationis plenius attingam in c. intimasti, infra eodem. ¶ † Faci-
te ergo regulam, quòd si ex necessitate legis,vel statuti, vel pro-
pter formam rescripti remissa est causa consulenda, non valent
gesta pendente relatione, Bar.in l.j. ff.nil noua.appella. penden.
Fallit de consensu partium, nam tunc posset iudex procedere,
& valerent gesta.Ang.de Per. & Ang.de Aret.in l.j.§.quæsitum.
ff.eo.Fallit secundo quo ad instructionem causæ, puta recipere
productionem iurium tamen consultori transmittendam,c.con
5 stitutis,in simili,in argumẽ.ex eo quod dicitur de legato.§.j.eo.† fa
cit simile,quia & iudex a quo,pendente appellatione nihilomi-
nus potest omnia, quæ tendũt ad faciliorem expeditionem cau-
sæ appella. vt videbimus in c.cum teneamur,infra eod.& ita fir-
mat Paul.de Castro, licèt Bar. ibi tenet contra. in d. l. ex illo. Si
autem remissio est facta ad consulendum voluntarie,quia iudici
sic placuit:& tunc etiam secundum communem opinio. supra
6 relatam sit regula, quòd gesta† per eum pendente relatione non
valent,& dicuntur attentata,d.l.ex illo. Fallit primò,si de cõsensu
partium procederet per proxime dicta.Fallit secundò quo ad in-
struendam causam,recipere potest iurium productionem,Paul.
in d.l.ex illo.Fallit tertiò,quando iudex expresse reuocaret suam
interlocutoriam,per quam remiserit causam cõsulendam, quod
potest,iuxta gl.in l.j.§.fi.ff.de præto. stipu. nam tunc potest pro-
cedere non expectata relatione, quæ reuocata remissione non

dicitur pendere proprie amplius. Ita Angelus de Aretio in l.j.§.
quæsitum.ff.eod. intelligens quod expresse reuocet,nec suffice-
ret tacita reuocatio procedendo,argumen.l.siue pars. C.de dila.
Ita intellige quæ dixi ex mente eiusdem supra in principio hu-
ius articuli. Vbi tamen remissio esset facta ad principem, & ex-
pectaretur eius responsio,gesta medio tempore essent nulla, ca.
licet.de offi.leg.l.ad principem.ff.eo.ita Ange.de Are.in d. l. j. §.
7 quæsitum.ff.eod.propter reuerentiam principis. ¶ † Circa illud
quod dictum est de recusatione per Ioannem Andream hic, q̃
recusatio suspendit ita iurisdictionem iudicis sicut appella. Vos
dicite quòd de hoc est glo. 2.quæstio.6.c. quotiens.est glos.3.q. 5.
c.quia suspecti. est glo.in c. iud.ab apostolica. in verbo,propona
tur.de offi.delega.lib.6. facit glo.iuris ciuilis in l.fi.C.de sentent.
& interlo.om.iudicum.voluit Barto.in l.quia poterat.ff.ad Treb.
voluit Sali.in l. apertissimi.C.de iudi.licet Innocen.in c.cum spe
ciali,infra eod.teneat contrarium. & ibi disputabo hunc articu-
lum. Et pro concordia harum opi.videte Bald.quem supra retu-
8 li,in d.l.vnica.C.si quacunque prædi. potest. ¶ † Expedita conti-
nuatione, debetis scire quòd illud verbum, appellatio, trib.mo
dis sumitur,latissime,late, & proprie. Latissime sumitur pro qua
cunque inuitatione & sine petitione, vt est tex.in l. item apud
Labeonem.§.appellare.ff.de iureiurã. per quem text. hoc voluit
Barto.in l.j.ff.eo.in princip.vbi dixit, quòd hoc modo appellare
sumitur latissimè. Sumitur secundo etiam appellatio late,& illo
casu sumitur pro prouocatione ad iudicium, & omni implora-
tione retractationis, siue petatur per offi.iudi.principaliter, siue
incidenter,siue per exceptionem. ita Domini, de primo est tex.
in c.cum sit Romana.& in c.bonæ,infra eod. & ibi dicam. Nam
appellatio extraiudicialis est ad iudicium prouocatio. Et tamen
vocatur appellatio,vt ibi.De secundo est glossa secunda, quæst.
sexta. c. quod si a iudicib. iunctis his quæ habentur maxime per
9 Imo.in c.dilecti.supra de arbi. † & quæ habentur per Bald. in l. j.
C.de arbi.in quibus locis probatur, quòd sententia iniqua arbi-
tri potest peti retractari, secundum distinctionem tamen de qua
ibi,& illa petitio sapit vim appellationis, & tamen est simplex
imploratio off. iudicis. faciunt quæ habentur in simili in l. si so-
cietatem.§.arbitrorum.maxime per Bar.ff. pro socio. Per Cano-
nistas abunde in c.Quintauallis, supra de iureiuran. & voluit ibi
Barto.in fi. quod vsq; adeo hoc procedit, q̃ in pacto inter partes
de appellando a sententia arbitri capitur appellatio pro reclama
tione.Bal.in addi.ad Specu.in tit.de arbi.in 5.col.& in 2. quinim-
mo dixit notabiliter Bal.in addi.ad Specu.in 7. col. versi. sed po-
ne,quod si quis petẽs reductionem, diceret simpliciter appello,
vel similia verba appellatio. importantia, resoluetur sua petitio
10 in simplicem implorationem reductionis, per prædicta. ¶†Et
ideo dixit Barto.in l.fina.& ibi Ang.de Are.ff.de appellatio.reci.
quòd quotiescunq; iudex potest adiri, & eius officium implora-
ri,ne ei fiat in persona, vel in bonis præiudicium,tunc etiam po
terit appellari a tali actu extraiudiciali, hoc est se submittere pro
tectioni iudicis, argumen.l.de pupillo.§.si quis ipsi. cum similib.
ff.de ope.no.nuncia.Et ad hoc idem facit glos. quæ solet allegari
pro singulari,in clemen.j.in verbo, oneramus. de iure patrona-
tus. dum ibi vult, q̃ sententia lata per eum,cui erat cõmissa cau-
sa,q̃ secundum cõscientiam suam iudicaret,potest peti retracta-
ri si enormiter lędat.Et illud sapit vim appellationis,vt etiam ibi
no.de quo etiam in c.statutum.§.assessorem.vbi per glo. & Doc.
de rescri.lib.6.De tertio est tex.in l.non distinguemus.§.cum qui
dam.ff. de arbi. vbi exceptio doli posita contra sententiam arbi-
tri dicitur sapere appellat.Et faciunt quæ habentur in l.2.C.de ar
bi. per Canonistas, maxime Imo. in cap. dilecti. supra de arbit.
11 ¶ † Et hoc modo capiendo appellationem procedit quod dixit
Bar.in l.j. in principio.ff. eodem . vbi dixit, quòd triplex est ap-
pellatio, iudicialis interposita a diffinitiua, iudicialis interposi-
ta ab interlocutoria,& tertia species extraiudicialis. Et his mo-
dis duobus capiendo appellationem statutum loquens de ap-
pellatione non interpretaretur, nec late, nec latissime, per ea
quæ habentur in l. j. §.si is qui nauem. ff.de exerci. cum similib.
& hoc voluit in his terminis Domi. Anto. & Panormita. in ca.
bonæ, & in d. cap. cum sit Romana, infra eod. vbi videbimus.
12 † Vbi dicunt, quòd statutum loquens de appellatione non habet
locum in appellatione extraiudiciali, & statutum particulariter
loquens de appellatione a diffinitiua,non habet locum in appel
latione ab interlocutoria, nisi publica vtilitas, vel alia vrgens
ratio aliud suadeat. Ita Paul. de Cast. consil. 23. incipiente, In
Christi &c. viso puncto. Et ideo cum præstatio consilij sit actus
ex toto priuati, nec iudicis, nec in iudicio gestus, neq; extra, a
præstatione consilij non appellatur,sed sufficit contradici.Bald.
in additio.ad Specul.eod.tit.col.12.Tertio modo sumitur appella
tio

13 tio proprie, scilicet pro iudiciali.¶† Et illa secundum Bald.hic, in
rubri. potest esse quadruplex, anteiudicialis, & tamen fiet circa
iudicium, puta facta ante litem contestatam: nam litis contesta
tio est fundamētum iudicij, nec ante eam proprie est iudicium,
§.omnem.in Authentica de litig.l.amplius non peti, & ibi habe
tur.ff.rem ratam habe.cum similibus. Nam ante litem contesta-
tam bene potest appellari, & est iudicialis illa appellatio, quia
circa iudicium. Sed stricte considerando dicitur anteiudicialis,
& de hac est tex.in cap.significante.in c.Rodulphus.& in c.dile-
ctis filijs. el secondo, cum simil.s̄.de rescrip. Secunda species hu-
ius appellationis est, quæ fit inter litem contesta. & sententiam,
& potest appellari intraiudicialis.& de hac est tex.in c.j.supra de
14 dilatio.& procedit hoc de iure canonico indistincte.¶Sed de iu-
a re ciuili ab interlocutoria [a] non indistincte appellatur, vt voluit
Bart.& communiter Legistæ in l. 2. ff. de appellatio. reci. & in l.
ante sententiæ.C.quomodo appella.non recipi. & similiter nec
prima species habet indistincte locum de iure ciuili. Tertia spe-
cies est, quæ proprie est iudicialis, scilicet interposita ab ipsa sen
tentia diffinitiua, & hæc siue de iure ciuili, siue de iure canonico
regulariter locum habet.immo voluit glos. singularis, ꝙ in om-
nibus casibus sit permissa appellatio a diffinitiua, nisi reperiatur
prohibita.est glo.in l.qui restituere.in verbo, restituatur.ff.de rei
vendi. quam ad hoc ponderat Bald.in l. vnica. C. si de momen.
possess.fue.appellat.3. col. & hanc etiam allega. hic D. Philip. &
allegat bonum tex.in l.si quis prouocatione.C. eod. Sed ego do
tex.ad literam, & ibi glo.in l.& in maioribus. C. eod. Quarta est
species appellationis, quæ appellantur postiudicialis, scilicet q̄
interponitur post sententiam ab executione ipsius sententiæ.
Nam si executor excedat modum in exequendo, potest appella-
ri, l.ab executore. ff. eo.l. ab executione.C.quorum appella.non
reci. ca. quo ad consultationem. & ibi habetur, supra de re iudi.
cap.super quæstionum.§.j.supra de offic.deleg.c.nouit.& ibi ali-
quid videbimus. j̄. eod. & illa habet locum tam de iure ciuili q̄
de iure canonico. Ad rem ergo nostram nos in hoc titulo, quan-
tum attinet ad primam partem rubricæ de appellationibus, de
omni specie appellationis tangemus, & habetur de materia 2. q.
6.per totum.reperitur in 6. & in cle. De secunda parte rubri. de
relationibus, tangetur aliquid in c. intimasti. infra eod. habetur
2.quæstio.6.cap.biduum.in fi. De tertia parte, scilicet de recusa-
tionibus, habetur secunda quæstio.6.cap.quoties.3. q. 5.cap. quia
suspecti.habetur & videbimus late in c.cū speciali.& in c.secun-
do requiris.j̄.eo. Et debetis scire, quòd Iurisconsultus in l.j.in prin.
ff.eod.dicit appellandi vsum summè vtilem & necessarium, &
propterea inuentum propter iudicantium iniquitatē & imperi-
tiam corrigendam. & propterea ex quo vtilis est & necessarius,
ideo diligenter aduertendum, l.legaui.ff.de libe.leg.l.nam ad ea.
15 ff.de legi. † Ex quo dicit inuentam appellationem propter iniqui
tatem corrigendam. Intelligatis vos, siue iniquitas proueniat ex
proposito, siue re ipsa: nam alias sequeretur, si appellatio esset in
uenta propter iniquitatem ex proposito incidentem corrigen-
dam, quòd ex nouiter deductis, vel propter nouas probationes,
quas vellet pars inducere, non posset appellare, quod est falsum:
quia propter nouas probationes etiā bene potest appellari abs-
que alio dolo, tex.est in l.per hanc.C.de tempo.appellatio. habe
tur in cap.cum Ioannes eremita. supra de fi. instrumen. in c.fra-
ternitatis, supra de testib.in cle.2. de testib. Et ideo debet intelli-
gi propter iniquitatem, siue ex proposito, siue re ipsa incidentē:
nam ex quo nouas habet probationes, quas omisit re ipsa, appa-
re læso. Et ita voluit Barto.in l.j.in princip.ff. eodem titu. & per
hoc resultat illud no.quia licèt non grauetur per sententiam dif-
finitiuam, tamen appellatur ab ea, vt est tex. & ibi Bart. in l. ait
prætor.§.permittitur.ff.de mino. Ex quo dicit textus, iniquitatem
corrigendam. Etiam aliud elicitur, ꝙ cum appellatio sit inuenta
propter corrigendam iniquitatē sententiæ, quòd si iudex iniquè
iudicauit, & pars omisit appellare, quòd tamen contra iudicem
in sindicatu potest agi ad ipsum puniendum tanquam fecerit li-
tem suam. Ita voluit Bart.in d.l.j.in principio. Ita voluit Innocen.
& ibi communiter Canonistæ, maxime Imo. in 9. col.in ca. sæ-
pe, infra eodem, & ibi aliquid dicam. Imo quod plus est, etiam si
appellasset, & ex negligentia permisisset labi tempus ad prose-
quendum appellationem, vel aliter renunciasset appellationi,
posset tamen agi contra iudicem in sindicatu, & ista est glo. no.
quam ibi sequitur Imo.& communiter scribentes in ca.pastora-
lis.§.quia verò, supra de officio delega. Imo quod plus est, dato
quòd quis appellasset a sententia & succubuisset, & in prima ap
pellatione & in secunda, quo casu non licet ei tertio prouocare,
c.sua. infra eodem.l. vnica.C.ne liceat tertio prouoca.& sic sen-
tentia transiuit in rem iudicatam, & habet paratissimam execu-
tionem, clemen. vt calumnijs, de re iudicata. tamen iste poterit
agere in sindicatu contra iudicem.istud fuit dictum Ang.in lege
si filius.ff.de iudi.& Innocen.in d.cap.pastoralis.§. quia vero. Et
hæc dicta eliciuntur ex tex.in d.l.j.in princi.hoc modo inducen-
do. Nam vbi variatur causa, res, vel persona, diuersum est iudi-
cium: nec iudicatum in vno nocet in alio. Ille est tex. in l. cum
quæritur.cum l.seq.& seq.ff. de except. rei iudic. Sed in appella.
principaliter petitur, vt iniquitas sententiæ retractetur, quia pro
pter hoc est inuenta appellatio, d.l.j.in princip. Sed quando agi-
tur contra iudicem, qui fecit litem suam, deducitur diuersa & a-
lia causa, & principaliter aliud petitur, quia petitur, si agitur ciui
liter condemnari iudicem ad interesse. Si agitur criminaliter, pe
titur condemnari pœna arbitraria, d.l.si filius. & l. fina. ff. de var.
& extraordina. cogni. Institu. de obliga. quæ ex quasi malefi. in
principio.¶Ecce ergo, qualiter libellus appellationis, siue ipsa
appellatio ad aliud tendit, & aliud in ea petitur, quàm quando
agitur contra iudicem, eo quia fecerit litem suam. si ad aliud tē-
dit, & aliud petitur, ergo res iudicata in vno non nocet in alio,
ergo appellatio omissa in vno non nocet in alio: ergo licèt non
possit appellare in vno, quia bis appellauit, poterit appellare in
alio. Et ex prædicta causa, propter quam dixi inuentam esse ap-
pellationem, d.l.j. in principio, dum in ea dicitur, quòd inuenta
16 est appellatio vt iniquitas iudicantis corrigatur. † Habes secun-
dum Bal.hic inferre, quòd regulariter appellatio ab actu extraiu
diciali videtur esse prohibita: nam si appellatio est inuenta vt
corrigat iniquitatem iudicis, non possumus dicere iniquitatem
esse in iudice in actu extraiudiciali, quia eum nō gerit vt iudex.
Faciunt quæ habentur in c.conquerente.in simili, supra de resti-
tu.spoliato.in l.meminerint.cum similibus. C.vnde vi.in l.a pro
17 cedente.C.de dilatio. ¶ † Et ideo dicit Bal. quòd ab actu extraiu-
diciali non appellatur, nisi in casibus a iure expressis. De hoc ta-
men & veritate eius dicam in cap. bonæ, infra eodem. habetur
in c.dilecti, supra de maio.& obedien.per Barto.in l.fina.ff.de ap
pellatio.recip.per Bal.late in l.hi qui ad ciuilia.C. eod. & aliquid
in l. j. C. de arbit. Alius effectus propter istam causam resultat,
quia cum appellatio sit inuenta propter corrigendam iniquita-
tem, etiam & par in parem non habet imperium, cap.innotuit,
cum vulgaribus, supra de electio. Ideo appellatio de pari ad pa-
b rem [b] interponi non potest, l.j.§.si quis a iudice.ff. eo.† Et ideo se
18 cundum Canonistas, qui voluerunt cōsiderare superioritatem,
quam habet episcopus supra suum vicarium, vt possit eum reuo
care, & alias superioritates, c.suam.& toto titu. supra de offic.vi-
ca.habetur in clemen.fina.de procu. Sed considerauerunt, quòd
tribunal vicarij & episcopi est vnum & idem tribunal: ideo vo-
luerunt, quòd de vicario ad episcopum non possit appellari, c. 2.
de consue.lib.6.tamen Legistæ volunt, ꝙ a sententia vicarij ap-
pelletur ad constituentem, seu ad suum episcopum, l. a procon-
sulibus.l.præcipimus.C.eodem. Et ibi Bal. & Ludoui.de Roma,
dixerunt hos casus esse singulares in singularibus suis. & potuit
esse ratio Legistarum, quia ipsi voluerunt considerare superiori-
tatem prædictam. Bal.in additio. ad Specu.in titu. de appellatio.
in 28.colum.in versi.appellatur a vicario. tenet non appellari re-
gulariter a vicario ordinarij ad ipsum ordinarium. Ad l.a procon
sulibus. dicit, quòd ponit speciale in vicarijs illorum præfecto-
rum prætorio. & illius l. intellectum, ac omnem istam materiā
ponam in c.dilecti filij prior, infra eod. vbi diffuse dicam. in vi-
cario tamen foraneo, vel in temporali iurisdictione tantū, quam
haberet episcopus, de vicario appellatur ad episcopum. Calde-
ri.in rubrica eodem consilio secundo, communiter omnes in d.
19 cap.2.& in clemen.& si principalis, de rescript. ¶†Resultat etiam
a fortiori alius effectus, quia de maiori ad minorem appellari
non potest, cum minor in superiorem non habeat potestatem,
c.inferior. 21.distinct.cum vulgaribus. Et sic necessario infertur,
quòd

ADDITIONES.

a ¶Ab interlocutoria. Adde, an appellari possit viua voce ab interlocutoria, Paul.de Cast.in consil.270. incipi.Super primo dubio.versi. Super secundo dubio.in primo volumi. Et an appellatio ab interlo.a statuto prohibita restringatur ad meram interlocutoriam, ita quòd possit appellari ab interlocu. quæ non potest reparari, vt iudex admittat probationes non admittendas, consuluit Philip.Corn.consi.35.incip.Circa primum, per totum cons.fo.35. Et quādo dicatur mera interlocutoria, in d.consi.35. versi. Quæ sit mera interlocu. circa prin. Et nunquid possit appellari a sententia interlo.tradit Do. Iason in l.arbi.in princ.ff.qui satisda.cog. A sententia tamen interlo.quæ trahit secum executionem, ꝙ possit appellari etiam de iure ciuili, tenet idem Do. Iason in l.nemo potest.in 2.lectu.col.13.ff.de lega.j.

b ¶De pari ad parem. Adde non valere consuetudinem, vt appelletur de pari ad parem, vel minorem, ita Panor.hic.limitat tamen Fel.hic post Io. de Lign. in c.2.de consue.in 6. Io.An.in c.Romana.de appell.in 6. nisi faciat illum parē maiorem. vide per eum circa prin.

ꝙ appellatio dēt interponi ad superiorem, vt c. venientes. cum si mi ib. s. de iureiur. d. l. j. §. si quis a iudice. Sed operæprecium est scire, cuiusmodi iurisdōnem debeat habere iste superior iudex, ad quem appellat. Et dicite, ꝙ dēt habere saltem mixtū imperiū & ptātem mixti imperij. ita Bar. in l. j. §. solet. ff. qn̄ appella. sit. Ita Bal. in l. eos. in prin. C. eo. faciunt no. in l. j. §. j. ff. qui & a quib. Sed qualiter cognoscetur ista superioritas, an respectu dignitatis, an respectu administrationis? Et dicite ꝙ superioritas ista attendit rōne administrationis & non rōne dignitatis. Quia si quis esset maior dignitate, sed minor administratione, de eo appellaretur ad maiorem administrationē, non ad maiorem dignitatem. Ita Bar. in d. l. j. §. si quis. vbi & Angel. & alij, q̄ dant pro exemplo in Cardinalibus, qui respectu administrationis & officij sunt maio res epis: respectu ordinis & dignitatis vero minores, vt hr̄ in c.
20 quanquam. 2. q. 7. †Quia epatus est apex dignitatum, c. 2. & ibi hr̄, de præben. lib. 6. hr̄ in subscriptione 6. Cum ergo debeat appella ri ad superiorem, & vniuersitas ecclesiastica ex vario gradu dignitatum decoretur ad instar ecclesiæ triumphantis, in qua credimus esse gradatim choros Angelorū, c. ad hæc. vbi tex. ad lite ram. 88. di. & nisi sua cuiq; iurisdictio seruetur, quid aliud restat, nisi vt ecclesiasticus ordo & neruus ecclesiasticæ disciplinæ con fundatur, vt dicit tex. in c. peruenit. 11. q. j. hr̄ in ca. ad hæc. s. de re scrip. Ideo cum appellandum sit ad superiorem, & inter superioritates sit dare gradum, quia vnus est superior, & postea alius puta archieps supra epm, Patriarcha s. archiepiscopum: Et supra Pa triarchā Legati adsunt, post Legatos Papa. Ideo ne iste ordo ec
21 clesiasticus confundatur, lex voluit, vt gradatim appelletur: †tamen in priuilegium sedis Apostolicæ & Legatorum eius factū est, cum Papa sit ordinarius vbique, & concurrat in iurisdictione cum omni ordinario, c. cuncta per mundum. ca. per principalem. 3. q. 9. Et Legati sedis Apostolicę in sua prouincia & ipsi sunt ordinarij, & concurrunt cum alijs ordinarijs in ipsa iurisdictione ordinaria, c. 2. de offi. leg. lib. 6. ideo appellatur ad Papam, c. ad Romanā. 2. q. 6. c. dilecti filij prior. vbi notatur, & ibi videbimus infra eo. Ideo etiam ad Legatos ipsius Papæ appellatur omissis medijs in sua prouincia, vt hr̄ in c. j. vbi bonus tex. in argm̄, & ibi ponitur, s. de of. lega. glo. est in c. 2. de consuetu. lib. 6. glo. in c. anti qua. prope finem. de priuileg. glo. in c. Romana. §. j. in ver. curiam. de appel. lib. 6. Sed diceret quispiam, quæ est ratio differentiæ, ꝙ Papa pōt adire omissis medijs in viam appellationis, & cognoscit vt supra conclusum est, & tamen Imperator secus, immo si adeatur omissis medijs, remittit causam ad superiorem mediatū, l. imperatores. vbi tex. ff. eo. Bar. in l. j. §. si quis. ff. eodem, dicit hoc prouenisse, quia Papa voluit impinguare curiam. Et facit qđ in si mili dixit Lap. alleg. 88. vbi etiam ipse reprehendit Canonistas, ꝙ quærunt impinguare curiam, & Imperator de hoc non curauit. Sed ɔ̄ Bar. est tex. in c. ecce. 93. dist. vbi Papa dicit se non quęre re alijs præferri. Et ɔ̄ eum facit, quod dixi de legato, quia tunc ap pellatur extra curiam, & tamē appellatur ad eū, omissis medijs. Vnde dicatis vos, ꝙ ista est ratio: nam Imperator habuit ipse a po pulo, vel a subditis potestatē, §. sed quod principi. Insti. de iu. naturali gent. & ciui. Non mirum, cum benefacienti benefacere debeamus per obligationem ad antidora, l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredi. Ideo Imperator aduersus eos, scilicet inferiores ordines, qui fuerunt sibi munifici, ipse non debuit esse inhumanus nec illiberalis, & ideo minus eorum potestati debuit derogare q̄ potuit. Sed Papa habuit potestatem a Christo per il la verba: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo &c. per il la: Et fiat vnum ouile & vnus pastor. Siue per illa, Quodcunq; ligaueris super terram &c. c. in nouo testa. 21. dist. c. quodcunq;. 24. q. j. & ab eo vt fonte deriuantur omnes dignitates ecclesiæ, c. j. 22. dist. Et ideo cum maiori honestate potuit sibi reseruare plura in præeminentiam, & nolle cedere subditis, q̄ potuerit Imperator. Facit glo. in c. j. s. de transla. præ ato. Et ad hoc faciunt quę no tantur in simili de statuto in c. cum M. Ferrariensis. circa principium repetitionis, per Do. Anto. s. de const. Nam inferiores vni uersitates ecclesiasticæ nō possunt statuere cōtra ius cōmune de iure canonico, c. quod super his. & ibi ponitur, de maio. & obed. clemē. ne Romani. cum si. de elec. Et tamē de iure ciuili inferiores vniuersitates, quæ habent potestatem faciendi statuta, possūt statuere ɔ̄ ius cōmune, l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. Visa cā appellationis, quare inducta fuerit appellatio, restat videre eius
22 essentiam & eius diffinitionem. †Vnde dicite, ꝙ appellat. multæ sunt diffinitiones, de quib. per gl. 2. q. 6. in summa, per Goff. hic, q̄ ponit aliam in summa, per Azo. in summa, C. eo. qui ponit aliā. Sed breuitatis causa dic secundū Bar. ꝙ appellatio est ius quoddam, quo interim prima sentētia extinguitur, & causæ cognitio ad superiorem iudicem deuoluitur. Ita Bar. in l. j. in princ. ff. eod.

dicens hoc intelligi de appellatione tm̄ a diffinitiua. Ang. in d. l. j. in prin. reprobat. Et primo in eo quod dr̄ in diffinitione Bart. ꝙ appellatio est ius. Imo hoc est ɔ̄ veritatem, quia non est ius appel latio, sed iuris remedium. Et pro eo est textus in l. vnica. C. de sen tentijs præse. Potest secundo adduci: nam vult Bart. ꝙ appellatio extinguat sentētiam. immo hoc generaliter non est verum, quia in sentētijs censuræ appellatio nec suspendit nec extinguit ipsas censuras, c. pastoralis, in prin. & ibi dicam, cum alijs similib. infra eodem. Et in diffinitione Bar. ista appellatio a sententijs censurę non comprehenditur, ergo diffinitio nō bona, cum non sit gene ralis, l. j. §. j. vbi tex. ff. de dolo. glos. est iuris canonici, s. in rubri. de summa Trinitate & fi. ca. Hoc argm̄ sibi ascribit Panor. hic. Imo. in d. l. j. reprobat, & ipse Bart. quia in diffinitione vult, ꝙ appellatio extinguat pronunciatum, quia dicit ipse Imo. non extinguit, sed suspendit, l. si causa cogni. C. de transa. l. præcipimus. §. penul. & sequen. & l. qn̄. C. eo. tit. No. gl. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. textus est in cap. pastoralis. §. præterea, s. de of. delega. ergo ɔ̄ Bar. & eius diffinitionem. Adducit ēt l. 3. C. si pē dente appellatione mors interuenerit. Vnde hi omnes Ange. & Imo. & Panor. in locis s. allegatis reprobant diffinitionem Bart. & dat ipse Ang. ibidem aliam dicens, ꝙ appellatio est remediū quoddam iuris inductum ad corrigendum iudicatū, iniqua grauamina illata, vel cōminata. & hoc mō dicit diffiniri comprehēdendo appellationem tam a diffinitiua q̄ ab interlocutoria. Panor. hic dat ipse aliam dicens, ꝙ appellatio est a minori iudice ad maiorem prouocatio, quæ si est legitime pronunciata, iurisdōnem iudicis quo ad illam cām suspendit, & cognitionem ad superiorem transfert. Et per hoc diffinitur appellatio tam ab interlocutoria quàm à diffinitiua. ¶Contra istos Docto. possumus vti in persona Bartoli hoc carmine.

Aspicite an nostrum mage sit penetrabile ferrum.

Nam ɔ̄ Ang. facit, omnis diffinitio dēt continere substantiā rei, vt voluit gl. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. d. l. j. §. j. vbi bonus tex. ff. de dolo. d. gl. in rub. s. de summa Tri. & fi. catholi. Sed diffinitio Ang. deficit in substantia rei, s. appellationis, ergo non bona. ꝙ deficiat in substantia rei, probatur: nam vult Angelus, ꝙ tm̄ tendat ad corrigendum iudicantium iniquitatem: & sic fm̄ eum sequeretur, ꝙ ex nouiter probandis non posset appellari, cū ibi nō adsit iniquitas iudicis. Quod tm̄ est expresse falsum, l. per hāc. C. de temp. appel. & dixi s. circa cām appellatiōn. Si ergo p p no uas probationes, vel nouiter producendas absque alia iniquitate iudicis pōt appellari, ergo diffinitio Angeli est multum defectuosa. Tamen posset intelligi diffinitio Angeli de iniquitate nō solum ex proposito, sed de iniquitate re ip si, vt supra dixi in lectione hesterna, & sic non obstat argum. Contra Panormi. adduci potest, nam vult ipse, quòd appellatio suspendat & non extinguat pronunciatum. quod est contra text. in l. j. in fine. ff. ad Turpil. l. 2. ff. de pœn. in l. si quis filio exhæredato. §. hi qui. ff. de iniusto rupto testa. no. in l. furti. in principio. & ibi glos. tenet, ff. de his qui notan. infa. & etiam communiter tenetur in d. c. pastoralis. §. præterea. supra de offi. delegati. & in locis supra allegatis, tenetur magis communiter in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & in cap. venientes. de iureiurando. licet ibi Ioan. Andreas teneat, quòd suspendatur. Si ergo appellatio extinguit non autem suspendit pronunciatum, ergo diffinitio Panormita. non bona. Non obstat modo argumentum primum Ang. quia licèt appellatio sit iuris remedium, tamen cum sit quid incorporale, potest determinari sub hoc nomine, ius, prout & alia incorporalia determinantur, Institut. de rebus corpo. & in-
23 corpo. circa principium. ¶ † Præterea de vana subtilitate nominum non curant Legistæ, & relinquunt illam obstinatis, l. 2. & ibi textus, circa fin. & glos. no. C. de constitutio. princ. Et ideo dummodo habeamus substantiam appellationis non curandū est, an dicatur ius, vel remedium iuris. & pro Barto. est textus in l. j. §. quæsitum. ff. eodem. ¶ Non obstat argumentum de cap. pastoralis. & argumentum de l. 3. C. si penden. appellatio. quia
24 vna hirundo non † facit ver, nec vna fallentia immutat diffinitionem, vel immutat substantiam diffiniti, vt est textus in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & ideo dicite, quòd fallit in il lis duobus casibus. Non obstat argumentum Imo. dum dicit, ꝙ appellatio non extinguit pronunciatum, sed suspendit &c. Quia huic argumento respondet Barto. in d. l. furti. in princip. & etiam fuit pro maiori parte Bal. & Ang. in d. l. tale pactum. §. qui pro-
25 uocauit. quia tria tempora sunt in consideratione. ¶ † Primum est tempus post sententiam, ante tamen appellationem interpositam, & sic intra tempus ad appellandum, & illo tempore sententia quo ad effectus iuris non stat in suspenso, nec est extincta, immo operatur suum effectum, puta circa irrogationē infamiæ,

miæ,quando lex irrogat ipſam ipſo iure poſt ſententiam,puta in
excõicatione, ſm vnum intellectũ, de cuius veritate videbimus
in c.paſtoralis,in princ.infra eo.Ita Bart. in d.l.furti, ita ẽt Bart.in
l.qui vltimo.ff.de pęn. at vero lex non irrogat pęnam ipſo iure,
ſed ſnĩa ipſa indiget executione & facto hominis,& illo caſu ſu-
ſpenditur ſnĩa, non autem extinguitur, nec poteſt ipſa ſnĩa exe-
cutioni mandari.gl.eſt no.in rubri.ff.nil nouari appel. pẽden. &
eſt tex.in c.non ſolum,eo.tit.de appel.li.6. Et ex prædictis habe-
tis magnam limitationẽ ad c.non ſolum, & ad gl. dum ibi dr̃, ꝙ
ita ſuſpenditur executio pronunciati per appellationẽ interpo-
ſitam,ſicut & per tp̃s appellandi & ɔ̃,quia illud non habet locũ
in executione ſnĩæ,quæ ſit ipſo iure à lege,nam illa ſortitur effe-
ctũ ſuũ & eſt efficax intra decem dies ad appellandũ.Secundum
eſt tp̃s poſt appellationẽ interpoſitam, ipſa appellatione præce-
dente,quia nondũ ſit pronunciatum ſuper ea, & illo medio tp̃e
extinguitur pronunciatio per appellationẽ, non autem ſuſpen-
ditur,& regulariter omnis eius effectus, exceptis his quæ dicam
infra in effectibus appellationis. Et hoc modo intelliguntur iu-
ra pro illa parte allegata,videlicet,ꝙ extinguatur, & ita loquitur
Bar.in his terminis in ſua diffinitione, dum dicit,interim prima
ſnĩa extinguitur,& ideo non obſtat ɔ̃rium. Et in hoc concordãt
omnes de illo medio tp̃e,licet aliquæ gl.generaliter loquẽdo te-
neant ɔ̃rium. Tertium eſt tp̃s.ſ.poſt pronunciationem factam ſu
per appellatione,& illo tp̃e attento:quia ſi Iudex confirmat pri-
mam ſnĩam,conualeſcit ex nunc prima ſnĩa,d.l.furti,in prin. vbi
caſus.Ideo hoc tp̃e conſiderato, & ſic conſiderato futuro euen-
tu,qui euenire poterat,iura aliqua dixerunt appellationẽ ſuſpen
dere pronunciatum,& ita loquuntur iura allegata per Imo.qua-
ſi hoc ſit dicere,quia ex futuro euentu ſnĩa conualeſcere poteſt,
ideo ſuſpenditur. Circa diffinitionem Bar.dũ dixit, eſt ius quod-
dam.illud verbũ,ius, propterea cẽſetur appoſitũ ad drĩam actus.
26 † Nam debetis ſcire, ꝙ duplici modo ſumitur appellatio. Sumi-
tur primo,prout eſt facti.ſ.ipſe actus appellandi,:& illo modo nõ
diffinitur hic. Sumitur poſtea prout eſt iuris, & illo modo bene
diffinitur hic. Et ꝓpterea dixit, eſt ius,ad drĩam appellationis in
quantum eſt facti.Item ex alio dixit ius, vt denotet appellationẽ
eſſe quid incorporale.Sed operępretium eſt ſcire, quare ius eſt,
an ſit officium iudicis,an actio,an exceptio. Actio non eſt, quia
nihil petitur per appellationem à parte. Exceptio non eſt, quia
nihil repellitur vel excipitur ɔ̃ partem. Officium iudicis non eſt,
quia nihil petitur per appellationem à iudice à quo,& ſic appel-
latio ſatis dr̃ interpoſita, ex quo interponitur corã iudice à quo,
& tñ ab eo nihil petitur,quod ſit ſubſtantiale appellationis:quia
ẽt ſi non deferret,tñ valebit appellatio,ergo non eſt officiũ iudi-
cis.Nam officium iudicis præſupponit, ꝙ quid petatur à iudice,
gl.eſt nota.in l.ſi ſoror.C.de col. Faciunt notata per Legiſtas in
l.j.ff.de iuriſdi.omn.iudi.l.vnica.ff.de condi.ex lege, ponunt Ca-
noniſtæ in c.2.s̃.de offi.iudi.Ita Bar.in d.l.j.in princ. ff.eo. Et ideo
concludit,ꝙ eſt medium quoddã.ſ.neq; officium, nec exceptio,
nec actio,ſed quoddam ius mixtum.Ang.tñ in d.l.j.in prin.mor-
det Bar. dũ dicit, ꝙ per appellationẽ nihil petitur à iudice à quo.
Ideo concludit nullum eſſe officium iudicis.Mouetur primo,nã
per appellationem petitur retractari primã ſnĩam, l.eos, in prin.
C.eo.c.cum cauſa.s̃.tit.j.& dicam infra.ergo dictum Bart.nõ bo-
num,ꝙ nihil petatur à iudice.Præterea appellatio ſapit vim libel
li,ita vt interpoſita appellatione nõ requiratur libellus. Inno.in
c.cum contingat,de offi.deleg.Et per iudicem appellationis po-
teſt ferri ſnĩa condẽnatoria vel abſolutoria. l.cum apud, vbi tex.
& ibi Bar.ff.iudi.ſol.c.cũ cauſa.s̃.tit.j.ſi ergo poteſt iudex appella
tionis condẽnare vel abſoluere,& ſnĩa non debet ferri, niſi qua-
tenus eſt petitum,c.licet Hely,cum vulgaribus,de ſimo.l.fi.C.de
fideicom.liberta.Ergo de neceſſitate præſupponendũ eſt, ꝙ per
appellationem aliquid petitur à iudice.Vos dicite,ꝙ illa argumẽ
ta nihil obſtant ɔ̃ Bar.quia ex eis concluditur,ꝙ aliquid petitur à
iudice ad quem, & Bar. loquitur de iudice à quo, coram quo in-
27 terpoſita eſt appellatio. † Tamen ex dicto Ang. habetis notare,
ꝙ interpoſita appellatione (intelligite in ſcriptis) non requiri-
tur alius libellus in cauſa appellationis,ſed ſufficit ipſam ſcriptu
ram appellationis præſentare iudici ad quem,& illud ſuccedit ꝓ
libello. ſecus tñ ſi interponeretur appellatio viua voce corã iudi
ce à quo,prout poteſt,c.j.per locum à ſpeciali,eo.tit.li.6.l.j. §.fi.ff.
eodem,& hanc concluſionẽ voluit hic Bal.in 2.col. voluit Spec.
eo.tit.§.nunc dicendum,ver.ſed quid diceret.voluit Inno.in c.cũ
contingat.s̃.alleg.voluit Bal.in rubri. s̃.de offi.iudicis, 6. col. vo-
luerunt Dñi de Rota,deciſione ſua,8.quæſt. quæ incipit, Itẽ fuit
dubitatum, circa princ. voluit Bar.& ibi cõiter ſcribentes,in l. j.
§.libelli.ff.eo.voluit Bal.in l.ſi quis libellos.C.eo.& in l.per hanc
C.de tẽpo.appel.In quantum dr̃ in diffinitione,ſnĩa extinguitur.
Habetis colligere hic diffiniri ſolum in appellatione interpoſi-
28 ta à diffinitiua. † Nam verbũ,ſnĩa, intelligitur de diffinitiua pro-
priè loquendo.gl.eſt n .,quam ibi exclamat Imo. in c.cũ olim. s̃.
de teſti.in l.2.§.biduum.ff.qñ appel.ſit,& in c.biduum, 2.q.6. vſq;
adeo,vt ſtatutum loquens de ſnĩa,in dubio intelligatur de diffini
tiua,nõ de interlocutoria.Ita Bal.in l.vnica, ne lic.in vna, eadẽq;
cauſa tertio prouoca.Ita Bal.in l.iuſiurandũ, & ad pecunias. §. fi.
qui incipit,cum res.ff.de iureiur.Ita do.Card.in cle.j. in 8.col. de
ſnĩa & re iudi.Senſit Bar.in l.dicere.ff.de arbi.in l. generali. C.de
tab.li.10.tñ iſtud procedit in materia ſtricta.Sed in materia indif-
ferenti appellatione ſnĩæ ita cõprehenditur interlocutoria ſicut
diffinitiua.gl.eſt in clemen.j.in ver.ſnĩjs,quam ibi ad hoc ponde
rat Imo.de ſnĩa & re iudi. Et quid ſit propriè interlocutoria ſnĩa,
habetis gl.notab.in cle.vnica,in gl.in ver. diffinitiua, de ſequeſt.
poſſ.& fruct.hr̃ in l.quod iuſſit.ff.de re iudi.in c.cum ceſſante, &
ibi dicam,infra eodem.Et ideo cum hic ſimus in materia indiffe
renti, & appellatio ſit cõe remedium tã in interlocutoria, q̃ in
diffinitiua,c.vt debitus,infra eod. & capietur in diffinitione ver-
bum,ſnĩa,tam pro interlocutoria,q̃ diffinitiua, tñ quia infra po-
netur alia diuerſa diffinitio appellationis ab interlocutoria, ſtri-
ctè capitur hic verbum,ſnĩa,pro diffinitiua tantum. In quantum
dr̃ in diffinitione,extinguitur,iſtud denotat drĩam inter appella-
tionem,& nullitatẽ,nam appellatio extinguit pronunciatum,vt
heri dixi: nullitas autem non extinguit, ſed per ſe extinctum p̃-
ſupponit,c.dilecto,& ibi videbimus,infra eo.l.ſi expreſſũ,& l. ſi
cum nulla,& ibi per Bar.ff.eo.tit.Et quod nullũ eſt, amplius an-
nullari non poteſt,c.ad diſſoluẽdum, cũ vulgaribus, infra de de-
ſpon.Ideo per hoc habetis,ꝙ differt appellatio interpoſita à ſen-
tentia iure dicen.nullam,& ſic à nullitate. Item per iſtud verbũ,
extinguitur,datur effectus vnus appel. qui eſt extinguere ſnĩam,
l.j.in fi.ff.ad Turpil.cum his, quæ heri dixi.In quantum dr̃ in dif-
finitione,interim.notatur drĩa inter pronunciatũ iudicis in cau-
ſa appellationis, & ipſam appellationẽ, nã appellatio extinguit
interim.i.donec pendet,& ſic reuocabiliter,quæ ſi ſequitur, ſnĩa
confirmatoria primæ primum pronunciatũ ex nunc reconuale-
ſcit.ſ.à die pronũciationis in cauſa appellationis. Sed ſnĩa lata in
cauſa appellationis irritãs primã, ipſa in totum extinguitur, nec
ex aliquo euentu pendet,l.furti,in princ.ff.de his,qui no.infa.Ita
29 Bar.in d.l.j.in prin. † In quãtum dr̃ in diffinitione,ad ſuperiorem
iudicem,dicite ꝙ per hoc colligitur, ꝙ de ſubſtantia appellatio-
nis eſt,vt appelletur ad ſuperiorem,2.q.6.c.anteriorũ, & dixi cir-
ca cauſam appellationis,& ideo conſuetudo ſiue ſtatutum, vt ap
pelletur ad minorem,nõ valeret,neq; teneret, quia ſtatutum vel
conſuetudo non poteſt alterare ſubſtantiam actus.tex. eſt no. in
l.2.ff.de vſufruc.ea.re.quæ vſu conſumuntur.ſed de ſubſtantia ap
pellationum eſt,vt appelletur ad ſuperiorem,vt dixi:ergo nõ va-
lebit ſtatutũ,nec conſuetudo in ɔ̃rium diſponens, & faciunt no-
tata in c.cum ad monaſteriũ,cum ſimilibus,de ſta.mona. hoc vo
luit gl.no.in c.2.de conſue. li.6. Tñ ex quo per circuitum lex po-
teſt circa ſubſtantiam actus diſponere,d.l.2. bene valeret conſue
tudo,ꝙ appelletur de vno qui ſit regulariter maior, ad alium qui
cõiter iſto eſſet minor,addendo ꝙ hoc actu habeatur pro maio-
re.Ita voluit Io.An.in c.Romana.§.j,eo.tit.li.6.valebit tñ conſue-
tudo vel ſtatutũ,vt gradatim nõ appelletur, ſed appelletur omiſ-
ſis medijs,iſte eſt tex.& ibi no. Io.An. & alij ĩ d.c.Romana.§.j.&
voluit Bar.rectè põderãs in d. l.j.§.ſi quis.voluit Bal.in auct. quas
actiones,circa finem.C.de ſacroſan.eccle.Et ibi voluit Bald. vnũ
notabile,ꝙ licèt non valeat conſuetudo, vt non poſſit appellari
vllo modo ad Principem, cũ veniat in derogationem ſupremę
poteſtatis,l.cõpetit,in argũ.C.de præſcrip.30.vel 40.anno.tñ va-
lebit conſuetudo, vt non appelletur ad alios inferiores, ad quos
30 erat appellandũ, ſi gradatim fuiſſet appellatũ. † & ſic valebit cõ-
ſuetudo,ꝙ de ep̃o appelletur ad Patriarcham,omiſſo Archiep̃o.
Et rationem drĩæ quare conſuetudo non poteſt diſponere, vt ad
minorem appelletur,& tñ poteſt diſponere, vt gradatim nõ ap-
pelletur.Dicite eſſe,quia ꝙ appelletur ad ſuperiorem,eſt de ſub-
ſtantia actus,qui non poteſt tolli conſuetudine, vel ſtatuto. Sed
ꝙ gradatim appelletur, eſt de forma accidentali,vt dixi circa cau
ſam appellationis:ſed accidentalis forma facilius tollitur, q̃ ſub-
ſtantialis,l.pacta conuenta.ff.de ɔ̃hen.emp. & ven. Faciunt quæ
habentur in l. paciſci. ff.de pact. quæ notantur in c.auditis, & in
c.quia propter.s̃.de elect.Igitur ẽt,imo & fortius, de iure canoni
co ſi appellatũ fuerit omiſſis medijs, caſu quo non poteſt appel-
lari,puta de ep̃o ad Patriarcham certa parte non exponente,va-
lebit appellatio.gl. eſt no.in c.dilecti filij prior.j.eo. & ibi dicam
latius.Et vſq; adeo cauſa appellationis habet ſuos iudices, quod
dicit Bal.in pace Cõſtantiæ, in ver.in cauſis, quod in ea non ha-
bet locum prorogatio. intelligite de vno iudice ad alium, ſed de
tempore

tempore ad tps non procedit ita indistinctè, per ea quæ habentur in cle.si appellationem, per omnes, e.tit. in c. ex parte S. supra de rescrip. dicam in c. ex ratione. j. eo. Et per ista verba, ad superiorem, etiā dixit Bar. in d.l.j.§.si quis, ꝙ valet appellatio hoc modo interposita ad iudicem cōpetentem, quia resoluitur.i.gradatim ad proximum superiorem. Vel hoc modo, appello ad superiorem, quia resoluitur ad superiorem.s.proximum gradatim, & hoc voluit gl.no.& ibi Bal.in l.cum proponas.C.de bo.auct.iud. poss. Ita Bal. in l. apertissimi. C.de iudi. Arch. Ioan.And. & Gemi.in c.legitima, eo.tit.li.6.tenent ɔtriū, dicentes, ꝙ non valet appellatio, nisi certus iudex, ad quē appellatur, exprimatur. Tñ Dñi de Rota decisione sua 208. quæ incipit, Item quod appellatio alternatiua, rñdere videntur huic motiuo, licèt non loquantur in illa materia, quia dicunt, ꝙ satis dr̃ esse certus iudex ad quem, ex quo per prosecutionem specialem appellationis coram vno cęptam pars declarauit se de illo sensisse. Bal.tñ in c.2.j.eo. voluit, ꝙ imo procedat appellatio ad cōpetētem iudicem interposita, vel ad superiorem. sed Panor.ibi tenet cum Canonistis, ꝙ imo non procedat, & in sequenti arti.de alternatiua appellatione, Bal. ibi tenet opi. Ange.in d.§.si quis, licèt Panor.ibi aliter dicat. & tenementi, quia vult Spec.eo.tit.in §.nunc tractemus.ver. quid si appellans, idem quod Legistæ subijciens, ꝙ illa appellatio, appello ad superiorē. poterit incōtinenti verificari de Papa omissis alijs, quia pars poterit prosequi appellationem corā Papa, & ita dicit fuisse pronunciatum, licèt in puncto iuris fortè aliter esset, & ita voluit Ange.in d.l.j.§.si quis. Ange.latè consi.245.incipiente, Senis.& ponam latius in c.dilecti filij prior.j.eo. Et per prędicta infertur ad aliam quæstionem.

31 † Vtrum valeat appellatio alternatiuè interposita [a] ad superiorem. Puta, appello ad talem, vel talē iudicem.& certè gl.in c.si is cui, de offi.deleg.li.6.tenet, ꝙ non valet, & ēt idem tenet ibi Io.An.in nouella, & Io.An. in Mercu. in regula, in alternatiuis, de reg.iur. li.6. Et ita etiam tenet Io. And. in addi.ad Spec.eo.tit.§.nunc tractemus, super ver. quid si dicat, & hanc opi.visus est sequi Bal.in d.l.cū proponas. Ludo. in consil.360.incip.Omnipotentis, &c.circa propositum, tenet opi.Ioā. And.nisi iusta causa subsit incertitudinis, pro quo facit c. constitutus, de in integ.restit. & maximè hoc firmatur in appellatione extraiudiciali. Dicit tñ Io.An.in locis præallegatis, ꝙ Legistæ tenent ɔtrium, & quod eorum opi.procedit de iure ciuili, non de iure canonico.s.quod in foro ciuili appellatio alternatiua valeat. Mouetur, quia de iure ciuili si appellatur per errorem, dūmodo non appelletur ad minorē, subintrat legis dispositio, quæ facit, vt videatur appellatū ad iudicem cōpetentem, & remittit causam appellationis ad ipsum cōpetentem, l.j.§.si quis.s.allegata.si hoc facit errante parte, ergo multomagis dubitāte. Sed de iure canonico iste error non toleraretur, cū sit appellandū ad certum iudicem, ergo nec in simili tolerabitur dubitatio. Ange. in d. l.j. §.si quis, & Spec.in d.versi.quid si dicat, tenent ꝙ valeat appellatio, tñ cum grano salis.s.dūmodo pars intra 10. dies, & sic intra tempora ad appellādum declaret, de quo iudice senserit. Dñi de Rota in decis.208.quæ incipit, Item quod appellatio alternatiua, reprobant oīa dicta Io.An.quæ s.allegaui, & tenent, ꝙ valet appellatio alternatiua, dūmodo postea pars incipiat prosequi coram vno iudice certo, & de illo videatur dictū in appellatione, & in hanc tandē opi.inclinat Gemin. in d.c. si is cui, cum limitatione tñ.s ꝙ si in appellatione esset assignatus de consensu partiū, vel etiam per iudicē à quo terminus ad procedendum, iuxta ea, quæ habentur in c.sæpe.j.eo.ꝙ pars appellata non erit contumax, nisi fuerit prius certificata, de quo iudice intendat, & ita saluat opinionem Io.An.in istis terminis, & de his in c. dilecti filij prior. j. eodē, & latissimè per Ange.consi.245.vbi fecit sex mēbra, & incip.Senis, s.alleg. Cum ergo prædictū est s.proximè, de iure ciuili appellatio interposita ad Imperatorem omissis medijs reducitur, vt videatur ad debitum medium appellatū. l.Imperatores.ff. eo. dicam in c. dilecti filij prior. j.eo. vbi ponam regulam cū fallentijs.ideo si appellatur à snīa hic Papiæ lata ad Ducem, reducitur appellatio, vt videatur appellatum ad iudicem appellationū hic deputatum. Pau.consi.23.in fi.col.incip.in Christi, &c.viso pūcto. Vnum aduertendum in ista materia, ꝙ Io.de Anania, in l Imperatores, in prin.ff.eo.voluit, ꝙ si appellatur ad inferiorē à Principe omissis medijs, tunc à iure appellatio est reducēda, vt videatur appellatum ad cōpetentē, d.§.si quis. Si tñ appellatur ad Principem omissis medijs propter reuerentiā Principis, lex nō reducit causam, sed remittit ad iudicem competentem ipse Princeps, d.l.Imperatores. sed Ange.dicit ibi, ꝙ indistinctè ius reducit appellationem, ēt si ad Principē sit appellatū, & hoc probat ibi tex. dum dicit, remitti debet.

32 † Sed operępretium est scire, quis dicatur superior & dicite, ꝙ in Papa nullus est superior, & iō ab eius sententijs non appellatur, 8.q.3. c.cuncta per mundū, el grāde, & c.nemo, & c.aliorū, c.Apostolicæ, 35.q.9.24.q.j.c. hæc est fides, licet supplicari possit ɔ snīam eius, c.auditis, & c.snīam, c. veniam, 35.q.9.& c.cum ex literis, vbi tex.s.de in integ. resti. tñ ex quo superiorem non habet, non pōt appellari ab eius snīa, iuribus s.allegatis, imo supplicatio ad eum dirigitur, d.c.auditis, & c.cum ex literis. Ideo supplicari potest ɔ eius snīam, licèt non appellari. Facit in simili l.præfecti.ff.de mino. Ista tñ supplicatio potest per Papam reijci, nec tenetur eā admittere. Ita Bal.no.in l.fin. C.de leg. tñ ex debito honestatis facere non debet, iuxta ea, quæ no. Bal. in l.Princeps.ff.de leg. Quinimo dixit Collectarius in c.quæ mul totiens, de reg. iur. ꝙ nō teneret appellatio à Papa interposita ad futurum conciliū, & illam interponens non esset alienus ab hæresi. Ludo.latè consi.suo 131. incip. circa propositam consultationē, & hodie est extrauagans edita per Pium Papā in dieta Mantuana. Facit bene c.omnes.ibi, qui autē Romanæ ecclesiæ, 23. di. c.aliorum, 9.q.3.& c.eiectionem, 79.dist. Io.An.post Host.in c.pro posuit, de concess.præben.

33 † vbi concludunt, ꝙ licèt Papæ posset fieri denunciatio euangelica super peccato, vt se emendet iuxta formam c.nouit, de iudicijs. tñ illud, quod si non audiuerit, dic ecclesiæ, in Papa non intelligitur, nisi de ecclesia triumphante, id est Deo, quia nullum alium habet superiorem, licèt non se corrigens post monitionē possit potius dici infidelis, c.sciēdum, 8.q.j. c.si qui, 81.dist.& ad prædicta facit c.nulli fas, 19.dist. c.violatores, 25.q.j.c.qm̄ vetus, 34.q.j. Arch.in c.in fidei, de hæreticis, li.6.glo.in c.Achacius, 24.q.j.in c.si Papa, 60.dist.& facit tex. elegās in c. nemo, & c.aliorum, 9.q.3.quod Papa nō habet superiorem, c.facta, c.isti, c.hæc est fides, 24.q.j.c.nunc autem, 21.c.consilia, 18.dist. facit c.neminem, in gl.17.q.4.c.sic omnes, 19.dist.

34 † Sed quid de snīa epi, an possit appellari ad concilium prouinciale? dic ꝙ sic, c. cōstitutum.16.q.7.vbi bonus tex.hr̃ 17.dist. c.multis, c. nunc autem, 21.dist.c.saluo, 9.q.3.c.sicut.2.q.7.c.Salonitanæ, 63.dist.ab ipsis autē concilijs prouincialibus non est dubium, ꝙ appellatur ad Papā, c.sicut excellentia, 23.q.4.sicut etiam talia concilia possunt recusari, c.quia suspecti, 3.q.5.dixi, & ibi hr̃, in c.j.s.de iudicijs.

35 † Sed quid de concilio vniuersali, an possit appellari à snīa cōcilij vlis ad Papam? Dubium facit, quia ex aliquibus iuribus vr̃ innui ꝙ Papa habet potestatem à concilio, §.hinc etiam, 17.dist.c.dudum, 3. q.6. quod tñ intellige secundario, quia principaliter Papa habet potestatem à Christo, c.omnes, 22.dist.c.quamuis, 21.dist. c.loquitur, 24.q.j. In ɔrium est veritas, ꝙ imo à snīa cōcilij appellatur ad Papam, nam Papa est superior concilio vniuersali, ergo à concilio ad eum appellabitur. Quod sit superior, patet:

36 † nam Papa conuocat solus concilium vniuersale, nec alius illud potest conuocare, gl.3.§.porro.3.dist.probatur 17.dist. per totum, de consec. dist.j. c.ecclesia, 2.q.5.c.mandastis, & ibi hr̃, 21.q.5.96. dist. c.bene quidē, c.Adrianus, 64.dist.c.regula, 17.dist.hr̃ in c.significasti, de elect.cōgregari etiam pōt per cōmissarios eius, hr̃ in c. conuenientibus, j.q.7.7.q.j.c.hoc nequaquam, glo.in c.2.17.dist. in c. in ea synodo. 100.dist. Similiter & congregatum dissoluit, c.vbi periculum, ibi gl.in ver.consilio, de elect.li.6.& c.licet, in fi.de elect.c.bene quidem, 96.di. Concilio quoq; Papa præest, c.j.de simonia, c.si quis. 25.q.2.2.q.7.c.cum pastoris, 35.quæst.9.c.ꝙ quis, 23.dist. c.in nomine Dñi.c.nullus, 24.di. Gesta quoque concilij à Papa confirmantur, c.confidimus, 25.q.j. Ab eo concilia auctoritatem accipiunt, §.his ita, 25.q.j. Illa interpretatur & tollit, c.significasti, de elect.in c.post translationem, de elect.c.de Liguribus, 23.q.5. c.nec licuit, 17.dist.sicut confirmauit concilium Arelaten.c.de obseruatione, iuncta suprascriptione, de conse. di.3. Videmus, ꝙ Papa restituit depositos à concilio, c.conuenientibus, j.q.7. & ad prædicta facit quod no.in cle.ne Romani, de elect. Prædicta intellige, nisi in cōcilio personaliter esset Papa, nam tunc actus sibi attribuitur, c.ad Apostolicæ, de re iudi.li.6.c.licèt, de elect.

37 † ideo tunc non appellatur ab eius & concilij snīa.gl.tñ in l.fi.C.de summa Trinita. tenet,

ADDITIO.

a ¶ Alternatiuè interposita. Adde, ꝙ si appellatio facta fuerit alternatiuè ad duos, ad quorum quemlibet pōt appellari, non valet appellatio, nisi in tps, quo durabat facultas appellationis, declarauit corā quo iudice velit prosequi, ita Alexan.in consi.307.incip.viso processu, ver.ad cōfirmationem, fol.137.in 2.vol. per gl.in c.si is cui, de offi.deleg.in 6. Et an appellatio alternatiua, & alternatiuè interposita valeat tam de iure ciuili, quam de iure canonico, vide Pau. de Cast.in consi.66.ver.ad decimum & vltimū, in j. vol. Item quid si ad plures copulatiuè facta fuerit, & infra tempus ad appellandum datum per appellantem minimè coram quo prosequi velit, declaratum sit, an appellatio valeat, & quando ius canon. vel ciuile in tali materia seruandum sit, vide Alexan.in consi.310.incip.viso processu, per totum consi.fol 139.in 2.vol.& quid si appellatio fit alternatiuè ad Papam vel ad alium, vide do.Ias.in l. qui Romæ.§. Seia, ver.sed dubium magnū, in 3.col.circa prin.in 3.lect. no. Feli.in c. inter. de appellationibus.

net,ꝙ ſicut à ſnia ſenatus non poteſt appellari, ita à ſnia concilij, quam gl.ad hoc ponderat & ſequitur Pau.de Caſt.in l. ſi quis. C.
38 de precibus Impera.offe.& loquitur de concilio generali. Quid modo de legatis? dicite, cum eorum ſuperior ſit Papa, appellatur ad Papam, d.c.cuncta per mundum, & ibi gl.c.licet.ſ.de offi. leg.
39 † Sed quid de Cardinalibus? gl.in l.j.§.fi.ff.de offi.præfec. præto. vī tenere, ꝙ non poſſit appellari ab eorū ſententijs, eo quia æquiparantur regibus & præfectis prætorio.& pro hac opi.facit, nam etiā à Papa excōmunicari, nec deponi poſſunt Cardinales, c.ex geſtis, vbi bonus tex.& ibi Imo.& alij, infra de cleri. non reſidē. Facit no.dictum Hoſt.in c.antiqua.j.de priuil. Vbi voluit, ꝙ licèt omnes epiſcopi iurent fidelitatem ipſi Papæ, c.ego N. ſ.de iureiuran.
40 † tñ Cardinales non iurant fidelitatem, quia ſunt quaſi alterum corpus Papæ, & membra eius. Sed habetis caſum, ꝙ imo appellatur in c.Raynu.& in c. Raynal. & ibi habetis tex. ꝙ Papa eſt ſuperior, ad quem appellatur.j.de teſta.& facit, nam & ſenatores ſunt pars corporis Principis, & tñ à ſententia ſingulorum de ſenatu, & ſingulorum ſenatorum poteſt appellari, l.j.§.j. ff.à quibus appel. non licet, & ibi habetur. ergo ita à ſententijs Cardinalium per ſingulos poterit appellari.& facit, nam ipſi non ſunt aliud quā capitulum Papæ, l.cum multa, & ibi Bal. C.de bo. quæ lib.gl.eſt Io.Mo.in c.ſuper eo.de hære.lib.6.
41 † Sed quid de Imperatore? & dicite, ꝙ ab eius ſententijs, cum in foro ſeculari nullū ſuperiorem habeat, non appellatur, d.l.j.C.à quibus appella.non licet. imo ſingularius dic, ꝙ nec illo caſu Papa ſit ſuperior, nec
42 poſſit eſſe iudex ad quem.gl.eſt 10. diſt. c. quoniam. † Item idem dicite de alijs Principibus nō recognoſcentibus ſuperiorem, ſiue de iure, vt in Rege Francorum: licet aliqui dicant, ꝙ de facto, velut in Duce Venetiarum, qui de facto non recognoſcit ſuperiorem.Cyn.in l.fin.C.de dona.inter virum & vxorem, & ſic de ſingulis, ſiue principibus ſiue vniuerſitatibus: nam cum fungant iure ſupremi Principis, tenet hic Panor. & in hoc, & in alijs voluit Panor.in c.cum omnes, in 7.col.& ibi etiam Imo.ſ.de conſtitu.item in c.expoſita.ſ.de arbi.in c.nouit, & ibi cōmuniter Doc. ſ.de iud.in c.cum te, & ibi per omnes.ſ.tit.j.Dominus Antonius in c.per venerabilem.j.qui fil.ſint legiti.Cyn.in l.ſi.C.de pet.hære.Bal.& Ang.in l.j.§.de qua.ff.de poſtu. Bar.ī l.pxime. ff.de his, quæ in teſta.delent.in l.ſi.ff.ne quid in loco ſacro, in l.infamem, ibi Imo.ff.de publi.iudi.Bar.in l.hoſtes. ff.de cap. & poſtlimi. reuer.Bar.in l.fi.C.de ſententiam paſ.Bal.in l.exemplo.C.de prob. in l.j.C.de ſenten.quæ ſine certa quantitate, in c.Imperialem, circa finem, de prohibi.alien.feu.per Federi. & licet cum hac opin. tranſeant Legiſtæ, tñ Canoniſtæ volunt, ꝙ de Imperatore & alijs non recognoſcentibus ſuperiorem recurratur ad Papam, & Papa poſſit eſſe ſuperior Iudex ad quem, eo quia tendit ad corrigēdum iniuſtitiam, & ita eſt gl.& ibi Inno. & alij in c. tranſmiſſa, eſt bonus tex.ſm vnum intellectum, & ibi per do.Ant.& Panor. in c.licet ex ſuſcepto, de foro compe. notatur in ca. nouit, & ibi Panor.latè, ſ.de iudi.voluit gl.in c.grādi, in ver. Regis, de ſupplē. negli.præla.lib.6.Faciunt quæ ponit Bal.in rubrica Digeſtorum, in 2.col.ita pertranſit hic do.Philip.ſed Panor. remittit ſe ad notata in c.nouit. Sed dictum Canoniſtarum poſſet intelligi de tali iniuſtitia Imperatoris, cui etiam derogare Imperator non poſſet, puta contra ius naturale vel diuinum, nam cum iniuſtitiam facit, peccat: ideo poteſt recurri ad Papam, dicto c.nouit. Sed dictum Legiſtarum procedit, quando iudicat contra iuſtitiam iuris poſitiui vel iuriſgentium ſubſiſtēte cauſa, & ſic in his in quibus poteſt derogare, nam tunc ita iudicando videtur voluiſſe iuri poſitiuo derogare, per no.per Bar. & Imo. in l. quidam conſulebat.ff.de re iudi.Bar.in l.idem Vlpianus.ff.de excuſa. Ideo non poſſumus dicere, quod peccet in hoc, & ſic Papa non poteſt adiri.Et pro opin.Canoniſt.eſt bonus tex.in c.expoſita.ſ.de arbitris ſupra alleg. Hoſtien. & do. Anto.in c.cum Ioannes.ſ.de fide inſtrumen.& tali iudici, ſi repertus fuerit malè iudicaſſe, Papa poterit pœnam imponere, gl.ibi, Panor.in c.& ſi neceſſe.j.de dona.
43 inter virum & vxorem. † Sed quid de Regibus recognoſcentibus ſuperiorem, vel habentibus regnum in feudum? dic, ꝙ ab eis non appellatur, tex.& ibi Bal.in l.j.ff.de offi.præfec.præt. Bal. in rubrica Digeſtorum, in 4. col. tñ ſupplicari poterit contra talium Regum vel Principum ſententias, & dirigenda erit ſupplicatio ad illum ſuperiorem, à quo habet Regnum, ſi habet ab alio Rege vel Imperatore, ad illum, ſi à Papa habet feudum ad Papā. Ita Bal. in d.l.j. in fi. ff.de offi.præfec. præto. Et idem dicerem de alijs principibus habentibus ſupremam poteſtatem. Facit quod no.in c.Romana.§.debet, de appella.lib.6.in c.ſolitæ. ſ.de maioritate & obedien. Arch.in c.duo iſta, 96.diſt. & quæ infra dicam. Sed operępretium eſt ſcire, nunquid à ſentētia lata per iudicem, cui eſt facta cōmiſſio, ſm conſcientiam ſuam, poſſit appellari? & dubium facit, nam appellatio interponitur ad ſuperiorem, conſcientiæ ſolus Deus eſt ſuperior, l.2.C.de rebus credi. & iur. Voluit Arch.vbi ponit de hac quæſtione, & ibi diffinit, quid ſit conſcientia, in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem, de reſcrip.li.6. Dñi de Rota in deciſione ſua, vbi multa de conſcientia, 437.quæ incipit, fuit dubitatum vtrum executor. & ita per prædicta videtur concludi, quod non poſſit appellari, cum in mundo non ſit aliquis ſuperior conſcientiæ alterius, ita glo.in dicto §.aſſeſſorem, ſuper ver. dimittatur, ita Bal.in l.certum.C.vnde cogna.tñ vos dicite ex mēte Bal.in l.j.C.de reb.credit.& iureiurando, in l.2.C.de ſen.ex peric.re.Imo.in l.ſi ſic, in prin.ff.de leg.j.Ange.in l.inter ſtipulantē. §.j.ff.de verbo.oblig. ꝙ iſtud regulariter procedit, quod non appellatur, tñ ſi grauis & enormis eſſet læſio, iſto caſu poteſt impetrari à ſuperiore, vt iniquitatem corrigat, & hoc ſapit quandam naturam appellationis, & latè ſumpto nomine appellationis poteſt dici appellatio, ita intelligitur glo.in cle.j.in ver. oneramus, de iurepatrona.Et hāc diſtinctionem voluit Gemin. in c.j.7. col. de ſen.& re iud.Imo.in l.j.ff.de leg.2. Bal.in c.j. de milite vaſſallo qui contumax eſt, Bellamera deciſ.18.incipiente, Oneratio conſcientiæ.vbi tenet, ꝙ hoc caſu appellatio effectum deuolutiuum operetur, licèt non ſuſpēſiuum, & quod iſte recurſus ſapit appellationem, tenet gl. quam ibi ponderat Ange.de Peruſio, in l.ab executione, in fi.ff.eo.& ibi hoc tenet Ange. de Aretio, & idem in §.ſed iſte, Inſti.de excep.& ita gl. hanc ſequitur vltimā Pet. de Ancha.conſi.371.incipiēte, In Chriſti, &c. primo, & ante omnia. Et ibi quod ad hāc declarationem requiritur citatio, & etiam in c.2.de iura.cal.lib.6.Panor.in c.ſuper his, de accuſa.& in c.j.& ibi
44 Imo.ſ.de conſti. † Et ad prædicta facit, quia vbi aliquid committitur arbitrio alterius, non habet locum appellatio, vel videre alicuius.Ludo.in rubri.de arbitris, in 3.col.Inno.in c.fi.de ferijs. Io. And.poſt gl.in c.j.de conſtitu. Bal.in l.2. C.quomodo & quando Iudex, quod declara, vt Imo.in l.2.ff.de publicis iudi. & Lapus, & poſt eum alij, in c.2.de iura.calum.li.6.& de his verbis, videre tuo ſtabo.gl.in c.2.de corpo.vitiatis.Panor.in c.j. de ſequeſtra. po. & fruc.& Bar.& Imo.in l.ſi ſic, in prin.ff.de leg.j.in extrauaganti ad reprimendam, in verbo, videbitur Imo.in c.ſignificauerunt, de teſtibus.Mattheſilanus in notabilib.ſuis, notabili 17.Panor. poſt domi.Anto.in c.j. de conſti.in fi.col.licèt in contrarium faciant, quæ notat Bar.in l.à ſententia.§.j.ff.de appellatio.in l.j. C.de arb. in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Bar.in l.fina.ff.de appella.recipi. licèt aliter, & ſic facit pro Ludouico.Bal.in l.hi, qui ad ciuilia. C.de appellatio.& Panormi.in c.cum dilectus, de arbitris. in his quæ cōmittuntur arbitrio iudicis ex iuris diſpoſitione clarum eſt, quod poteſt appellari, tex.in c.j.de dilatio.glo.in c.ſuper his, in fine, de accuſatio.in l.ſi qua pœna, & ibi Bar.ff.de verbo.obligatio.Ioan. And.in additio.ad Specu.in tit.de citatione.§.ſequitur. verſic.ſed nunquid creditur. Cano. in c.j. de dilatio. Et ideo in iſta materia placet media ſententia, vt dicamus, aut committitur libero arbitrio alicuius, & tunc procedat prima opinio, vt non poſſit appellari: aut ſimpliciter committitur arbitrio alicuius, non tamen libere, & quod poſſit appellari ſicut quando à iure committitur, quia non eſt ratio differentiæ. Ita colligo ex mente Docto. præallegatorum, & do.Alexan.de Imo.in l.j.in fi. colum. ff.de leg.2. Facit quod notat Imo.in l.filiusfamil.ff.de dona. Bal.in l.milites. C.de teſtamen.milit.Ludo.de Roma notabiliter conſi.261. quod
45 incipit, ſuper eo, quod quæritur, in fi.colum.† Tamen tene menti, quod ille cui eſt commiſſum, vt ſecundum conſcientiam iudi-
a cet, [a] prius debet iurare, quod rectè & iuſtè aget, iſta ſunt verba Ange.in repetitio.l.ſi vacantia, circa principium. C.de bon. vac. li.10.refert & ſequit Imo.& nouiſſimi in l.de pupillo. §.qui opus. ff.de ope.no.nun.& eſt glo.in argumentum multum, in l.Theopompus, & ibi Bart.ff.de do.præleg. Faciunt notata in l.hac edi-
46 ctali.§.his illud.C.de ſecun.nup. † Et per prædicta infertur, quod
b ſententia lata iudicio ſortis, [b] ſeu brauij, ſiue fortunæ, cum non habeat ſuperiorē, qui poſſit ipſam fortunā corrigere, iuxta illud.

Sed nos te facimus fortuna Deam, cœloq; locamus.

Voluit Bal. in l.fina. in princ. C.cōia de leg. quod talis ſententia non poterit retractari per appellationē, tñ ſi leſio eſſet immoderata, poſſet peti retractari, & ita lato modo poſſet dici à tali ſententia

ADDITIONES.

a ¶Secundum conſcientiam. Adde ad hanc materiam quod quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius, non poteſt ab eius ſententia appellari, ita do. Iaſ.in l.quod quis.C.de procu.per gl. quam pro ſingulari ad hoc no. Pau. de Caſt.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no.nun. Ange.de Aret.in §.ſed iſte, Inſtitu.de actio.allegat Bal.in c.ſi ſacerdos, de offi.ordi.ponit do.Iaſ.in l.à iudice.C.de iudi.& in l.ſi ſic legatum, de legatis primo.

b ¶Iudicio ſortis. Nūquid à ſnia ſortis, & ſic fortius poſſit appellari, vide do.Iaſ. in l.huiuſmodi.§.ſi is cui, circa fi.ff.de leg.j.& in l.ſi duobus. C.cōmu. de leg.

tentia appellari. Ita debet intelligi, quod voluit Bal. in l. maiorib. C. cõia vtriusque iudi. tñ iudicium sortis, vbi tractatur de graui præiudicio, non admittitur, nisi vtraque parte consentiente. Ita voluit Ang. in l. sed cum ambo. ff. de iudi. Quinque etiã, puta in spi-
47 ritualibus iudicium sortis reprobatur, c. fi. j. de sortil. † Sed quid dicemus de snia delegatorũ, quis erit superior in appellatione? Et dicite, ꝙ regulariter superior est delegans, & ad eum appellatur. caplo, super quæstionum. §. porro. s. de offi. deleg. c. cum Bertoldus, & ibi hr. s. de sen. & re iudi. c. si delegatus, cum similib. de offi. dele. li. 6. Sed quid si delegatur causa ordinario, pone, de qua non poterat alias cognoscere, appellatur à snia eius expresso nomine officij ordinarij, nihil expresso de nomine officij delegatæ potestatis. Calder. consuluit in rubrica. C. consi. 8. per illud vulgare, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. concludendo, ꝙ non valet talis appellatio. & c. cum super, de offi. dele. quod tñ vr ꝯ ea, quæ habentur in l. 3. ff. de testamento militis, in c. cum ex officij, de præscriptioni-
48 bus. † Sed quid de subdelegato delegatorum? dicite, ꝙ delegans est superior, iuribus supra allegatis. Quod procedit, vbi aliquid sibi reseruaret delegans, vel esset delegatus ad vniuersitatẽ causarum, secus si in totum subdelegasset vices suas. gl. in c. si is cui, de offi. deleg. li. 6. in l. j. in princ. fm vnam opin. ibi positam. ff. q. s, & à qui. & ibi Ang. de Are. in 5. col. & Imo. ibi, & Lud. Bar. in l. j. ff. de dam. inf. sec. licèt aliter loquatur, idem Bar. in d. l. j. in prin. & Cyn. & Saly. in l. j. C. qui pro sua iurisdictione. qui dicunt de iure ciuili indistinctè appellandũ ad delegatum subdelegantem. Sed difficultas est scire, an à sententia talis subdelegati posset appellari ad Papam omisso delegante, & sic medio. Et dicite, si est subdelegatus delegati Papæ, tunc ad Papam non possit appellari omisso subdelegante, & sic medio, sed debet appellari ad subdelegantem, d. §. porro. subaudiendo ibi maximè, vt vult ibi Ioã. And. & d. c. si delegatus, in fi. & ita concludunt cõiter scribentes in dictis locis. tñ parte non opponente valeret appellatio interposita ad Papam, vt ibi concluditur, & ita ẽt cõiter cõcluditur in d. c. cũ Bertoldus, licèt Io. And. ibi voluerit ꝯrium, quia tenuit indistinctè, ꝙ possit appellari ad Papam. In alijs autem subdelegatis. s. delegatorum ab inferioribus à Papa, põt appellari ad Papã omissis medijs, vt notatur in locis præallegatis, & dicam in c. di-
49 lecti filij prior. j. eo. † Sed quid dicemus de sententijs ordinariorum alicuius inferioris Principis, vel ciuitatis, quis erit superior in appellatione interponenda ab istorum sententijs? Et dicite, ꝙ si est Iudex specialis deputatus ad causas appellationis, tunc ille erit superior, & talis Iudex nõ tamẽ erit cõpetens Iudex in causa reductionis, quia non est appellatio, vt j. dicam. Ange. cõsi. 219. incipit, in ciuitate. Si autem iste non adsit, vel quia nullus sit in ciuitate, nec solitus creari, vel quia impeditus sit impedimento longo vel perpetuo, iuxta ea quæ habentur in c. si is cui, de offi. deleg. li. 6. in c. j. ne sede vacan. eo. li. tunc appellandum est ad illos, qui talem iudicem habent deputare siue eligere, si deputentur per Principem ad Principẽ. Si per ciuitatẽ, ad decuriones ciuitatis, qui repræsentant ipsam ciuitatem, vt voluit gl. in rubrica. C. quæ sit lon. cõsue. Ita Bal. hic in j. col. & Panor. Ita Bar. in d. l. j. §. si quis. Bar. in l. j. §. solent. ff. qñ appel. sit. Bar. in l. vbi absunt, per illum tex. ff. de tut. & cura. da. ab his. Ita Bar. in l. quoties. ff. ad municip. Ang. in prima repetitione l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. ita Bal. in l. 2. C. qñ fis. vel priua. in j. col. quæ allegat tex. ad hoc singularem in §. ad hoc peruenit, in Auct. vt nulli iudicum. Ita Bal. in c. j. si inter dominũ vel vassal. lis ori. in vsi. feu. qui allegat tex. in §. penul. in Aucten. vt nul. modo. Ita Ludo. de Ro. in rubri. de arb. in 16. col. vbi dixit hoc procedere in ciuitatibus, quæ habent merum vel mixtum Imperiũ, & alijs similibus locis. secus si non haberent merum & mixtũ Imperium, & faciunt quæ dixi supra in articulo cuiusmodi iurisdictionẽ debeat habere iste superior. Ita Ludo. in singularibus suis, c. cum nullus. §. eps, de tẽpo. ordi. lib. 6. Ludo. de Roma, in consilio 91. incipit, Omnipoten. vt declarationem, in fi. col. tenet hoc, sed reprehendit Bart. quatenus in d. l. vbi absunt, vult appellari ad antianos siue priores, tñ pro Bar. facit d. l. vbi absunt, iuncta gl. in l. sed si dolo. ff. de dolo, quæ dixit decuriones antianos esse. In quantũ innuunt pdicti Doct. ꝙ si sit certus Iudex appellationum deputatus, ꝙ ad alium ordinarium superiorem illius ciuitatis non possit appellari, hoc vr ꝯ notata per Io. And. & Panor. in c. pastoralis, in prin. & in c. irrefragabili, in prin. & §. excessus. s. de offi. ordi. vbi volunt, ꝙ licèt particularis Iudex habeat iurisdictionẽ in aliquo particulari officio, qui habeat vlem iurisdictionẽ, licèt accumulatiuè habeat, & est tex. no. & ibi Bar. in l. j. C. de offi. pfec. vrb. tñ Bal. in c. j. §. ad hæc, in 4. col. de pa. iura. fir. in vsi. feu. tenuit in ꝯrium. s. ꝙ per deputationem particularis officialis videatur inhibitum ordinario, ne se impediat de illo officio, & pro eo facit tex. in l. consulta diualia. C. de testa. in l. repetita. C. de epis. & cle. cũ similibus, no. Ang. in l. cum pretor. ff. de iudi. Bal. in c. studuisti. s. de offi. deleg. fędere distinctionis vr velle ista resoluere, dicens aut vnus Iudex est maior, alter minor. Et tunc per deputationem vnius alius non extinguitur, neque excluditur, l. ꝯ pupillum. §. qui ad maius, de re iudi. Aut sunt pares, & vnus habet generalem & alius specialem, & tunc species derogat generi, & vr specialis ista potestas exempta & extracta à generali, l. solemus. §. latrũculator. ff. de iudicijs. aut vna venit in suffragium alterius, & tunc stat vtraque, c. j. s. de offi. ord. c. per hoc, & c. vt cõmissum, de hære. li. 6. de hoc etiam per Ange. in l. vacantia. C. de bon. vacan. li. 10. Ludo. consi. 242. incip. vnum est, quod substantialiter, vbi vltra præallegata allegat pro prima parte, l. fi. cum gl. C. de iurisdi. omn. iudi. l. fi. cum gl. C. vbi causæ fiscales. Bal. in l. j. de offi. consulis, in l. si quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procura. in l. quod in rerũ. §. si quis post. ff. de leg. j. Ange. in d. l. consulta. Ludo. latius hanc partẽ prosequitur, & firmat consi. 393. incipit, præsens cõsultatio. Adducit vltra prædicta l. vires. C. de iure diuer offi. ibi Bar. & no. in c. quanto, & c. cũ ab ecclesiarum, de offi. ordi. c. cęterum, de iudicijs, l. quoties. §. fi. ff. de admi. tuto. & hanc etiam partem tenet Pet. de Ancha. consi. 158. incipit, de viribus & efficacia, & sic magis cõiter tenetur, ꝙ deputatio vnius specialis officialis non tollat ordinariã generalem alterius etiã in illa specie. Facit Imo. in l. Titiæ textores. ff. de leg. j. Sed nunquid iste ordinarius superior poterit causam appellationis alteri delegare? Bar. in l. j. §. solẽt. ff. qñ appel. sit, & Bal. in l. eos, in prin. C. eo. tenent, ꝙ licèt sit mixti Imperij, tñ potest de se delegari, nisi natura principalis negocij repugnet, & gl. in l. j. in fi. C. de pedaneis iudicibus, in c. penulti. de resti. in inte. ita possunt concordari, ita Ang. de Aret. in d. §. solent, in fi. col. in quãtum tñ dictũ est, ꝙ causa appellationis est mixti Imperij. Ioã. de Anania, in d. §. solẽt, tenet ꝯ. & Raph. Cuma. per tex. in l. præcipimus, ver. huic saluberrimè. C. de appel. fm intellectum quẽ dãt ad illam l. Bar. in l. j. §. j. ff. quis, & à qui. facit quod no. Innoc. in c. cũ speciali.
50 j. eo. dum vult, ꝙ † appellatio non immutat naturã causæ principalis. Facit tex. in l. j. §. j. ff. an per alium cau. app. si principalis causa est mixti Imperij, erit etiã appellatio, aliàs non. Facit ad primũ
51 dictum, ꝙ † causa appellationis possit delegari, c. Romana, eo. li. 6. c. interposita. j. eo. si de iure canonico hoc licet, quare non etiam iure ciuili, cũ mutatum non reperiat? sed pone, ordinarius recusatur suspectus, puta eps delegat causam alteri, delegatus pronũciat, ad quem erit appellãdum, an ad epm, an ad Archiepm? Mihi placet dist. do. Anto. in c. si quis ꝯ. s. de foro cõpe. Aut eps est recusatus, sed nõ fuit probata recusatio, & ad eum est appellandũ, nam licèt aliqualiter sit iurisdictio sua elisa, tñ facit gradũ, l. si qui tutor, in prin. ff. de ritu nup. ita Io. An. in d. c. si quis ꝯ. Aut est recusatus, & probata suspitio, & super ea iudicatum, vel tñ fuit probata, & tunc appellandũ erit ad Archiepm, nõ ad eum. facit c. Iu-
52 dex, de offi. deleg. li. 6. † Sed quid de sententijs latis ab aliquo rectore collegij inter ipsos de collegio, quis erit superior? & concludit Bar. in d. §. si quis, quod superior: & si ille, ad quem appelletur, erit ordinarius ciuitatis, qui habet potestatẽ super omnia collegia inferiora, & sic ad ordinarium ciuitatis, qui est ibi superior ipsius collegij. Et ad hoc faciunt, nam ordinarius ciuitatis habet potestatem supra collegia inferiora facta in ciuitate ipsa, & ideo eorum ordinationes potest velle videre & corrigere, & immutare, si videbitur sibi equũ. Ita Bar. in l. j. §. fi. per illum tex. ff. de extraor. cogni. ita Bal. in c. j. §. conuenticulã, de pa. iur. fir. in vsi. feu. imo posset ex causa velle deponere vel destruere ipsũ collegiũ. ita Inno. in c. dilecta. j. de exces. præla. faciunt quæ habentur in c. cum ex iniuncto. j. de ope. no. nun. Panor. tñ hic altius exorditur, dicens, ꝙ aut est collegium seculare, & tunc appellatur ad ordinarium secularem, cum illi subsint, l. fi. & ibi hr. C. de iurisdi. om. iud. c. cum ab ecclesiarum rectoribus, & ibi hr. s. de offi. ord. nam cum ipsius rectoris potestas emanat à collegio, quod illud habet eligere, vt notabiliter ponit Ange. cõsi. 223. quod incipit, Ars calzolariorum, nõ mirũ si ab eo appellatur ad superiorem collegij sicut supra dictũ est. quod de vicario epi appellatur ad superiorẽ epi, faciunt quæ habentur in l. fi. C. de iurisd. omn. iudi. Aut sunt collegia ecclesiastica, puta quia in eis non adsunt, nisi clerici, vel si adsunt laici, maior tñ pars collegij sunt clerici, quia tunc iudicamus, vt de collegio ecclesiastico, vt voluit Bar. in l. fi. in 3. col. ff. de colleg. illici. Bal. in auct. habita. C. ne fil. pro patre, in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. faciunt quæ no. Bar. in l. cum senatus. ff. de reb. dub. Et notatur per Cano. in c. ex literis. s. de consti. & illo casu appellandum est ad ecclesiasticum, per ea quæ habentur in c. diligenti, & in c. significasti. s. de foro compe. videbimus aliqd in c. si duobus. j. eo. Aut vero in eis adsunt plures laici, q̃ clerici, & tunc

& tunc iudicamus de tali vniuersitate vt de seculari, per iura s. al legata. Et ideo superior erit ordinarius secularis: nisi iudicasset iste rector vniuersitatis in cā alicuius clerici coram eo conuenti: nam illo casu appellandum est ad superiorem ecclesiasticū: nam clericum istum non potuit rector iudicare, nisi vt clericus: quia vt laicus non haberet potestatem in clericū, vt dicto c. si diligenti. cum simil. Sed vbi appellatur a clerico iudice, vt clerico, appellatur ad superiorem ecclesiasticum, c. Romana. §. debet. & ibi notatur, eo. tit. lib. 6. ergo isto casu bene erit hic superior iudex ec-
53 clesiasticus. ita hic Pan. † Sed quid de clericis iudicantibus de temporalibus: & inter laicos quis erit superior. Dicite ꝙ aut iudicat iure proprio ipsius ecclesiæ, ita ꝙ non recognoscit aliquo mō in ea iurisdictione aliquem laicum, quia nec habet in feudum a laico, nec aliquo titulo ab eo tenet: & tunc superior est ecclesiasticus, ad quem appellādum est, d. §. debet. vbi tex. ad literam. Et iō dixit Bal. in additio. ad Spe. eadem col. 30. ꝙ si quis est dux & episcopus, & fert sñiam vt dux, ꝙ tunc appellatur ad ecclesiasticum iudicem: quia ista dignitas, si aliud non apparet, est accessoria dignitatis episcopalis. Ad l. si qñ. C. eo. respondent ꝙ loquitur, quādo dignitas principalis est sine iurisdictione: ideo illa iurisdictio competens respectu alterius dignitatis, non potest dici accessoria alterius iurisdictionis. Aut vero recognoscit laicū aliquo modo: & tunc appellandum est ad ipsum superiorem laicum, quem recognoscit, d. §. debet. & ibi glo. & omnes scribentes. c. solitę. s. de maioritate & obedientia. Prædicta fallunt, nisi priuilegio speciali vel consuetudine aliter disponeretur, dicto §. debet. vbi tex. & ideo si clericus esset officialis alicuius principis laici vel vniuersitatis laicæ, ab eo appellaretur ad principem laicum. Ita Bal. in d. §. si quis. & alij. ita Can. in d. §. debet. Et ideo si clericus esset delegatus alicuius principis secularis, ab eo appellaretꝰ ad principem secularem, glo. est solitaria, 23. q. 8. c. sæpe. Et ita Petrus de Anc. in d. §. debet. & est bonus tex. in c. in archiepiscopatu. de raptoribus, in fine. quod limitat Bald. hic in 2. colū. non procedere quando delegatio esset facta clerico vt clerico: nam illo casu appellatur ad ecclesiasticum: quia non vr̄ ponderata persona sua, vt persona laici, sed vt clericus non subeit laico: ergo non est superior iudex laicus. Et ideo dicit, quòd si delegaretur sub nomine dignitatis, ꝙ illo casu appellandum esset ad ecclesiasticum. tamen contra eum est casus in authen. si quis vero litigantium: & ibi ponderat idem Bal. in fi. C. de episcopali audientia. Et contra eum multum facit quod habetur in d. §. debet. & in d. cap. solitæ.
54 † Sed quid modo si aliquis haberet duas dignitates, puta esset rex & comes, vel præpositus & episcopus: nunquid respectu harum dignitatum habet diuersos superiores: pone quod iudicat vt comes, quo casu aliquis dux est eius superior: appellabitur ne ad illum ducē? Et certe dubiū nascitur ꝑꝑ admixtā dignitatē regiā, cuius non potest esse superior dux. In dicite der prædicta, quòd ex quo iudicauit vt comes, non vt rex, ꝙ illo casu appellandum erit ad ducē, l. si qñ. vbi tex. C. eod. & ibi Bart. in d. §. si quis. & ibi alij. sequūtur Pan. & Pet. hic. Io. de Anania in c. 2. de delictis puerorum. Pan. in c. verum. de fo. comp. Lud. in l. 2. in 8. col. ff. de ver. obl. Pan. in c. dilectus. il 3. de præbendis. Archi. in §. his ita. 11. qō. 1. Bal. in l. j. in fi. ff. de off. præfe. præto. dum vult appellandum esse indistincte a rege ad dñm feudi. Facit c. Romana. §. dēt. eo. ti. li. 6. iuncta gl. nam de prælato, qui est dignior quocunque superiore laico, c. solitę. s. de maio. & obed. cum similibus appellatur rōne
55 feudi ad laicum dñm feudi. † Quid modo si de comite vno appellandum est ad ducē, & ipsemet reperiatur esse dux & comes, nūquid de sñia, quā tulit vt comes, appellandū sit ad ipsummet, cū ipse sit & comes & dux. Bal. hic in 2. col. vr̄ cū dicto Bar. tenuisse, ꝙ pōt appellare ad ipsummet: sed quia esset suspectus iudicādo in facto ꝓprio, dēt delegare, iuxta ea quæ habenť in l. prætor. de iurisd. omn. iud. pro Bal. est gl. & ibi Bar. in l. eos. in princ. C. eo. voluit Spe. in tit. eo. §. nunc tractemus. versi. pen. & facit gl. in c. si is cui. in fi. gl. magnæ. de off. delegati. li. 6. Reperio tñ, ꝙ dñi de Rota in decis. sua 311. quę incipit, Itē fuit dubitatū vtrū archieps. vñr decidere ꝓrium in simili qōne, dum dicunt ꝙ si archieps sit effectus legatus, quo casu vr̄ superior archiepi, ex quo est legatus, ꝙ tñ ad eum non appellabitur a sententia quam tullit vt archieps, quia esset iudex in facto proprio. & faciunt quæ habentur in ca.
56 a collatione. de appel. cogitabitis. † Sed quid si clericus iudicat de vna causa cum laico, & ille laicus sit, puta comes, clericus sit simplex plebanus: & iudicauit in causa laicorum, puta ex compromisso, casu quo appelletur a sententia arbitri, ad quem appellabitur? Et certe dicit hic Bal. ꝙ cum magis dignum trahit ad se minus dignum, c. quod in dubijs. cum vulgaribus, de conse. eccl. vel altaris. facit glo. nota. in c. 1. de iure patro. lib. 6. videtur quod dēat appellari ad ecclesiasticum. Et sic vult Bald. quod simplex plebanus sit dignior comite. & facit nota. tex. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. Vbi abbas præponitur duci. & facit tex. in c. solitæ. s. de maiorit. & obed. vbi episcopus & archiepiscopus sunt digniores rege, & Papa est dignior Imperatore. Pan. firmat hoc, & ipse
57 Baldus in qōne proposita. † Nam non attenditur superioritas ratione dignitatis in appellando, sed attenditur respectu maioris administrationis, d. §. si quis. & Angelus, & ibi Bar. ponit istā quęstionem, & determinat hoc modo. & ita firmat idem Bar. & Bal. in l. præcipimus. §. fin. C. de appellationibus. Et ita Car. & Imo. in c. super questionum. §. si vero. de offi. dele. Ita Petrus de Anch. in regula ea quæ. in 26. col. de regul. iur. lib. 6. Si ergo in materia appellationum cōsideratur superioritas respectu administrationis non dignitatis, certe si plebanus habet maiorem administrationem quam comes: ergo attendemus potius superiorem plebani, & sic ecclesiasticum, quàm superiorem comitis & sic laicum. Et ideo concludit, ꝙ debet illo casu appellari ad superiorē ecclesiasticum. & facit pro eo glo. in cap. vnico, de iure pa. lib. 6. & quod plebanus sit maior administratione, patet respectu curæ animarum, cap. præcipimus, in argumentum, 12. q. 2. & ita cōcludit Bart. in d. §. si quis. Cæterum quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, l. j. ff. de arbitris. & in materia indifferenti iudicis appellatione comprehenditur arbiter, glo. in verbo, iudices. in c. 1. de ꝓfessis. li. 6. in c. 1. de re iud. eo. lib. licet gl. vr̄ ꝯria in c. 1. in verbo, iudices de fo. cōp. li. 6. nō ab re erit vt tāgamus, an hodie cū ꝑ l. cū antea. C. de arb. actio nascať ex sñia arbitri, possit a sñia arbitri appellari. Bar. in l. j. C. de arbit. in l. 2. ff. de arb. in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. & ibi etiam Paulus de Castro tenent quod sic, quia cessat ratio dictæ l. primæ, cum sententia arbitri tacite vel expresse emologata producat actionem, dicta l. cum antea. Nam dicit Bart. appellando infra decem dies tacite videtur approbare sententiam ut latam, licèt impugnet ut male latam, l. 3. §. falsus. ff. rem ratam haberi. & simili consideratione vtitur Bartolus in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto irritoque testamento. Tamen in contrarium tenet glo. & Baldus & Salyc. in d. l. prima, & Paulus de Castro sibi contrarius. Imol. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. in l. primę, §. finali. ff. a quibus appel. non li. Mouentur primo per regulam d. l. primę, & l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris. Et ad rationem Barto. dicunt quod non procedit: Nam emologatio est tacita vel expressa approbatio sententiæ quod sibi placeat, dicta l. cum antea. sed appellans expresse dicit sententiam sibi displicere, l. prima. C. si sæpius in integr. restitu. postu. fue. & patet ad sensum: ergo per appellationem nō potest resultare tacita emologatio. Ad l. 3. §. falsus. respondent, quòd ibi non diditur quòd appellans tacite approbet sententiam inualidam, quia hoc non esset verum: nam appellatio a sententia nulla valet, & tamen non per hoc approbatur nullitas sententiæ, nec conualidatur sententia, l. si expressim. ff. de appel l. ca pitu. dilecto. infra eodem. Sed ibi approbatur persona falsi procuratoris, & sententia, quæ contra eum erat valida, vt not. in l. licet. C. de procura. in cap. in nostra. supra de procura. l. Plautius. ff. de procu. transfunditur etiam in ipsum dominum appellantem. ita intelligitur d. §. falsus. Secundo adducūt. nam appellatio est remedium, quo sententia suspenditur, & ad superiorem in iurisdictione eius cognitio deuoluitur, l. præcipimus. C. de appellat. sed arbiter non habet iurisdictionem, sed notionem tantum, l. ait prætor. in princip. ff. de re iudi. & sic non facit gradum, & sic nō hēt superiorē in gradu iurisdictionis: ergo ab eo appellari non poterit. Sed Bart. hoc sentiens in dicta l. nemo potest. respondet, quòd non sequitur, non habet iurisdictionem: ergo ab eo non potest appellari. patet in executore mero, qui si modum excedat, potest appellari ab eo, l. ab executione. ff. eodem. l. ab executore. C. quorum appellat. non recip. Sed responsio non tollit arg. nam executor etiam merus, tamen habet iurisdictionem contra impedientes executionem, & ad executionem complendam, c. ex literis. vbi tex. s. de offic. dele. Tertio adducitur: Appellatio est inuenta, vt sit remedium oppressorum, c. suggestū. j. eodem. sed oppressus ab arbitro habet remedium magis expeditum, s. simpliciter sine alia forma nec reclamatione ad superiorē contradicat: & sic non erit sentētia arbitri emologata, nec sentētia sibi præiudicabit, d. l. cum antea. ergo frustra recedimus a regula antiqua, d. §. stari. quæ est, vt non possit appellari. & hanc opi. tenet in ꝯsilijs suis Lud. de Roma, ꝯs. 27. quod incipit, Viso themate. Ang. in d. l. arbitro. d. Ant. in cap. Quintaualis. s. de iureiu. sequitur Pan. & Imo. in ca. cum dilectus. de arbit.
58 † Vbi sententia arbitri ex dispositione statuti produceret actionem: tunc per rationem d. l. j. posset appellari. Ita Bar. ibi, & in d. l. nemo. licet aliter distinguit ibi Sal. & Bal. Panor. in d. c. cum di-
59 lectus. vbi sequitur omnia dictā Bal. in d. l. j. † Quid autem de iure cano-

a canonico,an a ſnĩa arbitri a poſſit appellari:Bal.Sal.& cõiter Legiſtæ in d.l.j.videntur dicere quod ſic,per c.ſtatuendũ.2.q.6.Aſſignant rõnem,quia de æquitate canonica oĩs quomodocunq; oppreſſus poteſt appellare,c.ad romana. ca. ideo. & §. cum ergo.2. q.6.tñ d.c.ſtatuendum.parum facit. Secundo adducitur glo. in c. a iudicibus.2.q.6 quam ad hoc allegat Bal.in l.ſi ſeruus plurium. §.fi.ff.de leg.j.in l.cum quidam.ff.de leg.2.Ang.in d.l.arbitro.Pe. de Anch.in cle.ſæpe.de verb.ſigni.in fi.Imo.in d.l.nemo poteſt. glo.Hoſt.& Io.An.in c.2.de arb.Imo.in c.per tuas. de arb.Tamẽ Imo.in d.l. nemo poteſt. dicit quod hoc non reperitur bene cautum de iure canonico.& Pan.in d.c.cum dilectus. dicit ſtandum regulæ iuris ciuilis,d.§.ſtari.& d.l.j.Spec.in tit.de appel.§. in quibus.verſi.16.hoc tenet.ad contraria dicit, ꝙ loquuntur potius de implorando officium iudicis, quàm de appellatione. Et ita vr̃ ẽt ſentire Imo.in ca.Quintauallis.in 23.differentia.ſ.alle. Et ita etiã poteſt intelligi glo.in c.expoſita.in verbo,irritum.de arbi. Ita ẽt vr̃ loqui Lud.in conſi.27.ſ.alleg. dicens ꝙ talis reclamatio debet interponi intra decem dies, ne videretur emologare. Sed forte non eſt hoc dictum Lud.verum,ſi ſnĩa abitri nutrit peccatũ, per no.in d.c.2.& dicto c.expoſita.& ideo cum ſit appellatio impropria reclamatio,quæ interponitur a ſnĩa arbitri, vt Bal. in addit. ad Spe.in tit.de arbi.in 2.parte.in 6.col. non habent locum in ea fatalia anni,neque deſertio.Bal.in l.j.in 3.col.C.de arb. Panor.in d.c.cum dilectus. tempus autem decẽdij attenditur,non tanquã tẽpus appellationis,ſed ne videatur lapſo illo tacite emologaſſe, per d.l.cum antea.Et ad prædicta facit quod no.Bald.in d.§.ſtari. Do.Alexander de Imo.in l.nemo.dicit non eſſe in practica recedendum ab opinione, ꝙ de iure canonico a ſnĩa arbitri poſſit appellari.tñ contraria opinio eſt ſuſtentabilis, & eam tenet Ludo.

60 in d.l.arbitro.ff.qui ſatiſda.cog.†Quid modo de ſnĩa arbitratoris, an poſſit ab ea appellari?Bar.in l.fi.in pen. col.ff. de appel.recip. quam refert & ſequitur Lud.conſi.26.quod incipit, Super eo qđ quæritur. tenent quod ſic:mouentur per l.a ſnĩa.§. idem reſcripſerunt.ff.eo.vbi appellatur a trãſactione, ſed arbitramentũ ęquiparatur tranſactioni,auth.ſi vero contigerit.& ibi no. C.de iudi. Inn.in c.Quintauallis.de iureiur.ergo ab eo poteſt appellari. Cõtra Bar.tenent Bal.in rub.& in l.hi qui ad ciuilia.C. eod. & Lud. in rub.de arbitris.in finali carta.dicens,ꝙ fruſtra eſſet remedium reductionis,ſi poſſet appellari:quod tñ non cõcludit, per ea quæ infra dicam.Tenet Pan.in c.cũ dilectus.in fi.col.de arbi.Io.And. in addi.ad Spe.in tit.de appella.§.in quibus.verſi.quid conuenit: hoc idem vr̃ ſentire.Mouentur,quia non parit laudum arbitratoris actionem,ergo ab eo non appellatur,d.l.j.C.de arbi. Itẽ quia arbitrator nihil iudiciale in ſe hẽt,Inn.in d.c.Quintauallis.Sed ſi attẽdatur mens Bar.voluit ꝙ a laudo appellari poſſit, ſicut a quocunque alio actu extraiudiciali litis deciſiuo,d.§.idem reſcripſerunt.vel præiudiciali,c.bonæ.j.eo.c.dilecti.de maior.& obed.Tñ ad l.a ſnĩa.§.idem reſcripſerunt.reſpondent,ꝙ loquitur in tertio, qui non tranſegit ipſe,ſed lęditur per tranſactionẽ alterius: quo caſu dicit Bar.in d.l.fi.ꝙ põt appellare, ſed ipſemet, qui trãſegit, appellare non poteſt.Ita Bar.ibi ergo cum arbitramentum æquiparetur tranſactioni,ipſe qui compromiſit,non poterit appellare. Sed Angelus de Aretio in dicta l.fi.bene reſpõdet huic rationi,dicens ꝙ quando quis tranſegit,ipſemet non habet iuſtã cauſam appellandi ab eo, in quo expreſſe conſenſit,l.ad ſolutionẽ. C.de re iudi.c.quo ad conſultationem.ſ.de re iudi.Sed qui compromiſit,non directo cõſenſit in id quod eſt laudatũ, cum ignoraret quid eſſet arbitrator declaraturus, & in dubio videtur actũ vt non lædatur immoderatè, l.ſi libertus iurauerit. ff. de oper.liberto.d.c. Quintauallis. non mirum ſi cum potius lædatur facto tertij quàm ſuo,poteſt appellare. Tamen ipſemet Ang. de Aret. ibi tenet contra Bar.ponderans textum in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.dum dicit, ad arbitratum boni viri redigi debeat.no.verbum,debeat.quod neceſſitatem importat, l.ſæpe audiui.ff.de offic.præſi.quod arg.eſt ſatis vtile,per not. in clem. attendentes.in glo.de ſta.monacho.in c.intelleximus. de iudicijs. & cum hac opinione,ꝙ non poſſit appellari,tranſit Imol. in d.c. Quintauallis.in 35.col.de iureiuran.Et pro ratione Ang. de Aretio ſ.allegata,quòd ſit attendendum, quia compromittens læditur facto tertij,quem ignorabat ita pronunciaturum,imo credebat iuſte arbitraturum.Facit dictum Bal.in l.ſi venditor. C.de reſcinden.vendit. quem allegat & ſequitur Lud. de Roma, in Rubrica de arbitris. in 22. col. dum vult quòd ſi arbitrator ante cõpromiſſum prædixit partibus,quòd ipſe taliter pronunciabit, & partes de hoc certificatæ nihilominus compromittunt in eum, nullo pacto poterunt partes a tali laudo reclamare. Retenta tamen opinione Bart.quòd poſſit appellari a laudo arbitratoris,dicit idem Bart.& Ludo.dicto conſilio,quòd hoc caſu debet obſeruare omnia tempora & ſolennia appellationis. Sed tenendo ꝙ non poſſit appellari,quæ eſt communis ſententia, ſed debeat peti reductio:tunc non habent locum fatalia anni,neque alia,Spe. in titulo de arbitris.§.primo.verſicu.quid ſi a tempore. Cald. de arbitris,conſi.5.& Oldr.conſi.156.incipit,Primum de quo quæritur.Ang.in conſi.186.incipit,Satuto cauetur. Bart.& Salyc. in d. §.arbitrorum.& ibi Albericus,dicens ita ſeruari, quòd poteſt peti vſque ad 36.annos.Imo.late proſequitur iſta.Et infra quantum tempus debet interponi hæc reductio,Bald.& Ang. in l.j. C. de ſententia præfecti prætorio.in l.2.ff.de arbitr. & quantum durabit,poſtquam eſt interpoſita,Inno.dicto capitu. Quintauallis.in 44.& 45.col.verſicu.circa tertium.Ang.in diſputatione ſua,Duo inuicem litigantes.in fina.carta.Cald.in dicto conſi.5.de arbi.& ibi pulchre dicit,quòd iſta petitio reductionis neque eſt appellatio iudicialis neque extraiudicialis. Et de hoc quanto tempore durat poteſtas arbitratoris,Barto.Imo.& alij in l. ſi quis arbitratu.ff.de verborum obligatione. Bald. & alij in l. fina. §. ſed & ſi quis.C.eodem.de lega.Bal.in cap.inter pares.in principio,de lege Cor. Bald.& Salyc.in l.finali. C.de contrahen. empti. Salyc. in l. j. C. de arbitris. Bald. in l.ſi compromiſſum. ff. de arbitris. Domi.Antonius,Panor.& Imol. in cap. cum dilectus. de arbitr. Bald.in Rubrica extra de arbitris. Albericus de Roſate in §.arbitrorum. dicit ſeruari quòd durat tantum quantum prima cauſa. In arbitro autem quanto duret compromiſſum, & quid de inſtantia,Bald.in dicta rubrica de arbitris. Panor. in dicto capitu. cum dilectus.ibi Imol.Salyc.in l.j. C.de arbitr. gloſ. in l. ſi vnus. §.primo,in l.ſed ſi compromiſſum. ibi Bald. ff. de arbitris. Ioan. And.in additio.Specu.in titu.de arbitris.§.differt.in fine.Baldus in locis ſ.allegatis circa arbitratorem,in l.falſo. C. de diuerſis reſcrip.Imol.& Panor. in dicto cap. Quintauallis. Imol.in l. mulcta.ff.de condit.& demonſtra. Salyc.in l.properandum.§.finautem reus. C.de iu.Cardi.in clem.quandiu.de appellationi.

9 test principaliter, & iudicio ordinario adiri. † Et per hoc voluit gl. per hunc tex. in c. si a iudice non solum. in verbo, quicquid. eo dem tit. lib. 6. & volunt cõiter hic Doct. & facit tex. no. in ca. 2. de matr. cõtra ꝯ interdi. ecclesiæ. j. & ibi glo. vbi iudex pendente appel latione super causa matrimoniali põt iubere, ne partes perueniant ad fin matrimonium appellatione pendente, licèt sit iudex a quo. Cardi. no. ibi vr̃ sentire, ꝙ propterea possit facere talẽ inhibitoriã, quia ibi tractatur de peccato euitando, sed cõiter Docto. hic tenent, ꝙ imo ex quo inhibitoria tendit ad faciliorem expeditionem causæ, & appellationis, ꝙ possit iudex a quo huiusmodi inhibitoriam facere, & ita intelligũt illum tex. Et pro hac opi. facit tex. in c. personas. & in capitulo, cum sit. s̄. eod. cum his quæ ibi dixi. vbi iudex a quo tamen post appellationem potest assignare terminum partibus &c. & pro hac opin. facit quod voluit no. Federi. de Senis, consi. suo 83. quem sequuntur hic oẽs excepto Imo. qui dubitat: vbi voluit, quòd si iudex ecclesiasticus mise rit inhibitoriam iudici laico, ne exequatur aliquod instrumentũ, eo quia dicitur vsurarium, & postea pronũciet illud non esse vsu rarium idem iudex ecclesiasticus, & inhibitorium reuocet, quòd illo casu si appelletur, potest iudex a quo pendente appellatione reuocare inhibitoriam, quã reuocat, de nouo mittere, quasi istud fuerit præcedens necessarium in sua sñia, nec per hanc inhibito-

10 riã præiudicatur appellationi. † No. vltimo ex text. ex mente Bal. hic esse casum secundum vnum intellectum, quem ipse sequit, nec ab alijs improbatur, quòd pendentia appellationis non hẽt suspendere iurisdictionem iudicis a quo, quo ad tertium: quia pẽdentia appellationis nihil operatur quo ad tertium. Ita gl. quam allegat hic Baldus in lege, creditor. in principio. ff. mand. glo. no. in capitulo, non solum. in glo. magna fi. eodem titu. lib. 6. & est hic tex. intelligendus, quòd iste appellans fuisset spoliatus a tertio, & nõ ab appellato, prout tex. noster non aperit, ꝙ fuerit spoliatus. ideo ad euitandum contrarium, ne si loqueretur tex. in appellato, diceret contra decisionem istam, quòd appellans videtur renunciasse appellationi reuertendo ad iudicem a quo contra eundem appellatum. capitulo, gratum. s̄. de offic. deleg. capitu. 3. s̄. de eo qui mit. in possef. ca. cum venisset. s̄. de test. capitulo, solici tudinem. j. eodem. l. absolutionem. C. de re iudic. sed in veritate iste intellectus destruit omnem elegantiam effectus istius tex. nã dicunt communiter Doctores per hunc text. quòd iudex a quo potest omnia, per quæ facilior reddatur expeditio causæ appellationis, & colligi non posset hic, si intelligeretur de spoliatione facta a tertio. Preterea si intelligeretur de expoliatione facta a ter tio, esset ista decretalis de indubitabili, nec conuenirent verba tex. prætermisso appellationis articulo: nam clarum est quòd si procedit in appellatione pendente ad aliquid contra tertium, nõ tangit illud de quo appellatio est interposita, & sic versiculus tex. eo, de quo appellatio est interposita, prætermisso superflueret, supra eodem, si Romanorum. 19. distin. capitulo, si Papa. de pri

11 uileg. lib. 6. † Glo. in verbo, reformare. in fine. istud ex glo. venit a remotis, quasi velit glo. quòd sicut seruus, qui regulariter non potest esse in iudicio, nisi certis casibus, l. vix certis. ff. de iudic. tamen pro possessione turbata poterit esse in iudicio. & notate gl. secundum Panormitanum hic, & Domi. Anto. quia vult, quòd interdicto retinendæ, quod competit pro possessione turbata, possit seruus stare in iudicio pro domino, sicut & interdicto recu peran. Et ista est notabilis extensio ad l. j. C. si per vim, vel alio

12 modo, & ibi etiam hoc voluit Bar. † Glo. super verbo, prætermisso. in fine, sentit glo. contrarium ad tex. hoc modo, ex quo appellatum est a iudice, redditur suspectus quo ad aliam causam. Et hoc est, quod glo. dicit, quod c. ad hoc. & cap. proposuit. faciunt contra. Item ex quo appellatum est a iudice, eius iurisdictio quo ad omnia suspenditur. capitulo, super eo. lo primo, secundum cõ munem opinionem, supra eod. Ergo iudex a quo turbata possessione, pendente appellatione, non poterit in ista causa esse iu dex, tum quia suspectus, tum quia suspensa eius iurisdictio. glo. ponit io. quòd tex. noster procedat in ordinario, non autem in delegato. Non obstat quod dicitur de suspicione, quia verum est parte allegante: sed ex quo appellans, qui grauatus est, eum adiuit, non debet posse amplius recusare, cum ipse eum eligat. capitulo, super quæstionum. §. verum. supra de offic. deleg. Non obstat quod dicitur de suspensione, quia illud est verum, nisi velit principaliter coram eo nouam causam deducere, & nouam instantiam incipere, quia tunc appellatio non suspendit quo ad no uam instantiam nouæ causæ, & capitulo, proposuit. infra eodem & d. capitulo, ad hæc. supra eodem. Et ideo tex. noster intelligitur, quòd hic principaliter appellans, inchoando nouam causam, adibat iudicem a quo ordinarium, & in delegato non potest pro cedere, quia ipse non habet iurisdictionem, nisi in causa commissa, quæ per applõnem bene suspensa est, vt dicit gl. iõ super noua cã, & noua instan. adiri non poterit, quia rescriptũ non trahit ad alias lites, & maxime mouẽdas. c. si. s̄. de rescri. Secundus dat intel lectus ad tex. nr̃m, ꝙ iõ iudex a quo adeat, quia spoliatio ista ꝯ applõnem fuerat attentata per appellantẽ applõne pẽdente, & ideo quasi nõ deferens sibimet applõni, in õrium attendendo vr̃ renũciare applõni, c. an sit. j. eo. c. ex parte. & ibi hr̃. s̄. de rescri. non mirũ, si iudex a quo põt adiri. sed hic intellectus violat lrãm, q̃ sentit ꝙ imo appellans turbabat, non aũt turbabat alios. Tertius dat intellectus ad tex. ꝙ hic iudex a quo, ad vtilitatẽ appellãtis adiret a tertio amico suo vel filio, & iõ valet ista aditio, nec inducit renũ ciationẽ applõnis, licèt reuertat ad iudicẽ a quo, q̃a iste nõ hẽbat mandatũ ad renunciandũ applõni, nec ad gerendũ talem actũ ꝯ iudicem a quo. Et iste intellectus licèt in se sit verus, per ea quæ voluit Bald. in capitulo, ex parte. s̄. de rescrip. & quæ dixi in capitulo, ex ratione supra eod. tamen non tollit contrarium de dese-

ctu iurisdictionis. Quartus datur intellectus, quod hic turbatio possessionis attentaretur per tertium contra ipsum appellantem, & ab appellante ad reuocationem bonorum attentatorum, non in via attentati, sed iudicio ordinario coram iudice a quo conueniret iste tertius. Nec obstant contraria, quia appellatio non suspendit quo ad tertium, licet quo ad partes suspendat. capitulo, Romana. §. in alium. eodem tit. lib. 6. & her. dixi. ita Bal. hic. Nec obstat contrarium de suspitione, quia tollitur vt dictum est in primo. Quintus datur intellectus, quod hic iste Archiepiscopus Cantuariensis haberet ex priuilegio, vt appellantes a se pendente appellatione seruaret illæsos, prout dicit Host. esse de consuetudine in partibus Anglicanis: non mirum, si per appellantem pendente appellatione aditur iste Archiepiscopus iudex a quo vigore dicti priuilegij. & hæc lectura placet Host. sed in veritate secundum Panormi. hic multum annihilat decretalem nostram, tum quia esset de indubitabili, contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edi. c. cum in iure peritus. in parte decisa. s. de offi. de lega. quia secundum hoc decretalis ista contineret gratiam, & esset particularis, contra c. erit autem. 54. di. c. ex parte A. presbyteri. cum ibi not. s. de testi. Sextus intellectus est, quem sensit hic Inno. sed clarius Imo. quod hic iudex a quo adiretur ad reuocandum attentata, non tanquam attentata appellatione pendente, sed tanquam attentata lite pendente. Non obstat contrarium de suspensione iurisdictionis, quia hic non aditur propter aliquam connexitatem cum causa appellationis, nec cum ipsa causa suspensa, sed aditur principaliter super alia causa, & alio iudicio, vnde militant rationes quæ dictæ sunt in primo intellectu. fatetur tamen Inn. hic & Imo. melius est dicere, quod non ageretur hic via attentati, sed via ordinaria interdicto vti possidetis, vel si fuit spoliatus, interdicto vnde vi. Septimus datur intellectus, quod hic iudex a quo adiretur propter notoriam iniustitiam siue iniuriam, quæ fiebat appellanti, turbando eum pendente appellatio-
13 ne. † Vnde sicut appellatio non eximit appellantem a notoria iustitia iudicis, quia vbi notorium est iudicem iuste agere, non admittitur appellans. capitulo, peruenit. & c. consuluit. s. eodem. Ita vbi notorie appellatus iniuste agit contra appellantem, non debet appellatio eum adiuuare, nec in hoc suspendere iurisdictionem iudicis a quo, c. 2. in argumentum, de mut. peti. Octauus datur intellectus, quod litera intelligatur vt iacet, quia actum erat petitorio, possessor fuerat condemnatus, appellauit appellatione pendente super notorio, si turbet in possessione, potest principalis agere possessorio, nec obstat de pendentia appellationis, & suspensione iurisdictionis, quia nihil commune habet possessio cum proprietate, l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acqui. poss. Et pendente petitorio bene potest intentari possessorium, l. eum qui. §. cum fundus ff. de vi & vi ar. habetur in capitulo, pastoralis. & in capitulo, cum dilectus. s. de causa posse. & proprie. & ita Imola hic post D. Ant. qui has duas vltimas lecturas commendat. sed contra hunc intellectum facit tex. in verbo, eo. de quo. iuncta. l. nulli. C. de iudicijs. & c. j. s. de se-
14 questra. po. & fruc. Nam possessorium, & petitorium habent connexitatem, vt continentia eorum diuidi non debeat, vt vnus iudex tractet petitorium, alius possessorium eiusdem rei. & contra hunc intellectum facit cle. j. de causa po. & proprie. tenendo quod inducat ius nouum, vt patet verbum, decernimus. Et tenendo hunc intellectum est pulchra limitatio ad l. nulli. Nonus datur intellectus per D. Anto. Panor. & Imolam, quòd hic propterea adiretur iudex a quo, quia illud tendit in faciliorem executionem, & expeditionem appellationis: nam ex quo ille molestabatur appellans in sua possessione, interest iudicis a quo prouidere ne molestetur. primo, quia si necesse haberet appellans pati se molestari, vel interea litigare super hac molestatione, tum propter impedimenta de facto, tum propter litem super hac molestatione, nimis impediretur causa appellationis. vnde vt faciliorem expeditionem habeat, non mirum si recurritur ad iudicem a quo. Item ex alio recurritur ad eum, quia cum finita causa appellationis, si pronunciatur male appellatum, causa reuertitur ad manus suas, quando a grauamine fuerat appellatum. capitulo, vt debitus. j. eodem. ideo sua interest, vt conseruetur causa pendente appellatione in eo statu in quo eam dimisit. & maxime, quia facilior postea erit isti iudici a quo executio sententiæ si interea pendente appellatione nihil est immutatum. & propter has rationes secundum Panormitanum hic, aditur iudex à quo. & hoc retento procedat tex. noster siue in delegato, siue in ordinario. Nec obstat, quod dicit gl. de suspensione iurisdictionis, per capitulum, vt debitus. quia licet sit suspensa delegati iurisdictio, non tamen est extincta, cap. cum cessante. vbi est textus, infra eodem, iuncto capitulo, si iudicem. in fi. eod. titu. lib. 6. vbi delegatus reuocat grauamen pendente appellatione ab eo, ergo non est eius iurisdictio extincta, quia tunc non posset reuocare, nec reuocando reassumere iurisdictionem contra iura prædicta. cum ergo nec etiam iurisdictio delegati per appellationem sit extincta, ergo cum sua etiam intersit, vt dictum est s. de ordinario, quia illæ rationes sunt generales etiam in delegato. ergo sequitur, quod etiam delegatus iudex a quo poterit adiri quo ad omnia quæ respiciunt faciliorem executionem appellationis. Et generaliter quotidie allegatur iste tex. quod iudex a quo potest omnia quæ tendunt in faciliorem executionem appellationis, dummodo appellationi non præiudicet. & faciunt notata per Spe. eod. ti. in 4. parte. §. pen. Et quod voluit gl. in d. c. non solum. in verbo, quicquid. fatetur bene Panor. quod inter delegatum, & ordinarium, est tamen hæc differentia, quia si ordinarius detulit appellationi, poterit principaliter postea adiri, vt noua causa incipiatur coram eo, licet secus in delegato, quia caret iurisdictione postquam detulit, c. cum appellationibus. eo. ti. lib. 6. Et ita concluditur in s. allegata decisione Rotæ 360. quæ incipit, Ex hoc insurrexit. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis facta in omnibus causis non valet.*
2 *Causæ expressio non requiritur in appellatione extraiudiciali.*
3 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur.*
4 *Appellatio ab interlocutoria non iustificatur, nisi circa grauamen expressum nominatim.*
5 *Appellans petere debet separatim attentata reuocari. Et in qua forma? nume. 7.*
6 *Sententia excommunicationis lata intra tempora ad appellandum, tenet.*
8 *Pars non impeditur vti iure suo, pendente appellatione extraiudiciali.*
9 *Attentata per iudicem post appellationem iudicialem veniunt reuocanda, etiam si non sint contra appellationem.*
10 *Libelli verba extenduntur & impropriantur, vt libellus sustineatur.*
11 *Attentatorum reuocatio quomodo petatur.*
12 *Attentata post appellationem an sint nulla ipso iure, vide nu. 13. & 14.*

CAP. XVIII.

1 Consuluit. † Generalis appellatio, si fiat in omnibus causis, non valet. Sed si in vna tantum, bene valet. h. d. Diuiditur in duas partes, prout duo dicta ponit. Secunda ibi, si vero ab aliquo loco. Gl. in verbo, generalis. in fi. secundum quod declarat hic Inno. tex. in gl. illa videtur sentire etiam contra. Inn. vult, quod appellatio generalis in vna causa procederet, sed requiritur hodie expressio causæ sui grauaminis, dicto capitulo, vt debitus. sed melius in ca. cordi. eod. titu. lib. 6. Et sic vult Inno. quod decretalis nostra hodie sit correcta in secundo dicto quan-
2 tum ad appellationem iudicialem. † Sed in appellatione extraiudiciali vult Inno. quod non requiratur expressio causæ, sed satis sit quod ex verbis vel facto possit verisimiliter grauamen timeri, & illud sequatur Glo. est communiter contra Innoc. in hoc quod loquitur de extraiudiciali appellatione, quia in eo requiritur causæ expressio, ita gl. in capitulo, considerauimus. s. de elec. in capitulo, vt debitus. in verbo, rationabili. j. eodem. & etiam est bonus tex. & ibi gl. in capitulo, cordi. eodem titu. lib. 6. in principio. facit glo. in l. eius. & in l. fina. & idem sentit Barto. ff. de appella. re. tamen quantum attinet ad appellationem extraiudicialem, videbimus in capitulo, bonæ. vbi latius. & quantum attinet ad iudicialem, in d. ca. vt debitus. j. eodem. Secundum Ioan. An. tex. noster habet aliam lectu. quam etiam videtur sentire glo. aliter intelligendo quam s. scilicet quod in hoc versiculo, si vero, decidat quòd appellatio generalis respectu vnius causæ valeat, hoc modo intelligendo, scilicet quia expresso vno grauamine, & sic obseruata forma cap. cordi. & cap. vt debitus. appelletur subiecta clausula generali, dicendo, Appello à tali grauamine, & quocunque alio actu nostro in futurum fiendo, ne ad vlteriora contra me procedatis. & hoc sequitur hic D. Anto. & Imo. Panormi. dicit, quòd quo ad effectum iuris illa clausula generalis, & in omnibus alijs. subiecta post specificatum grauamen, erit superflua, quia omnino ex quo appellatum est ab vno grauamine sine illa clausula generali, tamen iudex a quo non poterit ad vlteriora procedere, c. super eo. lo primo. secundum communem intellectum. s. eod. quia hoc inest a iure communi in quacunque appellatione, vt suspendat iurisdictionem iudicis a quo, ne in alijs procedat ad vlteriora. ergo expressio dictæ clausulæ generalis nihil opera-
3 tur, † quia expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur, l. non recte. cum vulgaribus. C. de fideicom. fatetur tamen Panor. quòd illa clausula & practica erit vtilis ad euitandum dubium, de quo in capitulo, super eo. lo 2. s. eodem. dum ibi dubitatur, an appellatio ab interlocutoria suspendat iurisdictionem iudicis a quo,
4 ad non connexa, dicens Phil. Petrus hic dicit, quod † hodie hic tex. est correctus per cle. appellanti. eodem titu. vbi appellatio ab interlocutoria non iustificatur, nisi circa grauamen expressum nominatim, nec iustificatur ex alijs causis etiam verisimilibus de nouo deducendis. ergo appellatio interposita ab vno grauamine subiecta clausula generali, prout voluit Ioan. And. nihil operabitur, nisi respectu grauaminis nominatim expressit. quinimo & fortius dixit ipse etiam in terminis, specificato vno grauamine

mine subiecta clausula generali de alijs deducendis,& verificandis,et si certificetur per relationem ad acta,dicedo prout in actis apparet,tñ appellatio non iustificabitur, nisi respectu grauaminis deducti nominatim, nõ respectu aliorum in relatione inclusorum,nec in generali clausula comprehensorum. Ita Bal.in l.2. in fi.C.de episco.audien.ita Bal.in lege, edita. in repetitione Paduana, ĩ 10.col.& 8.C.de edẽ.Bal.in l.minorib. C. de his quib. vt indig.in l.eos.§.sin autem.C.eo.in l.terminato.C.de fructi. & lit. expen.Ita Ang.in l.j.ff. de liberis & posth.in l.vbi autem non apparet.§.qui illud aut illud.in l. quicquid astringen. in princ.ff. de verborum obliga.in l.2.& ibi Imo.ff.eod.in l.prætor.in princi.ff. de operis noui nunciati.ergo nec in casu nostro clausula generalis aliquid operabitur. Sed ille intellectus Ioannis Ant.non vult hoc quod præsupponit Do.Phil.ꝙ .s.clausula generalis operetur circa iustificationem, vel ne: Sed bene vult, ꝙ ex quo appellatũ est ab vno grauamine,iũcta clausula generali, ꝙ licèt rñr generales appellationes reprobentur,vt dixerat in primo responso: tamen ex quo illa non est omnino generalis, sed facta expresso vno grauamine subiecta clausula generali, generalis non habet vitiare appellationem habilem circa grauamen nominatim deductum,q͂a vtile per inutile vitiatur.& ideo dixit tex. ab eo iudice est deferendum. quasi dubitaretur circa delationem appellationis,non circa iustificationem.& ꝙ appellatio non possit iustificari etiam ex deducen. comprehensis in clausula generali, tenent D.de Rota decis.sua 7.quæ incipit,Item si appelletur.Dom. Anto.& ibi dicam, in capitulo, vt debitus.j͂. eodem.Cardinal. & Imola in dicta clementina,appellanti.Imo.in c.clericus.s͂.de iureiuran.& Gemi.in d.cap.cordi.eod.ti.lib.6.Quæsiuit hic Innoc. de libello,siue petitione in attentatis, ideo antequam intrem illud, sciẽdũ est ꝙ non solũ innouata appellatione pendente sunt attentata, seu etiam innouata pendẽte tempore ad appellandũ. glo.in rubrica.ff.nil no.appel. penden. capitulo,non solum. eodem titulo.lib.6.quod procedit in appellatione etiam ab interlocutoria, vt sicut pendente appellatione innouata pendent. ex futuro euentu,an appellatio iusta pronuncietur vel non,dic.capitulo,non solum.ita attentata. pendente tempore ad appellandum ab interlocutoria,intelligite iustificata appellatione, sicut requiritur in appellatione ab interlocutoria.Ita Ange. de Aret. ĩ l.prima.ff.nil no.appel. pen.in tertia colum.& postea idem in 5. colum. circa materiam attentatorum distinguit, aut appellans innouat,tunc si ille actus contrariatur appellationi, videtur illi renunciare,l.ad solutionem.C.de re iudi.l.fi.§.illud.C.de temp. appella.capitulo,quo ad consultationem.de re iudica.si vero nõ contrariatur appellationi,si est actus extra iudicium factus intra tempora,ipso succumbente reuocatur per officium iudicis. Bartolus in lege,chirographis.ff.de administra.tut.si iudiciarius,admittitur ad iustificationem appellationis,vel faciliorem expeditionem,alias non.capitulo,an sit.& capitulo,cum teneamur.infra eodem.cap.si a iudice. eod.ti.lib.6.l.per hanc.C.de tempo.appella.Aut appellatus innouat,si coram iudice a quo, si iudicium pendens silentium imponit super tali innouatione,&tunc reuocatur via attentati,l.cum ex causa.ff.eod.l.3. C. eodem.capitulo, non solum.eodem ti. lib.6.Alias non reuocatur in viam attentati.capło,cum nobis olim.de elect.vidimus in capit.j.s͂. eodem.de innouatis per iudicem a quo,in dicto capło,cum teneamur.& c.
5 non solum.†Et debet appellans non eodem libello,sed postea separatim petere attentata reuocari, tamen si fiat eodem libello, valebit.Bald.& Sali.in l.3.§.eod. Angel. de Aretio vbi proxime, in 5.& 7.col.& licèt possint reuocari mero officio iudicis ipsa attentata sine ordine iudiciario,vt est glo.in d.capi. non solum,& in clemen.2.vt lite penden.Salice.in d.l.3.C.eodem.tamen si deducantur in libello,& super illis contestatio litis fiat, non poterunt reuocari,nisi cum pleno iuris ordine. ita Ange.in d.l.j.in 6. col.Sed hoc est contra glo.in clemen.j.de offi. delega. in clemẽ. sæpe,de verborum signifi.dum volunt, ꝙ si executor super prouisione beneficiali assumpsit partes iudicis in vno, poterit tamẽ redire in his, quæ restant expedienda ad partes meri executoris
6 suscipiendas.†Sententia tamẽ excommunicationis lata intra tẽpora ad appellandum tenet,c. per tuas, per locum a speciali, de sententia excommuni.nec reuocabitur in viam attentati, sed erit necessaria absolutio.Ioan.And.in c.venerabilibus.§.porro.in glo.in verbo,appellatum.de senten.excommuni.lib.6.Ang. vbi proxime in 8.colum.Redeamus ad quæsitum. Quæsiuit hic Inn.
7 †de forma libelli,quando petitur attentata reuocari.Et cõcludit, ꝙ non sufficit dicere, Peto attentata post appellationem reuocari: sed necesse habeat subiungere, & contra appellationem. quasi sentiat illa tantum attentata esse reuocanda, quæ sunt attẽtata post appellationem,& contra appellationem:non autẽ alia attentata post appellationem, quæ appellationi non contradicunt. Ad hoc facit quod no.idem Inn. in c.cum nobis olim. s͂.de elect. in c.auditis.s͂.de procurato. licèt ibi loquatur de appellatione extraiudiciali. Et hanc formam libellandi sequitur hic Bald. Host.autem dicit, ꝙ satis sit petere reuocari attentata post appellationem,quia supplebitur,& ꝯ appellationẽ,licèt omissum fuerit.Do.Ant.hic dicit ita esse distinguendum,q͂a aut loquimur de appellatione extraiudiciali, aut de iudiciali. si de extraiudiciali, & tunc ex quo illa ius partis non suspendit,d.c.ad dissoluend. & ibi Inn.j͂.de desponsa.impube.Inno in capło, q͂a p̄p̄.s͂. de elect.
8 † Nam pendẽte appellatione extraiudiciali pars non impeditur vti iure suo,dictis iuribus,& dixi latius in capło j.s͂. eodem. propterea attentata a parte post appellationem non sunt simpliciter nulla,nec veniunt retractanda,nisi quatenus ꝯdicant appellationi.Et isto casu procedat modus libellandi traditus per Innoc. Hic autem loquimur in appellatione iudiciali,& tũc ex quo appellatio iudicialis suspendit iurisdõnem iudicis quo ad oĩa, cap.
9 super eo.el.primo.& ibi vidimus.s͂. eodem.† Et ideo attentata p̄ iudicem post talem appellationem veniunt reuocanda, etiam si nõ sunt ꝯ appellationem, q͂a iurisdictio iudicis est suspẽsa quo ad omnia. Et ideo sufficiat simpliciter libellare petendo attentata post appellationem reuocari,non addito ꝯ.Do.Anto.sequitur Imo.& Panor.etiam vno addito,s. ꝙ tamen omni casu substituetur libellus,quo simpliciter petentur attentata post appellatio
10 nem reuocari.† Mouentur, quia verba libelli extendũtur & ampliantur,vt libellus sustineatur,gl.est in capło,cõstitutus.j͂. de religi.do.in cap.præsentium.in prin. & ibi Gemi.de testib.lib.6. in l.si olei.C.loca.gl.in l.j.C.de vsufructu. & ibi Bart.in l.sed si possessori.§.sed si iuramẽtum. & ibi Bart.ff.de iureiur.no. in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.Cũ ergo verba libelli impropriẽtur & extendantur,& in dubio ẽt intelligantur s̄m subiectã materiam,l.si vno.in princip.ff.loca.c.rogo.11.q.3.ideo libellus sustinebitur,licèt petatur simpliciter attentata post appellationẽ reuocari,q͂a resoluetur,si sumus in appellatiõe extraiudiciali, post appellationem, & ꝯ libellus interpretatur secundum subiectam materiam,generaliter intelligetur,Peto attentata reuocari. idest quæ sunt ꝯ appellationem,vel iurisdictionem attentata,c.audita. de restitu. spolia.secundum D.Ant.hic.Et de hac forma libelli & petitione Do. Anto.aliquid in cap. dilecti, el secondo.j͂.eod.per Archi.in c.sunt quorum.2.q.6.D. Anto. in cap.cum nobis olim,
11 in prima charta,de elect.in c.dilecta.de excep.†Sed elegans quęstio est, quid si petat appellans reuocari sententiam & attentata, & super hoc litem contestetur, an poterit postea velle insistere super reuocatione attentatorum, & eorũ priuilegio,& ante omnia ex offic.iudicis expediatur? late per Doc.maxime Io. And.& Gemi.in c.non solum.eod.tit.lib.6. Et sciendum est, ꝙ reuocatio attentatorum petitur per officium iudicis,cap.non solum. & ibi hr̃.eo.ti.lib.6.licèt dicatur non quicquid p̄mittit iudicis potestati,subijcit necessitati,l.nõ quicquid.ff. de iudi. vbi dr̃,ꝙ quicquid subijcitur potestati iudicis,nõ &c. Tñ hoc officium de necessitate iudex impartiri tenetur,si petatur, d.c.non solum. ponderãdo verbum,dẽt de cuius natura est vt importet necessitatem,vt dicã post Panor.in c.ꝓposuit.j͂.eo. & nisi iudex peritus reuocet attẽtata poterit appellari, & talis reuocatio fit summariè sine li.conte. libello,& similib.vt voluit gl.no. in cle.2. vt li. pen.& p̄dicta no. Bal.in l.appellatione.C.eod.Infert ẽt ex prędictis ad decisionem
12 alterius quæstionis, † nunquid attẽtata post appellationem sint nulla ipso iure.& ex dictis Inn. vr̃ ꝙ non, ex quo petunt̃ reuocari,ergo nõ sunt nulla,c.ad dissoluendum.j͂. de despon. impub. tñ huic articulo r̃ndet Lapus in dicta alleg.j.ꝙ petuntur reuocari,vt de facto,p̄cesserunt, prout ẽt est gl.in c.accedens.el primo.in verbo,cassauimus.s͂.vt li. nõ conte.in l.j.in prin.ff.de feri. tñ D. Ant. hic dicit ita distinguendum ex mẽte Archi.2.q.6.c. quotiens. aut loquimur de attẽtatis post appellationem extraiudicialẽ,& tunc illa non sunt nulla ipso iure,sed veniunt reuocãda.aut loquimur in appellatione iudiciali, & tunc aut est interposita cum causa, & de his,quæ sunt expresse de iure communi, & tunc attentata post talem appellationem sunt nulla ipso iure. & facit tex.in ca. Rodulphus.in cap.significauit.s͂.de rescrip.c.exhibita.s͂.de iudic. aut est interposita appellatio cum causa, sed illa causa non est de expressis in iure,& illo casu attentata valeant,sed veniunt reuocanda.Archi.in d.cap.non solum.§.illo vero.refert Hostien. in c. ex conquestione.de resti.spolia. ponentem hanc distinctionem, quam ponit D.Anto.s.aut appellatum est in causa a iure expresse permissa,aut non.Et dicit ꝙ non est sine ratione. Ioan.And.in d. c.non solum.dicit,ꝙ istam distinctionem non inuenit in libro suo,nec videt rationem differentiæ.sic quoque Panor.hic reprehendit Do.Anto.& primo circa primum membrum, quia cõtra

eum est tex.in c.dilecti. & in c.audientiam.j. eodem. vbi attẽtata post appellationem extraiudicialem sunt nulla ipso iure. immo
13 D.An.in d.c.dilecti. colligit ex illo tex.† ꝙ attentata per iudicem, a cuius actu extraiudiciali est appellatum, attentata post talẽ appellationem sunt nulla ipso iure. Item in secundo mẽbro, dũ facit drĩam an causa sit expressa in iure, vel ne.dicit ipse, illa drĩa in iure non ponderat, nisi quo ad effectũ clausulæ, appellatione remota.c.pastoralis.& ibi videbimus.j.e. vnde cõcludit ipse, prout etiam Lapus in c. licet.in prin.de sen.exc.lib.6.ꝙ siue loquamur in appellatione iudiciali, siue extraiudiciali, attentata sint sem ꝑ nulla, siue fuerint attentata per iudicem vt iudicem, siue per iudicem vt partem, siue fuerit appellatum ab actu iudicis vt iudicis, siue fuerit appellatum ab actu iudicis vt partis.adducit tex.in c.dilecti.j.eodem. vbi loquitur tex. qñ fuerat appellatum ab actu iudicis extraiudicialiter. Item adducit tex.in c.j.s̃.eo. vbi appellabatur ab actu iudicis vt partis, & tñ attentata sunt nulla. sed ille tex.ſm alium intellectum bene põt loqui, qñ appellabat̃ ab actu iudicis vt iudicis, ideo non dicit attentata esse nulla, sed dicit ea esse reuocanda.& expresse Pan.post Inn.in d.c.cum nobis olim. tenet ꝙ attentata post appellationem extraiudicialem non sunt nulla ipso iure.& dixi in c.j.s̃.eo.vbi posui rõnẽ, & ideo ꝑ ibi dicta concludendo vr̃, ꝙ attentata post appellationem iudicialem sint nulla ipso iure, attentata vero post appellationem extraiudicialem nõ sunt nulla ipso iure, nisi fuerit appellatum ab actu extraiudiciali iudicis, q̃a tunc attentata ꝑ eum erunt nulla. Sed ita voluit D.An.in c.dilecti.j.eo. Si aũt esset post appellationẽ, & inhibitionem, nõ est dubium ꝙ sunt nulla, c.nõ solũ. præallegato. Rota decis.131.incipit, Item ꝙ si post. Et idem si solũ parti sit inhibitum, Gemi.in d.c.non solum.§.illa.in 4.col, & hoc retento pro conclusione, vsqueadeo attentata sunt nulla, ꝙ etiam si renuncietur appellationi, vel deseratur appellatio, tamẽ põt post desertã appellationem pars petere vocari attẽrata, & admittetur nõ obstante desertione, & admittetur ad probandum de veritate grauaminis, non ad finem appellationis prosequendę, sed ad finem vt attentata reuocentur, iuxta no.in d.c.non solum.eo. ti.libro 6. Ita Lapus no.allega.sua prima.& faciunt notata in c.licet.vbi gl. no.de sen.excommu.lib.6.Rota decis. j.quæ incipit, Quòd attentata.videtur tenere contrarium. sed intellige eorum decis. vt nõ possint reuocari attẽtata deserta appellatione, via.s. priuilegiata officij iudicis, vel sine alia cautela, iuxta no.per glo.in cle.2. vt li.
14 pen.Et ita loquuntur fundamenta d.decis.† Si vero loquimur de reuocatione attentatorum per viam ordinariam fienda, tunc attentata ꝑ desertionẽ non ꝯualescunt. Ideo possunt peti reuocari nõ obstante desertione. ita ꝓcedit alleg. Lapi, & no.in d.c.licet.

SVMMARIVM.

1 *Citationem legati quis non debet contemnere obtentu appellationis.*
2 *Excõmunicatus repellitur a iudicio agendo, & ẽt a petitione extraiudiciali.*
3 *Exceptio excommunicationis potest admitti per iudicem, etiam si opponatur a tertio, cuius non interest in ea causa opponere.*
4 *Episcopus potest esse legatus Regis.*
5 *Nuncius quid debeat facere in sua relatione.*
6 *Nuncio quanta fides adhibeatur.*
7 *Nuncio creditur citanti & referenti.*
8 *Citatus vt debeat se præsentare, quomodo intelligatur.*
9 *Factum per nuncium non dicitur factũ per dominũ in sua persona propria.*
10 *Causa iniusta an excuset a dolo.*
11 *Citatio valet ne, nõ expresso loco, vel die citationis. disting.nu.12.13.et 14.*
15 *Clericus possidens regalia a Principe laico, citatus ab illo iudice, tenetur ei parere potius quàm ecclesiastico inferiori a Legato, vel Papa, postea vocanti. limita num.14.*
17 *Papa non potest sine causa tollere vinculum iuramenti.*
18 *Citatus a diuersis dominis ad diuersa iudicia, excuseturne si vni nõ pareat, & cui debeat parere potius. vide nu.19.20.*
21 *Nuncium quis debeat eligere.*
22 *Nuncium, si falsitatem committat, iudices qui eum elegernnt, puniunt.*
23 *Nuncius quod iuramentum præstare debeat.*
24 *Nuncio publico an credatur sine commissione. disting.nu.25.& 26.*
27 *Iudex potest facere cõmissionem de citando ipsi notario causæ, & ẽt parti.*
28 *Commissio de citando, qualiter probetur.*
29 *Citatus quibus casibus non teneatur nuncio citanti se. vide nume.30.31.32.33.& 34.*
35 *Relatio an sit de substantia iudicij.& nu.36.37.38.& 39.*
40 *Relatione facta an credatur nuncio, parte maxime id negante.*
41 *Statuto disponente quòd stetur relationi nuncij, nunquid pars poterit probare contrarium.*
42 *Nuncio & notario in relatione & scriptura dissidentibus, vtri stetur.*
43 *Relationi nuncij quicquam extra citationem referentis, non creditur. & nume.44.*
45 *Concesso vno, videtur omne illud concedi, per quod ad illud peruenitur.*
46 *Excommunicatio post appellationem extraiudicialem validam lata, est nulla ipso iure. Limit.nu.47.*
48 *Excommunicatus citatus si non compareat allegaturus suum priuilegium, punitur de contemptu.*
49 *Denunciatio alicuius criminis, quæ potens est ad repellendum criminosum, quot & quales effectus operetur.*

CAP. XIX.

1 CVm parati. † Obtentu appellationis non dẽt quis contemnere citationem Legati.h.d. Vel sic ſm Panor. Appellatio friuola nõ excusat inferiorem, quo minus teneat̃ obedire superiori, & quo minus de contemptu puniatur, nisi innocentiam suã aliter purget.h.d. Diuiditur in quatuor. In prima oppositionem Cardi.in secunda q̃ est ibi, cunq;, ponit rñsionem. In tertia q̃ est ibi, Cardi.eꝰ.ponit replicationem. In quarta quæ est ibi, nos vero.ponit decisionem.† No.ex tex.ibi, tuas petitiones.ſm Imo.hic ꝙ excommunicatus non solum repellitur a iudicio agendo, c.cũ inter.s̃.de exceptio.c.intelleximus. s̃. de iudic. sed etiam repellitur a petitione extraiudiciali. & facit quod voluit Innocen. vbi latè de materia, in cap.veritatis, supra de dolo & contuma. Ioan. And.& alij in cap.pia.de except.lib.6.notatur in ca.decernimus.
3 de sententia excommu.lib.6.† Nota secundo ex tex.ibi, i. Diaconus Cardinalis, ꝙ exceptio excommunicationis potest per iudicem admitti, etiam si opponatur a tertio, cuius non interest in ea causa opponere, in qua opponit. Ita Imo.hic. Et est ratio: nã exceptio excommunicationis potest per iudicem ex officio opponi, d.c.pia.in fi.non mirum si tertium, cuius non interest, potest opponentem talem exceptionem audire, cum nemine oponẽte possit ipse de ea disputare. Et sic habes, ꝙ licèt exceptio, tua non interest. impediat li. contest. & antea sit opponeñ.non post, l. posthumus.§.si quis ex his.& ibi Bar.& Ang.ff.de inoffic. testa.No.Inn.& alij, in c.super his.j.de accusa.Bal.in l.2. C.vt lite pen.in l.fratres.C.de inoffi.testa.in l.fi.circa fi.de peti. hæredi. in l.fi.C.de fideicommis.liber.in l.certa.C.quando prouoca.Ludo. late in l.si Titius.ff.de verborum oblig.faciunt notata per Bar.in l.filium.§.si quis.ff.de lega.præstan.in l.3.§.causa.ff.de bono.poss. titu. generali. tamen vbi iudex potest procedere ex officio, illo casu potest admittere tertium, cuius non interest, exceptionem opponẽtem, super qua potuisset iudex procedere ex officio. Ita Imola hic per hunc textum: tamẽ potest ꝯ tertium opponentem exceptionem excommunicationis in causa, in qua sua non interest, opponi illa exceptio, Tu non venis audiendus, quia tua nõ interest. Ita voluit Specu.in titu. de rescript. præsentia.§.ratione formæ.ver.sed pone tu es. Ita Io.An.Arch.& Gemi.in c.j.in 5.co. de rescript.lib.6.ita Compost.in cap.nonnulli.s̃.de rescript. Et saluando Imo.erit effectus exceptionis, tua non interest, hoc casu, quia iudex ꝑ ꝑ talem exceptionem, poterit talem repellere, cum sua non intersit, c.veniens.s̃.de testi.c.non solent.2.q.6.poterit etiam, si velit, talem opponentem excommunicationem admittere, vt hoc tex.& sic est in arbitrio iudicis. hoc ꝓbatur ꝑ illud, qđ videmus in simili, si iudici sit notoriũ, ꝙ actor sit excõicatus, potest, si non opponitur, eum repellere: si tñ non repellat, sed cum eo procedat, valet iudicium. Ita Gem. in caplo, pia.§. si vero.in 2. col.de excep.lib.6.Io.An.& D.Anto.in caplo, exceptionem.in j, col.de exceptio.† No.ex tex. ibi, in Legatis Regis. quòd eps̃ põt
4 esse Legatus Regis, & sic principis secularis.facit tex.18. dist.c. si
5 episcopus.& dicam in glo.† Nota ex tex.ibi, in Salamitana ecclesia. secundum Bal. ꝙ nuncius in relatione sua debet referre non solum citationem factam, sed etiam debet referre, in quo loco inuenit citatum. similiter dicit Bal.debet referre, quo die citauit. & est ratio secũdum eum: nam potuisset citare eum in loco, vel in die inhabili, puta in ecclesia, contra cap.decet.de immunitate ecclesia.libro 6.contra notata in l.nemo martires. & ibi Bald. & alij.C.de sacrosanct.ecclesijs.no.per Angel.in l.plerique.ff.de in ius vocan. Nec obstat dictum Bal. ꝙ cum sit officialis publicus, præsumptio est pro eo quod solenniter egerit, l.j.C.de fide instr. & iure has.fis.contra no.lib.10.quia illud nõ procedit in istis cursoribus, vt pro eis pręsumatur, nisi vt ipse subiecit. dicamus, ꝙ ꝓpter iuramentum quod præstant, quia iurant fideliter exercere officium, l.si quis decurio.C.de fals.c.ad audientiam.s̃.de præscr.
6 tñ dicit ꝙ j.opi.est tutior.† No.ibidem, in Salamitana. ꝙ non solũ creditur nuncio de ipso actu citationis, sed etiam de his quę sunt extra actum, sed cõnexa citationi, prout est in quo loco inuenit. ita Panor.hic in penulti.col. tñ secundum dicta proxime ex mẽte Bal.iste tex.nihil facit: nam hic deponebat de substantialib.citationis, videlicet in quo loco citauit: nam relatio nuncij hẽt cõtinere in quo loco nuncius citauit, vt sciamus an citatio valeat.
7 †No.ex tex.ibi, suus nũcius. ꝙ creditur nuncio citãti & referenti, de

de quo dicã in gl. Sed elegantius notate, ſm Bal. ꝙ viuæ voci nun cij ſine ſcriptura creditur, & eſt tex. no. in l. diē proferre, in prin. & in l. ſed ſi interpellantur, in prin. ff. de arbi. vbi viuæ voci nuncij creditur de citatione & de prorogatione, faciunt quæ habentur in c. ex literis. ſ. de in integ. reſti. in c. cum dilecti. ibi, viuæ voci. ſ. de dolo & contuma. & latius, quod dicit verum Bald. quo ad citationem verbalem. ſed quo ad realem citationem, puta miſſionē in poſſeſſionem, capturā perſonæ, derobationē, non creditur nuncio, niſi oſtēdat literas, l. miſſi opinatores. C. de exac. trib. lib. 10. l. prohibitum. C. de iure fiſ. eo. li. notat Bar. in l. palatinos. C. de loca. fund. patri. ita Bal. hic. No. ex tex. ibi, appellationis obtentu, ꝙ qñ appellatur à Cardinali in dubio, Papa præſumit appellationem iniuſtam, quia veriſimiliter præſumit, ꝙ Cardinalis aliter non eſſet iudicaturus quam ipſe, ita Bal. hic per tex. iuncta
8 gl. in l. j. ff. de offi. præfec. præto. † No. ex tex. ibi, in perſona propria, vel idoneos nuncios, ꝙ citatus vt ſe præſentet, intelligitur vt ſe præſentet per ſe, vel per procuratorem, & ſm Imo. eſt ratio, quia ſubiecta materia ita ſuadet, nam in dubio citatus non cōpellitur perſonaliter comparere, c. j. de iudi. li. 6. l. fi. C. de procura. & ideo ſatis dr̃ ſe præſentare, ſi comparet per procura. & facit tex. in c. cum cauſam. ſ. de iuro cal. propriè tñ ſm Panor. hic præſentare dr̃ ſe, qui perſonaliter comparet, vt eſt gl. no. in cle. dudum. §. ſtatuimus, in ver. præſentari, de ſepul. quod dicit eſſe notã. ad ſta
9 tuta. † Et notate ad aliud iſtum tex. ꝙ licet facta per nuncium videntur facta per dñm, quia eſt pica, ramum, & organū eius, l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. j. ff. de ꝯhen. emp. tñ non dr̃ factū in propria perſona per ipſum dñm, quod patet, ex quo hic ponuntur, vt diuerſa, facit optimus tex. & ibi Bart. in l. per hanc. C. de erogat. militaris annonæ, li. 10. & gl. in cle. j. vbi Cardi. de iu reiur. in cle. j. in ver. perſonaliter, de vi. & hone. cleri. & quod notat Io. An. in c. tua nos, de teſta. Bal. in l. nulli. C. de epiſ. & cle. bonus tex. & ibi Bal. & Pan. in c. fi. ſ. de offi. deleg. l. ſi ego. ff. quod vi
10 aut clam. † No. ex tex. ibi, Innocentiam tuam, iunctis ſupra narratis, ſm Bal. hic, ꝙ licet dicatur, ꝙ quælibet iniuſta cauſa excuſat à dolo, vt voluit gl. no. in l. j. §. ſi quis iuſdi. nō obtem. in l. antepe. C. de plag. in l. j. in fi. & ibi Bar. ff. de abig. & eſt tex. in l. igitur. §. j. ff. de libera. cauſa, voluit Ludo. in rub. ff. de arb. in antepe. col. tñ ſm Bal. hic habes tex. ꝙ imo non ſolum iniuſta cauſa non excuſat contumacem, nec etiam leuis. quod patet, nam ex quo iſte ſe aſſerit eſſe in legatione regis, non per hoc, ꝙ allegaret talē cauſam, excuſatur à contumacia, & pro opi. Bal. facit gl. no. & ibi Gemin. in c. j. in ver. de cetero, de poſtula. præla. lib. 6. & facit tex. in c. cum dilecti. ſ. de dolo & contu. tñ iſte tex. non multum probat
11 opi. Bal. † No. vlti. ex tex. ibi, te præſente, &c. ꝙ valet citatio non expreſſo loco vel die ad quem pars citatur, ꝙ vr̃ contra ea, quę notat Spec. in tit. de citatio. §. j. verſi. quid ſi citatus, & §. iam de citatione, in prin. vbi dixit, ꝙ citatio debet iſta continere. Nomen iudicis citantis, & an delegatus vel ordinarius, c. præterea. ſ. de di latio. no. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. in c. ſuper literis. ſ. de reſcrip. nomen perſonæ citantis, & citati, quia ad inſtantiam partis fieri debet, l. ad peremptorium. ff. de iudi. l. properandum. §. & ſi quis. C. de iudi. no. do. Anto. in c. j. ſ. de iudi. nec quo ad citatum debet in incerto vagari, c. paſtoralis. §. j. c. fi. ſ. de reſcrip. Debet cōtinere rem ſiue cauſam, ſuper qua fit citatio, c. ad hæc, & ibi habetur, ſ. de reſcrip. c. 2. & ibi notatur. ſ. de lib. ob. Debet contine-
a re locum, [a] ad quem fit citatio, c. fi. ſ. de reſcrip. ne propter incertitudinem loci parti illudatur, d. c. fi. Debet continere diem, qua cōpareat. §. ſi vero quidam iurent. ibi, ſi vero certas inducias, in auct. de exhib. & intro. re. cle. 2. ibi, certum terminum, eo. tit. & faciunt quæ j. dicam. vnde pro ſolutione huius perplexitatis dicite, aut loquimur, vtrum locus debeat inſeri in citatione, aut lo-
12 quimur vtrū dies. † Circa primum dic, ſm Bar. in l. ſi vt proponis. la ſeconda. C. quomodo & qñ iudi. Aut eſt ordinarius, quia citat, & tunc cum ſoliti ſint habere locum maiorū iudices ordinarij, valet citatio ſine expreſſione loci, quia in dubio citando vr̃ citare ad locum ſolitū, & ſic ad locum maiorum, arg. eorum quæ notantur in l. penul. ff. de iuſti. & iu. quæ notantur in ſimili in l. nulli, maximè per Ang. ff. quod cuiuſque vniuerſi. in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. aut eſt delegatus qui citat, & tunc ſi eſt ſolitus habere locum, in quo ſolet iudicare, vel etiam conſuetudo ciuitatis determinat certum locum, in quo delegati iudicant, & tunc per prædicta valet citatio ſine expreſſione loci. aut vero non eſt ſolitus habere locum, nec conſuetudo dat, & tunc ſi à principio elegit certū locum, in quo intendit procedere, tunc non eſt neceſſe amplius exprimere illū locum in citatione, quia in dubio vr̃ citatus ad locū inſtitutū, ita Bar. in d. l. ſi vt, ꝓponis, per illū tex. & facit tex. in l. ſi cum dies. §. ſi arbi. ff. de arb. & ideo dat cautelā, ꝙ ſemper arbiter ſiue iudices delegati, vbi non eſt de conſuetudine determinatus certus locus, in quo procedant, ſtatim eligant in initio cauſæ locū, in quo velint procedere: Et aduertendū eſt, ꝙ licet hanc conſtitutionem loci poſſit arbiter vel delegatus facere abſente parte, d. §. ſi arbiter. tñ ad hoc vt iſta conſtitutio faciat præiudicium parti, vt pars teneatur in eo loco cōparere, debet intimari parti talis conſtitutio loci. Et ad hoc adduco vobis regulam gl. in cle. j. eo. ti. per quam dicit Bal. in l. eos. §. apoſtolos. C. eo. ꝙ vbi in abſentia partis Iudex vel arbiter poteſt aliquid gerere, ꝙ eſt præiudiciale parti, ꝙ illo caſu ſi geratur parte abſente, ad hoc vt præiudicetur parti, requiritur intimatio. Aut vero non habet locum deputatū, nec conſtituit, & tunc debet exprimi locus in citatione, ne propter incertitudinem pars periclitetur, c. fi. ibi gl. & Doct. ſ. de reſcrip. faciunt nota. in l. ſi locus. ff. de iud. nec obſtat tex. noſter, quia hic citabatur ab ordinario. ſ. Papa, & ideo intelligitur, vt compareat in loco vbi Papa habet audientiā, non mirum ergo, ſi alius locus nō exprimatur, facit tex. in c. eos, in fi. de ſen. excom. li. 6. in c. cum dilecti. ſ. de dolo & contu. Aut quærimus, nunquid valeat citatio non expreſſa certa die, ad quam debeat cōparere? & tunc Bar. in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verb. oblig. vr̃ concludere, ꝙ ex quo incerta eſt citatio, nō arctat citatum, facit tex. in l. aut qui aliter. §. j. & ibi ſenſit Bar. ff. quod vi aut clam. ſenſit Bar. in l. ſi ante Calēdas, circa fi. prout apoſtillat ibi Bal. qui tenet ꝯrium. ff. de verb. oblig. Bal. per illum tex. tenet in l. 2. C. vbi in rem act. ſed loquitur in dilatione expectatoria ille tex. vt ſciatur certo vſq; ad quod tp̃s debet expectari, vnde non bene infertur ad citationem, & ita reſponderi poteſt ad l. per 20. allegatam ſ. l. fi. §. ſin vero, & ita ꝯria omnia pro hac parte allegata intelligi poſſunt. Cū enim dictæ dilationes expectatoriæ tendant ad excludendum quē à iure ſuo, debent eſſe certæ. vel aliter fateor, ꝙ ad hoc vt certitudinariè Iudex ſciat reum citatum eſſe in mora vel cōtumacia, citatio debet eſſe certa, intra quam ſi nō venerit, apparet de contumacia, & Iudex ꝯ eum, vt cōtumacem debet procedere. Sed ꝙ aliter non valeat citatio, iura ēt pro hac parte allegata hoc non dicunt, in l. fi. per illum tex. ver. ſin vero. C. de iure do. impe. in l. conſentaneum, in j. col. C. quomodo & qñ iudi. in l. 4. per illum tex. ibi, qñ. C. de diſtrac. pig. in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſſ. Cy. etiam in l. dies feſtos. C. de feri. Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio, in repeti. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. & pro hac parte facit tex. in §. ſi vero etiam quidā iurent. ibi, certas inducias, in Auct. de exhib. & introd. re. in cle. 2. circa fi. c. tit. ibi, certum terminum. Contrariam opi. tenet Spec. in tit. de citatio. §. ſe-
13 quitur quid ſi non præfixi. vbi dicit, ꝙ imo † valet citatio etiā die non expreſſa, quia cenſetur ineſſe tacita dies, vt veniat quam primum potuerit, l. continuus. §. item qui inſulam. ff. de verb. oblig. l. hęc conditio, la piccola. ff. de condi. & demonſt. & per eadē fundamenta tenet hic Bal. & in d. l. hæc conditio. Et hanc opi. tenet Inno. in c. fi. qui ma. accuſare poſſ. Io. And. hic, do. Anto. Panor. & Imo. hic, licet dicat tutius eſſe, ꝙ dies exprimatur. Imo. etiam in d. l. liber homo. §. 10. hodie. Bal. & Imo. in d. l. qui ante Calendas. Bal. & Ang. in l. penul. C. de anna. excep. do. Ant. in c. fi. quicquid dicat ibi Bal. ſ. de feri. do. Anto. in c. propoſuiſti, de foro compe. Ludo. rubri. de arbi. in 6. col. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. oblig. & pro hac opi. adducitur tex. noſter, in fi. vt ſ. collegi, adducitur tex c. eos, ad fi. de ſen. excom. li. 6. in c. cum dilecti. ſ. de dolo & contu. vbi citatus ad certam diem, lapſa illa die, tñ tenetur cōparere quam primū poteſt. ergo citatio habet etiā in ſe vltra diē certam hoc, vt compareat quis quam primū poteſt, ergo omiſſa die in citatione remanebit hoc, vt teneatur cōparere quā primū poteſt. Nec obſtat lex, aut qui aliter. §. j. quia reſpondet hic Imo. ꝙ ibi loquitur in facto dependente ex poteſtate partis, quod non coarctatur pars facere magis vno tēpore, q̃ alio, vnde non mirū ſi vt pars poteſt ꝯdicere, debet certificari de certa die, intra quam eſt ędificaturus: ſed nos loquimur in facto iudicis, & obedientia partis exhibēda iudici, quā exhibere pars coarctatur quā primū poteſt, d. l. conditio, cum ſ. allegatis. non mirum, ſi in caſu noſtro nō requiritur expreſſio diei, ibi autem bene requiritur. Et aliter poteſt reſponderi, quia loquimur, qñ citatio eſt inuenta ad finē, vt clam non dicatur factum, & poſſet in actu ꝯdici. ideo vt ſit certus qñ volet facere actū, debet dies exprimi, vt ea die poſſit ad ꝯdicendum venire, & hoc ponderant iura ibi in d. §. j. Non obſtāt alia fundamenta, quæ volunt certas inducias ſiue terminum eſſe exprimendū, quia per argm̃ Bal. hic reſpondetur, nam in citatione

ADDITIO.

a ¶ Continere locum. Adde tamen, ꝙ ſi inſeratur in citatione locus peſtifer, non tenetur citatus cōparere, ita tenet Phil. Cor. in cōſi. 131. incip. in hac, fo. 112 in 4. vol. item adde ſi ſit facta ad locum manifeſtè non tutum, eſt ipſo iure nulla, ita Bar. in l. recuſare. §. ſi quis alio. ff. ad Trebellianum.

ne vr̃ ſemper ineſſe certus terminus, ẽt ſi non exprimatur.ſ.quã
primum poterit, & ideo expreſſio alterius diei non eſt neceſſa-
ria,d.l.hæc conditio,la piccola,& d.§ item qui inſulam, & d.c.cũ
dilecti,& hoc ẽt tenet Bal.in l.2.ff.de hæredi.inſti.Verum cũ ſcri-
ptum ſit,ꝙ eſt inter vtrunque probamus. Imo. hic fœdere diſtin-
ctionis has opiniones concordat,& fuit diſtinctio Ang. quã ipſe
allegat in d.§.10.hodie,& ibi ſequitur Cu. & Pau.de Caſt. & An-
ge.in l.per interualla. ff.de iudi. & Ludo.in l.j. §.nunciatio. ff. de
ope.no.nun.licet aliam diſtinctionem faciat Ang.in tract.ſuo de
repertorio ſiue inuẽtario.diſtinguit ergo hic Imo. aut quærimus
quo ad hoc,vt Iudex poſſit punire contumacem,mulctãimponẽ
do,& in expenſis condẽnando, & ſimilia, & tunc procedat opi.
ſecunda,valet citatio ſine die,quia ipſo non comparente,quã pri
mum poterit Iudex potuit eum mulctare. Aut quærimus quo ad
hoc,vt Iudex ꝓcedat ad vlteriora in negocio principali,puta pu-
blicationem teſtiũ,diffinitionem, & ſimilia, & tũc debet citatio
cõtinere certam diẽ, & ita loquitur prima opi.& huic diſtinctio-
14 ni iura hincinde allegata multum applaudent. † Sed pro cõple-
mento, retento ꝙ citatio debet continere diẽ, vtrum debebit &
a continere horam,[a] qua pars cogatur comparere? & Bal.in l. ſi vt
proponis,la 2.C.quomodo & qñ iud. reſpondet, ꝙ non, ſed illo
caſu reſoluetur citatio, vt cõpareat hora debita cauſarum, & ita
voluit Panor.in c.conſuluit.ſ̃.de offi.deleg.facit nota.dictum In-
no.in c.cum nobis olim,ſ̃.de elect.vbi dicit,ꝙ citatio ad aliquem
actũ facta, non expreſſa certa hora,reſoluit in horã, qua ſolẽt ce
lebrari ſimiles,& ideo vocatus ad electionem celebrandam cer-
ta die,non expreſſa hora,intelligitur vocatus, vt hora miſſæ ve-
niat,quia ea hora ſolent poſtea celebrari electiones, per ea quæ
habentur in c.ꝙ ſicut.ſ̃.de elect.Bal.in c.j.de milite vaſ.qui contu
max eſt. Sed non per hoc eſt clara quæſtio, pone enim vt moris
eſt, ꝙ bis in die ius reddatur, qñ intelligetur eſſe hora debita cau
ſarum,vt iſte cogatur cõparere? & dicite, ꝙ in veſperis, vt pleno
termino gaudeat, vr̃ citatus,ita ſenſit Bal.in d.l. ſi vt proponis, &
faciunt quæ notat Bar.in d.§.10.hodie,& facit tex. optime in d.c.
15 conſuluit. † Glo.in ver. legatione,in fi. habetis primo notare ex
gl.ꝙ clericus regalia poſſidens à Principe laico, ſiue ab eo obti-
nens feudum,ſi prius citatus ſit ab illo iudice laico, tenetur ei pa
rere potius quã eccleſiaſtico inferiori à legato vel Papa poſtea
vocanti.Inn.hic tenet,ꝙ etiam ſi vocaſſet poſt ipſe Iudex laicus,
ꝙ teneretur parere potius ei,quã eccleſiaſtico, ꝙ ſequitur Hoſt.
declarando procedere in habente feudum à Principe, aliàs non:
quia ſi à Principe non haberet feudũ,tenetur parere ſemper po-
tius eccleſiaſtico,§.ſed notandum. 23.q.7. tñ fatetur hic Inno. ꝙ ſi
Princeps eccleſiaſticus eſſet inferior Papa vel legato, & expreſ-
ſè mandaret nõ obſtante iuſſione regia alicui ſuo ſubdito eccle-
ſiaſtico,ꝙ illo caſu cõpareret,nec excuſaretur propter iuſſum re
16 gis. † Aliud habes ex gl. ꝙ etiam ſi clericus habet feudũ à laico,
tam tenetur laicus parere Papæ vel legato,q̃ ei,à quo habet feu-
14 †Sed bona ecclesiarum & beneficia ad hoc sunt instituta,vt clerici inde honeste viuant, c. cũ ab omni specie.j.de vi. & hone.cler.ergo ad soluenda debita vel pœnas contumaciæ ipsorum clericorum non poterunt deputari.In ꝯrium facit tex.in c. fi.j. q.2. vbi omnibus clericis permittitᷓ vti fructibus ecclesiæ.Et qui omne dicit, nihil excludit, c. si Romanorum.18.di.ergo,&c.& pro hac opin. facit quod voluit Inn. in c.postulasti. s̃. de rescri.vbi vult, ꝙ dato ꝙ clericus habeat patrimonium,tamen possit viuere de fructib.ecclesiæ: & etiam ibi voluit Host.dummodo ecclesiæ deseruiat.& in c.cũ ſm. j̃.de præben.& ita cõiter transeunt Doct.in dictis locis.Sed in proposito nostro est tex.in c.peruenit.j̃. de fideius. vbi est casus expressus. Non obstant iura in ꝯrium allegata pro prima parte, quia distingue tempora,& concordabis scripturas.quam distinctionem tẽporum ponit Pan.in d.c.postulasti.Io.An.& Host. tenent hic, ꝙ cum clericus secularis faciat fructus suos,per ea quę hñr.per glo. magistram in c.præsenti.de offi.or.in 6.per notata in c. fi.de pec. clerico.quod dummodo in consequentiam non lædatur ecclia, puta quia læderetur cultus diuinus ablatis fructib.clerico ad soluendas huiusmodi expensas, poterit clericus cogi ad soluendũ expensas huiusmodi temeritatis de fructibus beneficij, si aliunde nõ habet.Pan.hic latius distinguit,videlicet:Aut clericus egit particulariter nomine suo,& tunc de bonis patrimonialib. tenetur reficere,vt hoc tex.nostro ibi, si propriũ. & gl.in d.c.de multa.Et si patrimonium non habeat,licet de rigore iuris in fructib. bñficij non teneatur, per fundamenta s̃. pro prima parte allegata:tñ ex quo generalis consuetudo hẽt vt faciat fructus suos, vt voluit gl. in d.c.præsenti. quam dixerunt Docto. seruari de consuetudine.Dom.Ant.Pan.& Imo.in c. relatũ.j̃. de testa. & Imo. in terminis nr̃is,in c.peruenit.j̃.de fideius.Ideo procedat opi. Io. An.hic,ꝙ teneatur in fructib.fine detrimento tamen ecclesię.Et quia clericus dr̃ miles cœlestis militiæ,c.2.de pœ.in 6. Ideo i his fructib.non tenebitur,nisi inquantũ facere põt, vt voluit gl.in l. miles.in prin.ff.de re iud.nota.in c.Odoardus.j̃.de sol. in c.olim.el 2.s̃.de resti.spo.deducetur ergo ne clericus egeat.Aut agit clericus noĩe ecclesiæ:& tunc aut specialiter, vt hoc modo appellaret,est sibi commissum a collegio. Et tunc quia dr̃ ipsa ecclesia delinquere,qñ collegialiter hoc ipsum mãdat, l. iubemus nullã. C.de sacrosan.eccle hr̃ in c.j.s̃.de dolo & contu.in rł̃a, delictum personæ.de regul.iur.lib.6.Ideo tales expensæ reficientur de bonis ecclesiæ,& capituli,nõ habita distinctione an sint regulares an seculares,c.2.vbi tex.s̃.de dolo & contu.c.cum dilectus.de ordi.cog.Aut vero agit noĩe ecclesiæ vigore generalis administrationis,s.quia prælatus,iuxta ea quæ hñr in c.edoceri.& in c.cum dilecta.s̃.de rescri.& tunc non condemnatur ecclesia, sed ipse in suo patrimonio,vel de fructib.sui bñficij tenebitur. & facit text. in c.si clericus. de cap.Conra. in vsi. feu. vbi propter feloniam prælati ipse tm̃ in vita sua priuatur feudo. Do. Anto.in c.verum. de fo.compe.in 8.col.& sic quatenus fructus spectarent ad eum. & faciunt notata in d.c.j.de dolo & contuma.Aut agit tanquam procur. ecclesiæ: & tunc tenetur ecclesia de omni contumacia procuratoris sui.ita Inn.& ibi late in c.j.s̃.vt li. non conte. faciũt quæ voluit Bar.in l.j.§.si procur.ff.si quis ius dic.nõ obtẽp. tñ ecclesia poterit agere ꝯ istum procuratorem,vt est gl.16.q.3. ca.placuit.& in c.ex præsentia.j̃.de pign.

15 †Et ideo rr̃ dr̃, ꝓ bona prælati sunt hypotheecata ecclesiæ pro administratione,gl.est in c.ex literis.j̃.de pign.poterit etiam omisso procuratore restitui aduersus læsionem,c.2. & ca.additis. & ibi notatur per omnes, s̃.de integr.resti.faciunt quæ voluit Bar.in l.si cum mandato.ff.de mino.

16 †No.ex tex.ibi, ꝯ regularem prælati sui, & capituli sui disciplinam,&c.ꝙ vr̃ innuere hic tex. ꝙ prelatus regularis non possit solus corrigere suos subditos,sed cum capitulo suo. quod intelligit Io.An.in c.j.de cens.lib.6.& Pan.hic procedere, qñ prelatus esset nimis seuerus, alias rr̃ põt sine capitulo abbas corrigere monachum,c.Ioannes. & ibi Io.An.j̃.de reg.c.quanto. s̃.de offi. ordi.nullã.18.q.2.vel aliter possumus intelligere tex.q.d.ſm rł̃aẽ prælati sui,& capituli disciplinam,i. ſm cõstitutiones a prælato, & capitulo factas,& non diuinabimus tantum ad literam,vt diuinat hic Ioan.And.

17 †Gl.fi.in fi. habetis ex gl. ꝙ qui non potest soluere pœnam contumacię,cõdemnatur arbitrio iudicis.intelligite,vt quod non hẽt in ære,luat in corpus,l.fi. ff. de in ius voc. & postq̃ semel luerit in corpus,erit liberatus a pœna, nec locupletior factus amplius tenebitur ad pœnam.Ita glo.in c.sicut dignum.in verbo,reficere.j̃.de homi.& 14.q.6.c.j.& in rł̃a,peccatũ. de reg.iur.lib.6.& est elegans cautela ſm Ang.in l. si quis id qđ ff.de iurisd.om.iu.liberandi aliquẽ a graui pœna pecuniaria, quã non possit soluere,facere ꝙ iudex castiget eum leuiter in corpus ad euitationem pœnę,& ad euitationem infamiæ saltem facti: hoc fiat in occulto.

18 †Et sic vult Ang. ꝙ leuis luitio in corpus sufficiat ad liberandum quem a graui pœna. Prædicta de luitione in corpus limitabitis non procedere in foro conscientiæ,quia q. non põt soluere in foro aĩæ,est liberatus,vt habetur in d.ca.sicut dignum.Limitabitis secundo non procedere in mulcta, quia q. non habet in ære,non luit in corpus mulctam, sed potest totaliter liberari,l.illicitas.§.fin.ff.de offi.præsi. Limitabitis tertio non procedere in pœna contractus,quia qui non potest soluere pœnam contractus,non liberatur luendo in corpus, etiam si velit, nec cogitur in corpus luere.Ita Bal.hic,per tex. in l.diuus Vespasianus. ff.de iure patro. Limitabitis quarto non procedere in oĩ debito ex causa ciuili contracto,vel quasi, vel simili: secus si ex delicto vel quasi: Nam in debito proueniente ex contractu vel quasi,qui non hẽt in ęre non cogitur luere in corpus. gl.est not. in c.j.14.q.6.Bal.in d.l.fi.Fallit etiam quinto,vbi pœna esset parti & non fisco applicanda. nam tunc qui non habet in ære,nõ luit in corpus.Inn.in c.Odoardus.de solu.sed Pan.in c.finem litibus. in 2.col.de dolo & contu.tenet ꝯrium, & ibi casus: fortius quod etiam vbi ex parte condemnati est pęna ex parte actoris, est merũ interesse:tũc et qui non hẽt in ære luit in corpus: puta in casu in quo loquitur gl.nostra in condemnatione expensarũ,ad quas condemnatur quis rõne contumacię. & ad hoc etiam habetis ponderare gl.quam miror,quod Doc.non ponderant.

SVMMARIVM.

1 *Appellans cogitur per iudicem a quo prosequi,aut sententiæ parere.*

2 *Assignatio termini ad prosequendam appellationem necessario non fit a iudice a quo.*

3 *Iudex recusatus vt suspectus,cogit partes ad eligendum arbitrum, qui cognoscat de suspitionis casibus.*

CAP. XXVII.

1 AD hæc,& infra.†Appellans cogitur per iudicem a quo, prosequi appellationem,aut parere sñiæ.Et recusans iudicem cogetur alium eligere,cuius iudicio pareatur.h.d.

2 †No. primo ex tex.ibi,fas tibi sit.quod assignatio termini ad ꝓsequendum appellationem non debet de necessitate per iudicẽ a quo fieri.quod patet per verbum hoc,fas.quod importat,licitum est. Et non quicquid subijcitur potestati iudicis,est necessitatis,l.nõ quicquid. ff. de iudi. tñ vbi appareret ex præsumptionibus partem cauillare, & velle dilatare causam, de necessitate iudex dẽt præfigere terminum ipsi parti appellanti,c.proxi.seq.ibi,mandamus.c.peruenit.& c.consuluit.el j.s̃.eo.& in hoc Panor. Et ideo vbi in cã absolutionis a præcepto appellatur per excõicatum, iudex ei cogitur terminum ad prosequendum assignare, c. ad hoc. & j̃.præterea de his.s̃.eo.quia præsumitur ꝯ talem appellantem. No.ex tex.ibi,iudicem eligant.vnum modum euitandi suspitionem,s.vt iudex suspectus alteri committat, qui de negotio principali cognoscat,ſm vnum intellectum hic.& facit tex.in c.si q̃s ꝯ clericum.s̃.de fo.compe.in c.iudex ab apostolica, de offi.dele. li.6.vel aliter ſm alium intellectum,quem sequitur hic Bal.

3 †No. ꝙ iudex recusatus vt suspectus cogit partes ad eligendum vnum arbitrum, qui cognoscat de casib.suspitionis,vel plures. de quo videbimus in c.cum speciali.& in c.2.requiris.j̃.eo.Et ideo infert Bal.hic,ꝙ licet rr̃ in causa schismatis, & in differẽtia inter duos Papas debeat iudicare solum concilium generale,ca.si duo. 79. dist.voluit Ioã.An.in c.j.de renuncia. lib.6. & tanquam de causa ad fidem pertinente iudicat solum concilium, ca.Anastasius.18. dist.& ibi glo.Et tanquam de maiori causa iudicat sedes apostolica,cap.maiores. de baptismo. quia sedes apostolica residet in vniuersali,c.j.de schism.li.6.c.j.s̃.de sum. Tri.& fi.ca.vide Lud. in consilio

consilio pen. quod est nume.523. tamen vbi concilium non pos-
set faciliter congregari, possunt cogi Cardinales in schismate li-
tigantes eligere bonum virum, qui causam dirimat. & hanc co-
actionem possunt facere principes seculares, subtrahẽdo ipsis
Cardinalibus redditus suos, & prouentus, donec aliter prouide-
rint, non tamen in bursam suam conuertendos. allegat l. q. fun-
dum. §. si tutor. ff. pro emp. Sed in terminis bene facit tex. in ca.
vbi periculum, versi. in conclaui. vbi per subtractionem alimen-
torum coguntur prouidere ecclesiæ Cardinales. Et §. præterea.
vbi hæc coactio fit a iudice seculari, de elect. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ab hac monitione, vt resideat in ecclesia, frustratorie appellat. Et sufficit ea monitio extraiudicialis. nu. 3.*
2 *Vicarij deputatio, quæ fit per absentiam beneficiati, etiam iustam, fit per ordinarium.*
4 *Lex vtens verbo futuri temporis, requirit sententiam condemnatoriam.*
5 *Appellationis ab interlocutoria, de iure veteri forma.*
6 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ non appellatur expressa causa de necessitate, sed seruatur forma appellationis diffinitiua.*
7 *Appellatio an possit procedere sine expressione causæ?*
8 *Appellationis mixtæ forma.*
9 *Innouata pendente appellatione valent.*
10 *Attentata post appellationem valent.*

C A P. XXVIII.

PEruenit. Canonicus monitus ad residentiam
faciendam, si appellet cogitur infra
certum terminum sibi assignatum prosequi, & per
vicarium interim beneficio deseruire de prouen-
tib. beneficij sustentandum. Et si appellationem nõ prosequit̃,
vel non residet, priuatur beneficio. h. d. No. primo ex tex. ibi, fru
1 stratoriæ dilationes, &c. † ꝙ monitus vt resideat in sua ecclesia,
in dubio præsumitur frustratorie appellasse, si appellet a tali mo
nitione. Et ideo dixit gl. in c. relatum. j. de cle. nõ resi. ꝙ aliquam
causam hr̃e debet. Sed an teneatur ꝓponere eam, dicam statim
in gl. Et est rõ, nam quilibet cogitur in suo beneficio residere, ẽt
si non sit beneficium 20. solidorum, c. conquerenti. j. de cle. non
resid. nisi consuetudo eum excuset, ca. cum oẽs. & ibi per glo. &
Doct. s. de consti. & c. gratiæ. vbi gl. de rescri. lib. 6. vel nisi iustam
cãm habeat non residendi, puta infirmitatis rõne, vel pro nego-
tijs prælati, vel ecclesiæ, vt hic in gl. ista. Ideo appellando videtur
habere præsumptionem iuris contra se: non mirum si præsumit̃
2 ꝯ eam. † No. ex tex. ibi, honestæ personæ. quod deputatio vicarij,
quæ fit propter absentiam beneficiati etiam iustam, fit per ordi-
narium, & capitulum. a contrario videtur innuere hic tex. ꝙ cle-
ricus in suo beneficio non possit deputare vicarium, nisi de con
sensu ordinarij. & facit tex. in c. cum ex eo. de elec. lib. 6. qđ intel-
ligite, vt ibi Io. An. & alij, in vicario perpetuo, vel ad longum tp̃s.
vr̃ probare hic tex. ꝙ longum tp̃s dicat̃ tm̃ quantũ durat instãtia
appellationis, & sic non plus q̃ biennium: sed ad modicum tp̃s
bene põt deputare solus beneficiatus, vt ibi Io. An. & faciunt no
3 tata in c. suam. s̃. de offi. vica. † Nota ex tex. ibi, priues, &c. iuncto
tex. præcedenti, monuisses, ꝙ ad hoc vt non residens priuetur be
neficio suo, sufficit monitio extraiudicialis, nec requiritur alia
causæ cognitio. faciunt notata in c. ex tuæ. j̃. de cleri. non resid. Et
ita hic Pan. allegans Oldr. ita consuluisse. licèt tex. iste inquantũ
vtitur verbo, priues, videatur sentire quod requiratur sñia priua-
tionis, per ea quæ habentur in c. si diligenti. s̃. de foro competen.
4 † Nam lex vtens verbo futuri tp̃is,[a] requirit sñiam condemnato
a riam, no. in c. quisquis. s̃. de elec. in c. j. de iniur. lib. 6. in c. 2. de hæ-
re. lib. 6. in c. in pœnis. de regu. iur. in 6. in l. iubemus. §. sane. C. de
5 sacrosan. eccle. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. † Glo. in ver-
bo, frustratorie. in fi. glo. male loquitur s̃m Doc. hic, quia licèt de
iure antiquo admitteretur appellatio ab interlocutoria sine ex-
pressione causæ, c. vt debitus. j̃. eo. tamen ex friuola causa non au
diebatur appellans, d. c. vt debitus. j̃. eo. vbi videbimus. facit c. per
uenit. s̃. eod. vnde Abbas antiquus, & post eum Io. An. & cõiter
Doct. dicunt, ꝙ hic appellabatur nulla expressa causa. Et hodie
etiam procederet talis appellatio in casu nostro: nam præceptũ
de residendo non est simplex sñia interlocutoria, imo cum nul-
lam diffinitiuam expectet post se, sapit vim diffinitiuæ. Et ideo
licèt de præcepto iudicemus vt de sententia interlocutoria, ma-
xime si fit ante lit. conte. per ea quæ habentur in c. dudum. el 2.
s̃. de ele. per gl. in cle. si. eo. titu. per Bar. in l. non fatetur. s̃. de con
fes. in 2. col. Ang. in l. si debitori. ff. de iudi. per glo. & Bal. in l. fi. §.
necessitatem. C. de bo. quæ lib. & facit gl. 11. q. 3. in summa. tamen
ex quo imponit finem negotio præceptum de residendo, nec
expectat aliam diffinitiuam, sapit vim diffinitiuæ, per notata
in locis præallegatis, & ideo dicetur mixta, vt voluit supra in ru-
brica titu. j. & faciunt notata post glo. in cle. j. s̃. de sequest. po. &
fruc. & Bar. in l. dicere. s̃. de arbi. Cum ergo non sit simplex inter
locutoria hoc præceptum, non mirum si in appellando non req̃
ritur expressio causæ sicut in alijs interlocutorijs, d. c. vt debitus.
6 † Et ex illo intellectu habetis hic not. text. ꝙ in interlocutoria, q̃
hẽt vim diffinitiuæ, non appellatur de necessitate expressa cã, sed
seruat̃ forma applł̃onis diffinitiua. Et hoc volũt ẽt Imo. & Card.
in cle. appellanti. e. ti. ꝑ Rotã deci. sua 13. quæ incipit, Itẽ si iudex.
& 87. quæ incipit, Item a sñia, & notata vbi concludunt, ꝙ in tali
bus sentẽtijs mixtis habeat locum, c. cordi. eo. ti. li. 6. tñ cle. appel
lanti. hẽt in eis locũ. & ita Io. Mona. in c. cupientes. §. ꝙ si ꝑ 20. su-
per gl. in verbo, priuatos. de elec. li. 6. & pro prima parte faciunt
quæ no. Bal. in l. j. C. qñ ꝓuoc. non est neces. d. Ant. in c. cũ cessan
te. in 7. col. j̃. eo. vbi loquit̃ de cle. appellanti. ꝙ non hẽt locũ in ta-
libus sententijs. Fede. de Senis consi. inci. Casus talis, lata fuit sen
tentia. qđ est numero meo 186. Ludo. & Imo. in l. 2. in prin. ff. de
verb. ob. facit glo. in c. j. in ver. ad nos. de elec. lib. 6. Bal. optime in
l. minoribus. C. de his quib. vt indig. tñ Arch. 20. di. in summa, cir
ca medium, vr̃ tenere ꝙ appellãs a sñia lata super exceptione pe-
remptoria tenetur ad obseruandum cle. appellanti. Iste intelle-
ctus licet in se sit verus, tñ non cõuenit lr̃æ: nam hic tex. p̃suppo-
nit, ꝙ videbatur iste frustratorie appellare, q̃a in casu prohibito
appellabat, sine cogeretur residere. Sed vbi quis appellat in casu
verisilr̃ prohibito, ẽt a diffinitiua, dẽt iustificare appellationẽ suã
saltem colorando eã ex cãæ expressione, c. ꝯsuluit. el j. ibi ꝑ illũ
7 tex. dixi. s̃. eo. c. Romana. §. sinaũt. ibi gl. eo. ti. li. 6. † Ergo hic nõ po
test procedere appellatio sine cãę expressione: & sic iste intell̃s
redditur dubius. Perstando in sñia tñ Pan. hic dicit ꝙ cum hm̃oi
sñiæ mixtæ participent de vtraq; & de diffinitiua & de interlocu
toria, iudicabimus sicut dicimus de hermafrodita, quia conside-
rabimus istã mixtam sñiam qñq; diffinitiuę qñq; interlocutorię,
sicut magis assimilat̃ qñq; vni, qñq; alteri, ar. l. quæritur. ff. de sta.
ho. c. si testes. §. ita hermafroditus. 4. q. 3. sicut in simili tacentẽ qñ
que æquiparamus ꝯsentienti, qñq; dissentienti, prout est magis
verisilr̃: & sic prout magis ꝯformat, ꝑ notata in c. nonne. s̃. de prę
sump. in rł̃a, is qui tacet. de reg. iur. li. 6. ꝑ Bar. in l. q̃ dotis. ff. so. ma.
& iõ dicit ꝯsiderãda aliqua principalia, q̃ hẽt in se diffinitiua, quę
non hẽt interlocutoria & eꝯ. & s̃m hm̃oi accidentia cognosce-
mus, an ista mixta iudicet̃ diffinitiua, an interlocutoria: puta ab
interlocutoria appellat̃ expressa cã, non aũt a diffinitiua, quia vt
deferatur honoribus iudicum: nã ex quo tu habes iudicẽ, qui ius
tibi ministret & ministraturus est, non debes ab eo recedere nisi
cum iusta cã: q̃ rõ cessat in diffinitiua. nã ex quo functus est offi-
cio suo, pronunciando ipse amplius nõ est tibi ministraturus iu
stitiã, nec põt in hoc negotio: non mirũ si a diffinitiua appellat̃ si
ne cã. Ecce mõ vnam mixtam sñiam, pronũciat iudex se nõ esse
iudicẽ, illa est mixta, vt notat̃ in auth. habita. C. ne fil. pro pr̃e. in
l. j. ff. de appel. recip. a tali sñia appellat̃, seruabit̃ ne forma interlo
cutoriæ, vt requirat̃ expressio cãæ? Certe non: nam illa sñia mix-
ta accedit proximæ quo ad hoc magis diffinitiuæ q̃ interlocuto
riæ: q̃a sicut in diffinitiua tu non reuerteris amplius ad illũ iudi-
cem, & ille functus est officio: ita qñ ꝓnunciauit se non esse iudi
cem, c. significantibus. s̃. de offi. dele. iõ in appellatione illa serua
8 bitur forma appellationis a diffinitiua. † Ecce aliam mixtam: pro
nunciat iudex libellũ esse ineptum, quo casu claudit os parti per
illum libellum, vt hr̃ in c. examinata. s̃. de iudi. appellandum est
ab illa, qualiter appellabitur? Et certe appellabitur vt ab interlo-
cutoria, & sic expressa cã: quia si venires cũ iusto libello, iste be-
ne ministraret tibi iustitiam, & sic non est functus officio suo ꝑ
hanc pronunciationem totaliter, vt non remoueatur iudex, si
vis incipere nouam iustitiam. & ita saluari põt qđ tenet Bar. sen-
tiens tales interlocutorias mixtas dici interlocutorias, non dif-
finitiuas, & vt tales regulari, in l. Titia. ff. de accu. Imo. in l. iuste
possidet. ff. de acq. pos. Bar. in l. consentaneum. C. qũo, & qñ iud.
d. Ant. in c. sua nobis. j̃. eo. Cald. in c. ad dissoluendum. j̃. de despõ.
impub. Aliud hẽt diffinitiua in se, qđ non hẽt interlocutoria, q̃a
fertur cum maiori solennitate, c. fi. de re iud. lib. 6. Nunquid re-
spectu huius effectus iudicabimus mixtas sententias diffinitiuas
an interlocutorias, consideranda est qualitas præiudicij: nã diffi-
nitiua infert totale præiudicium, quia finit cãm, interlocutoria
non. Ideo in huiusmodi mixtis considerabimus qualitatem præ
iudicij. Et ideo si iudex pronunciat se non esse iudicẽ, hæc mixta
iudicabitur potius interlocutoria respũ huius effectus q̃ diffiniti
ua: quia

A D D I T I O

a ¶Futuri temporis. Adde Bar. in l. si quis. §. extat. ff. quod met. cau. vbi dicit, quod quando lex loquitur per verba futuri temporis, non intelligitur ipso iure, sed per sententiam, vt l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccle.

ua: quia non infert tale præiudicium. & hanc consideratioņē Pa
9 nor. sentit Rota, licet non ita clare, in d. deci. 13. † Gl. in verbo, assi-
gnes. in fi. hēs ex gl. ꝙ pendente applōne innouata valent, & te-
10 nent fauore cultus diuini obseruandi, nec reuocantur. † Secūdo
habes ex gl. iunctis his quæ voluit hic Pan. alium casum, in quo
attentata post applōnem valent, & tenent, qñ applō, etiam si ꝓ-
nunciaret ꝓ appellante istud, quod est innouatū, non hr̄et impe
dire, puta in casu nr̄o absens a beneficio non excusat se, quo mi-
nus teneatur per substitutum residere, c. pe. j. de cle. non resi. præ-
cipit clerico vt resideat. appellat, oīno si obtineret in applōne,
cogeretur residere per substitutū, d. c. pe. pendente applōne pote
rit ne dari substitutus? certe sic: ita casus hic, q.a oīno applō, etiā
si obtinuisset, non hr̄et hoc impedire: ideo ea pendente innoua-
ri hoc pōt, q.a frustra expectat cuius euētus nihil operatur, l. Gal-
lus. §. si eius. ff. de li. & posthu. c. cū contingat. s̄. de offi. dele.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio contra ius non valet.*
2 *Iudæi non possunt tenere Christianum mancipium.*
3 *Reges seculares comparentes pro defensione Iudæorum, ad impediendum ex-communicationem ipso iure non sunt audiendi.*
4 *Papa potest se impedire de iudicio lato inter seculares per Principem.*
5 *Non appellatur a pœna legis, vel eius executione.*

CAP. XXIX.

1 Consuluit. † Appellatio ꝯ ius non admittitur. h. d. Vel a iudice exequente iuris di-
spositionem non appellatur. h. d. Not. primo ex tex.
2 nostro, † ꝙ Iudæi nō pn̄t tenere Christianum manci
pium. & facit tex. in c. j. & fi. j. de iud. in c. mancipia. 54. di. & C. ne
Iudæi Christia. manci. l. vnica. Christiani ergo a ꝺrio bene man-
cipium Christianum tenere pn̄t, c. fraternitatem. 54. di. & etiam
toto titulo, s̄. de ser. non ordi. imo & Iudeum mācipium Christia
3 ni tenere possunt, glo. est in d. c. mancipia. † No. ex tex. ibi, a rege
Francorum. ſm vnum modum legendi literam, ꝙ etiam reges se
culares comparentes pro defensione Iudęorum ad impediendū
excommunicationem, iure nō sunt audiendi. Vel ſm alium mo-
4 dum legendi literam. † No. quod de iudicio lato per principem
secularem, etiam inter seculares, Papa potest se impedire, & sup
eo statuere, licet non contineat materiam peccati, cum cōtineat
saltem honorem ecclesiæ, & fidei, prout est casus hic, præsuppo-
nendo quod rex Francorum non esset fautor Iudęorum, sed iu-
5 dex & vltor. facit c. j. de homi. li. 6. † No. vltimo, ꝙ a pœna legis,
vel eius exceptione non appellatur. de hoc dixi in c. ad nostram.
s̄. e. Et hic examinat Pan. & Bal. in l. a iudicibus. C. eo.

SVMMARIVM.

1 *Mittens nuncium ad Papam, ante citationem vel notitiam literarum appellare potest, ne iudex procedat.*

CAP. XXX.

1 Ad hoc sicut. † Qui ante citationem vel noti-
tiam literarum mittit nuncium
ad Papam appellare potest, ne iudex procedat: alias
secus. hoc dicit. Et de hoc quid operetur hodie mis-
sio nuncij, dicam in c. vt debitus. j̄. eo. & faciunt de itineris arre-
ptione dicta in c. meminimus. s̄. eo.

SVMMARIVM.

1 *Deferens appellationi interpositæ ad Papam cum literis ordinarij, mittatur ad curiam.*
2 *Canonicus appellans a prælato, eo quod excedat modum in corrigendo, debet audiri.*
3 *Iudex quando peccet deferendo? & nu. 4. Et quando non? nu. 5. 6.*
7 *Appellatio interlocutoriæ hic procedit.*

CAP. XXXI.

1 De priore. † Qui non detulit appellationi inter-
positæ ad Papam cum literis ordina-
2 rij, mittitur ad curiam. h. d. † No. primo ex tex. ibi, ca-
nonicus, ſm intellectum gl. nostræ, ꝙ canonicus ap-
pellās a prelato suo, eo ꝙ excedat modum in corrigendo, debet
audiri & loquitur hic tex. de regularib. quod patet per illud ver-
bum, priorem. quod potius intelligitur de r̄laribus quam irregu
laribus, c. nisi essent. & ibi notatur. j̄. de præbē. hr̄ in cle. & si prin
cipalis. de rescrip. & ideo dum tex. hic dicit, suas enormitates, in-
telligite commissas excedendo modum corrigendi. No. ex tex.
ibi, manifestas, ſm intellectum Io. An. in c. j. de cens. li. 6. & Host.
& Io. And. in c. licet in corrigendis. s̄. de offi. ord. & refert hic Pa
nor. licet non sequatur, ꝙ vbi prælatus est notorie & manifeste
criminosus, si corrigat subditos, potest ab eius correctione ap-
pellari, dicendo, Amice ejice trabem de oculo tuo. nam ex quo
notorie est criminosus, vr̄ ꝙ non potest corrigere, ſm prædictos.
Sed in contrarium est veritas, quia prælato est obediendum, li-
cet criminoso, c. veritatis. & ibi habetur. s̄. de do. & contu. voluit
Doct. maxime Panor. in c. sciscitatus. s̄. de rescrip. 8. q. 3. c. nonne.
gl. in c. cum non liceat. s̄. de præscr. etiam si esset irregularis. Inn.
& alij in c. cum nostris. j̄. de cōces. præben. in c. cum venerabilis.
s̄. de excep. & ideo intelligit tex. nostrum Pan. ꝙ hic iste prælatus
appellaret extraiudicialiter ad Papam pro suis criminibus quod
bene potest subditus facere, c. ex parte. j̄. de accusa. & ideo si non
3 deferat huic appellationi, punitur, vt in tex. † No. ex tex. ibi, ipse
ille tali, a cōtrario sensu, ex quo punitur hic non deferens appel-
lationi iustæ, ꝙ si iniusta est appellatio, iudex non deferens illi
non punitur, imo peccat deferendo: quia cum sit sn̄ia interlocu-
toria, non dēt deferre appellationi, vt no. in c. cum appellationi-
bus. eo. tit. lib. 6. Ratio, quia iniuste pronuncians interlocutoriā
peccat. Et ideo concurrentibus illis qualitatibus in c. cum æter-
ni. de re iudi. lib. 6. puniretur pœna illius decretalis iudex. & ꝙ in
iuste appellationi deferens puniatur, voluit Ang. in l. iudicib. &
est tex. in l. qm̄ iudices. a ꝺrio. C. eo. Prædicta procednnt in appel
latione a diffinitiua, sed in applōne ab interlocutoria non punit
iudex non deferens, nisi a die inhibitionis factæ per iudicem ad
quem, c. non solum. c. Romana. §. ꝑ si objiciatur. eo. tit. li. 6. Ang.
in d. l. iudicib. & in d. l. qm̄. In dubio tū iudex a quo dēt deferre ap
pellationi. ita Inn. in c. dilectis. el 2. s̄. de rescrip. & dixi post Pan.
in c. ad hoc, & j̄. §. eo. & faciunt quæ dixi in c. ad nostram. s̄. eo. &
4 in rubrica. † Vltimo no. ꝙ iudex non deferens appellationi inter-
positæ ad Papam punitur. & intelligite arbitrio iudicis, ex quo
pœna non declaratur, c. de causis. s̄. de offi. delega. & procedit in
ciuilibus. In criminalibus autem pęna non est arbitraria, sed cer
ta, quia est pœna depositionis, c. decreto. 2. q. 6. & ita debet intel-
ligi gl. nostra hic. & hæc procedunt de iure canonico. de iure au-
tem ciuili si loquimur in ciuilibus causis, punitur iudex pœna
30. pondo, idest, librarum auri, l. quoniam iudices. C. eo. in crimi-
nalibus autem pœna est arbitraria, vt est tex. in l. a proconsulib.
in fi. C. eo. & ita hic Panor. declarans ita glo. nostram. Ioan. An.
tamen, & Pet. de Ancha. in c. j. eo. titu. lib. 6. tenent, ꝙ in interlo-
cutoria habet etiam locum pœna l. qm̄ iudices. C. eo. & dicunt
etiam, ꝙ dicta pœna procedit tam in delegato quam in ordina-
rio. & ita tenet gl. secundum cōem opinio. in l. a proconsulibus.
in fi. & ibi Salic. C. eo. Sed in veritate illa glo. non residet in illa
opinio. sed postea mutat sententiam, dans alium intellectum ad
illam l. in fi. & l. qm̄. expresse loquitur in ordinario, vnde cum sit
pœnalis, non debet extendi: & etiam dum ibi punit assessorem
simul cum ipso iudice, patet quod loquitur in ordinario, q.a de-
legatus de iure ciuili non habet assessorem, §. j. in Aucten. de iu-
dici. Et satis prouidetur superiori ꝯ delegatum se male quouis
modo habentem, quia statim potest delegatum reuocare, l. iudi-
cium soluitur. ff. de iud. non sic in ordinarijs: ideo lex voluit con
tra inferiores non deferentes appellationibus prouidere de pœ-
5 na, cum superiori ita non sit prouisum, † qñ ad eum appellatur.
quia inferior se male habet sicut in delegante. vbi tamen in re-
scripto esset commissa causa appellatione remota, tunc iudex
non deferens appellationi, intelligo in casu a iure non expresse
permisso, non puniretur. Imo. in c. pastoralis. in prin. j̄. eo. Panor.
6 in c. vt debitus. ver. quintus. j̄. eo. † Et quod hic dicitur, quod puni
tur iudex non deferens: verum est, nisi aliquam iustam causam
habeat, quare non detulit: sed inepte rn̄dens noluit deferre. ita
Inno. in ca. vt debitus. j̄. c. Ang. de Are. in l. sciendum. ff. de appel.
7 † Et quod interlocutorię appellatio etiam procedat in casu isto,
tenet Ludouicus, quod habeat locum hæc pœna, in consi. 40.
quod incipit, Omnipotens, &c. vt declarationem accipiat, in 2.
col. & proxi. dixi in 2. notabili illius tex.

SVMMARIVM.

1 *A pœna legis etiam paticularis non appellatur.*
2 *Infamia publica non requirit aliam probationem.*

CAP. XXXII.

1 Quia nos. † A pœna legis, ēt particularis, non ap-
pellatur. hoc dicit. Vel sic, Appellatio
non defendit religiosum contra constitutiones re-
2 gulares. hoc dicit. † No. primo ex tex. ibi, respersi vel
conuicti. quod qñ infamia est publica, aliter probari non dēt,
sicut de notorio facti permanentis dicitur, ca. euidentia. j̄. de ac-
cusatio. l. emptorem. in principio. ff. de acti. emp. Et si non est pu
blica, probandum est. Ideo tex. vtitur huiusmodi alternatiua, &
fiet probatio per duos testes, sicut de alia fama. glo. est in l. tertia
§. eiusdem. ff. de test. not. Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de
quæstionibus. Faciunt notata in capit. veniens. el primo, supra
3 de testibus. † Nota secundo ex tex. ibi, cōi capit. quod capitulum
generale religiosum, vt dicit hic Bald. post Ioannem Andr. de
prædi-

prædicatoribus, & de minoribꝰ sicut hñt ꝙ sine confirmatione administrant eorum prælati, ex quo sunt electi, ita hñt etiam ex consuetudine vt infamati teneantur cedere suæ administrationi
4 in manib. capituli, & valet talis consuetudo, vt ſ. subijciam. †Not. ex tex. ibi, cedere prælatum. iunctis præcedentib. ꝙ prælatus regularis infamatus de crimine priuatur administratione sua. qđ intellige ſm gl. hic, qñ indicta sibi purgatione in ea succubuit, iuxta ea quæ hñr in ca. quotiens. de purg. can. secus si non fuisset indicta purgatio, quia licet frares prælati magis de facili priuentur quam seculares, c. qualiter & qñ. el 2. in fi. ſ. de accu. tñ sola infamia nõ sufficit ad priuationem eorum, c. licet olim. & c. ꝑ tuas.
5 ſ. de simo. licet hic †Inn. videatur velle hic esse casum, ꝙ sola infamia sufficiat. cuius intellectus est ꝯ d. ca. per tuas. & etiã reprobat rõne: nam fama in criminalib. non facit probationem, dixi in ca. ſ. s. e. ergo multominus sola infamia nõ sufficiet ad priuationem. vnde necesse est subaudire ad tex. nrm, ꝙ gl. voluit, ꝙ iste prælatus succubuerit in purgatione. Alius fuit intellectus Host. quem sequuntur cõiter Doct. ꝙ iste loquatur stante sic particulari consuetudine illius regionis, puta prędicatorum vel minorum, ꝙ eorum prę̃lati infamati de crimine dẽant in cap. generali renunciare suæ administrationi in manib. capituli & diffinitorũ. Et ideo sit sensus literæ, ꝙ si noluerunt renũciare, & propterea appellet, ꝙ applo eos non tuetur, & sic hẽtis tex. ꝙ sicut ab executione iuris cõis non appellatur, c. consuluit. & ibi dixi. s. eo. Ita ab executione iuris particularis, s. consuetudinis priuatę religionis. & faciunt q̃ dixi in c. ad nram. s. eo. Nec obst. c. admonet. & c. ꝙ in dubijs. s. de renun. dum vult, ꝙ renunciatio dẽt fieri in manib. superioris. & tex. in si. cum gl. in l. legatus. ff. de offi. præsi. glo. in cle. ſ. de renun. quia verum est, nisi stante consuetudine aliter disponatur, q̃a tenent facta ẽt in manib. non hñtis ptãtem cõferendi. & silr tollitur ꝯrium c. in singulis. ſ. de sta. mo. dum vr velle, ꝙ capitulum generale non possit priuare aliquem prælatum. Nec ob. si instetur, ꝙ imo consuetudo non valeat, per c. cum venerabilis. s. de consue. vbi cõsuetudo renunciandi sine licentia superioris non valet: quia ille tex. loquitur de absoluta renunciatione, quæ fit nulla subsistente cã, & ad votum renũciantis. nos loqmur de renunciatione facta cũ cã, s. ꝑ ꝑ crimẽ: quæ ẽt magis verisimiliter valet facta, vt in casu nro in manib. capituli, quia prælati hmõi sic stante consuetudine ex sola electione sine cõfirmatione ius administrandi habebãt: nõ mirum si in manib. capituli, & sic eligentium magis de facili renunciant q̃ alij electi, & confirmati a superiore, q̃a isti postea renũciant in manib. supioris, per notata
6 in c. si electio. de ele. lib. 6. †Et ideo infert hic Bal. ꝙ vertente schismate, prætendentes se Papam, renũciare pñt in manib. concilij generalis, ex quo Papa a nemine superiore cõfirmatur. & faciũt quæ hñr in c. ſ. de renun. lib. 6. faciunt quæ pulchre ponit Lud. in consi. pen. quod est numero 523. Et iste tex. ſm prædictum intellectum Host. facit ad id, quod firmat Ludo. in prædi. consi. vbi dicit, ꝙ si Papa sit scandalosus, & monitus per cõcilium, vt pro scãdalo vitãdo cedat Papatui, si noluerit cedere, hr perinde ac si cesserit, & alius poterit eligi. mouet per ea, quæ hñr in l. sancimus. §. quem autem. C. ad Treb. in l. omnib. la ſ. cum gl. ff de præto. stipula. in l. damni infecti. la ſ. §. fi. ff. de dam. infec. in l. ſ. in fi. cum l. seq. ff. de institoria. in l. ſ. C. de act. & obl. quod tñ dictum indigeret altiori indagine, & de illo multum dubito. Nam licet Papa possit cedere volens papatui, c. ſ. de renun. lib. 6. quod tamen possit moueri vel cogi ad cedendum, nullibi cauetur. Erubescimus ergo, cum sine lege loquimur, l. illã C. de coll. §. consideremus. in Auth. de triente & semisse. Præterea cũ Papa non hẽat superiorem, c. aliorũ. & c. factũ. 9. q. 3. c. erectionem. & c. si quis per pecuniam. 80. dist. qũo ergo poterit moueri & cogi ad cedendum. facit quod voluerunt Hosti. & Io. And. in ca. proposuit. de conces.
7 præben. †vbi tenent, ꝙ licet ꝯ Papam habeat locum demum citatio euangelica, tñ illa vltima pars denunciationis, si non audiuerit, dic ecclesiæ. non habet locum in hoc sęculo, sed intelligit, dic ecclesiæ. s. triumphanti. de quo in c. nouit. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ad delegatum, a quo fuerat appellatum, reuertitur, si appellans nõ prosequitur appellationem in termino. & nu. 2.*

CAP. XXXIII.

1 AD aures. †Si appellans non prosequitur appellationem in termino hoïs, reuertitur
2 iurisdõ ad delegatũ, a quo fuerat appellatũ, sicut ad ordinariũ. h. d. †No. primo ex tex. ꝙ delegatus, a quo est appellatũ, parte non prosequente applõnẽ intra terminum assignatum ab ipso delegato reassumit iurisdõnem, & procedit in cã. & idem est in termino iuris, quia quo ad hunc effectũ æquipa rantur, c. cum sit. s. eo. Et sic habetis hic bonũ tex. ꝙ per applõnẽ iurisdictio delegati non extinguitur. sed melior est tex. in c. cum cessante. ſ. eo. imo ẽt ex quo tex. ille generaliter loquitur, si delegatus detulisset appellationi, tñ posset parte non prosequente. appellationem ĩtra terminũ siue iuris siue hoïs procedere in cã: quia qđ dr deferendo amittere delegatã iurisdictionem, c. cũ appellationibus. eo. ti. lib. 6. verũ est duobus cõcurrentibus: ꝙ pars prosequebatur appellationẽ. Item ꝙ iudex ad quem acceptat dilationem. ita gl. in d. c. cum appellationibus. aliàs altero istorum deficiente, procederet delegatus in cã vigore primæ iurisdictionis, quia non dr abdicatum, qđ cum effectu non durat abdicatũ, c. relatum. in simili. ſ. de cleri. non resid. l. ſ. in fi. ff. qđ quisq; iur. l. arbiter intra certum. ff. de arbi. Et ita transit Pan. ex quo ergo põt delegatus, qui detulit appellationi, reassumere cãm, & in ea procedere his casibus: ergo vr ꝙ poterit pendente appellatione, nõ obstante ꝙ detulerit appellationi, expedire oïa q̃ tendunt in faciliorem executionem appellõnis, cum cã sit qñq; ad eum reuersura: ergo sua interest, vt magis expedita ipsa causa reddatur, sicut in simili dictum est in c. cũ teneamur. s. eo. quod tamen est cõtra notata per Panor. in c. quęstioni. s. eo.

SVMMARIVM.

1 *Appellasse videtur, qui se & sua protectioni sedis apostolicæ submittit nõ expresso etiam ver. appellationis. & nu. 2. 4. & 5.*
3 *Subijcere se protectioni superioris propter grauamen sibi illatum, vel continuatum, habet vim appellationis, & respectu cuius iudicis. nu. sequen.*
6 *Attentata post appellationem extraiudicialem quando sint nulla?*
7 *Iudex vbi potest sentire commodum ex iurisdictione, nõ potest cognoscere an sua sit iurisdictio & quando id alias. nu. 8.*

CAP. XXXIIII.

1 AD audientiam. †Qui se & sua protectioni sedis apostolicæ submittit, licet appellationis verbum non exprimat, tñ appellasse vr. Diuiditur in duas partes. In prima narrat fa
2 ctum. In secunda dat iudices. secunda ibi, licet. †No. ex tex. ibi, nostræ protectioni. ꝙ vbicunq; verborũ formalitas non est de substantia actus, non refert qualiter verba exprimant, dũmõ de mente constet. facit c. intelligentia sermonũ. & c. in his. ſ. de ver. sig. c. petitio. s. de procur. secus si verba essent de forma, l. ſ. ĩ prin. & ibi
3 hr. ff. de ver. ob. †No. ex tex. ibi, protectioni nræ, ꝙ subijcere se ꝓtectioni superioris ꝑ ꝑ aliqđ grauamen sibi illatũ vel cõminatũ, æquiparatur appellationi, & hẽt effectum suspendẽdi iurisdictionẽ iudicis a quo, ac si fuisset appellatũ. Doct. ponũt maxime Gemi. in c. cordi. in prin. eo. ti. lib. 6. Bal. in Auth. si quis vero litigantiũ. C. de epis. audi. & licet tex. dicat, nostræ, & sic dicat de Papa: tñ idẽ est in alijs superioribus, qui pñt adiri ꝑ appellationẽ. & facit gl. in simili in c. ſ. maxime in verbo, nos. eo. ti. lib. 6. †Et sic ha
4 betis, qđ non est necesse in appellatione exprimere verbũ, appello, sed sufficit aliud æquipollens. qđ intellige verum, dũmodo procedant quæ ad appellationem necessar.a sunt: q̃a si appellatur ab interlocutoria, & exprimatur cã, & seruetur forma c. cordi. eod. ti. lib. 6. tunc absq; eo ꝙ exprimatur verbũ, appello. sufficeret dicere, Subijcio me ꝓtectioni superioris. & ita declarat text.
5 noster per Doc. †Et sic habetis, ꝙ illa verba, Subijcio me protectioni superioris, ſm formam appellationis prolatam, eximunt respectu illius causæ ipsum ꝓferẽtẽ a iurisdictione iudicis a quo: & sic habetis limitationem ad ca. recepimus. ſ. de priui. ad c. ſ. in prin. de ver. sig. lib. 6. vbi subiectus vel receptus ad petitionẽ apostolicam, non tñ ab ordinario, est exemptus. tñ vnum notate, ꝙ licet receptio ad protectionẽ non faciat quem exemptũ, tñ eius ꝯrium, puta exclusio a protectione, q̃a statutum dicat, sic extra ꝓtectionem ciuitatis istius, illum priuat quasi bannitũ illa ciuitate ẽt vt denegetur ei audientia. ita Cy. in l. ſ. C. de natura. libe. Bal. in
6 Authen. cassa. in ſ. col. C. de sacrosan. eccle. †No. ex tex. ibi, denuncies non tenere. ꝙ attentata post appellationẽ extraiudicialem, ſm D. An. hic interpositam, si ꝑ ipsum iudicem attentant, q̃ fiũt ꝯ appel. sunt nulla ipso iure. faciunt dicta in c. ſ. s. eo. Gl. in verbo cognitione. in fi. timore ꝯrij, s. q̃a in tex. dr, ꝙ sine cãe cognitione ista excommunicatio non teneret. ergo a ꝯrio vr innuere tex. ꝙ cum causæ cognitione bene posset procedere iudex a quo, cõtra ea quæ vidimus in c. super eo. lo ſ. s. eo. Can. in c. si a iudice. & c. non solum. eod. ti. lib. 6. propterea glo. nostra dat intellectum ad tex. nostrum, ꝙ iudex a quo hic procederet ex noua delegatione, quia Papa, ad quem erat appellatum, de nouo delegauit causam iudici a quo. Et ideo si cũ cãe cognitione processisset, a ꝯrio fatetur tex. ꝙ processus valuisset, quia nõ procedit ex prima potestate, quæ bñ est suspensa per appellationem, d. c. super eo. cum alijs ꝯrijs. sed procedit ex noua ptãte, quod nota ad limitationem dictorum iurium. Et ideo in casu nostro processus nõ valuit,

luit, quia sine causæ cognitione processit, vt voluit gl. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. s. de consti. & Bar. in l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iud. in l. 2. C. de sen. ex peri. rec. Doct. fatentur hunc intellectum gl. esse in se verum, sed nõ esse bonum ad tex. nrm, quia non est verisimile q̃ Papa causam appellationis deleget iudici a quo, c. proxime sequen. & l. eos, in prin. C. eo. imo ille tex. probat, q̃ nec possit, si velit, committere cãm appellationis iudici a quo: quod patet per verbum, fas, ibi in tex. positum, quod importat ius diuinum, quod quidem est immutabile per Papã. Inn. in c. quæ in ecclesiarum. s. de consti. §. sed nãlia. Insti. de iu. nat. gẽ. & ci. Sed ex alio vr̃ reprobandus iste intellectus, quia est de directo ꝯ tex. nrm ibi, denuncies non tenere. nã snĩa excõic. lata etiã sine causæ cognitione valet, & tenet, c. sacro. j. de sen. excõ. ergo licet hic iudex iste processerit sine cãæ cognitione, dũmodo defectus non sit in iurisdõne, snĩa excõicationis valebit, cuius ꝯriũ vult hic tex. ergo de necessitate præsupponendũ est, q̃ hic iudex a quo non procedebat ex noua delegatione, quia tunc habuisset iurisdõnem: & licet sine causæ cognitione processisset, valuisset tñ excõicatio, quod est ꝯ tex. nrm. vnde tenẽdum est, q̃ hic Papa illa verba, sine causæ cognitione, apposuerit narrãdo accidentiã facti, non vt iuris ministerium importet. Et ideo non est sumendum argm̃ a contrario sensu ex eis, vel subaudiatur dictio, maxime.

7 me. † Aliud habetis ex gl. quicquid dicat hic Io. An. q̃ vbi iudex ex iurisdõne potest sentire commodum, nõ põt cognoscere an

a sua sit iurisdõ[a], an ne. & clarius voluit gl. in l. de iure. ff ad mun. & ibi Bar. & Bal. in l. 2. licet Bar. & Ang. ꝯ. ff. si quis in ius voc. non ier. & Bal. in c. cõquerente. s. de restitu. spol. & Do. Ant. hic, quod intelligatis non esse verum, qñ illud commodum pertineret ad dignitatem vel officium, ita q̃ iudex nihil perciperet, nã ex hoc intelligetur suspectus, & ideo posset cognoscere an sua sit iurisdictio. Ita Bal. in d. c. conquerente. per tex. in auct. bona damnatorum. C. de bo. da. & facit per Bal. gl. in c. cum personæ. de priuile.

8 lib. 6. † Aliud colligit Do. Anto. ex illa gl. q̃ vbi litigatur de exemptione, quia pars declinat iudicem, dicendo se esse exemptum, non põt iudex iste cognoscere an sua sit iurisdõ, & sic de exemptione iudicare, quia redditur suspectus. & ita Inn. in c. ex parte. el j. j. de verb. sig. in c. venerabili. j. de censi. sed in contrarium est tex. in d. c. cum personæ. & ibi gl. sed potestis rñdere s̃m Panor. q̃ ibi iudex non cognoscit de priuilegio exemptionis, vt de illo iudicet, sed vt se instruat, quia forte reuocabit præceptum vel citationem, si videbit priuilegium. nec ibi dr̃ in tex. q̃ debeat iudicare de priuilegio, sicut in simili iudex a quo non potest iudicare de iustitia vel iniustitia appellationis, c. dilectus. el 2. s. de rescrip. tamen, vt se informet de iustitia vel iniustitia, quia forte videns se grauasse reuocabit grauamen, poterit iudex a quo cognoscere. ita Inn. in c. pastoralis. §. præterea. s. de offi. dele. facit tex. in c. si a iudice. eo. titu. lib. 6. In gl. in verbo, teneris. vel aliter licet possit esse iudex, vt ibi dicit glo. tamen poterit recusari, sicut in simili videbimus in c. postremo. j. eo. dicit tamen Pan. q̃ vt iudex suspectus appelletur respectu commodi, quod sentit ex sua iurisdõne, puta sportularum, inspiciẽda est qualitas iudicis, & qualitas sportularum, c. & si quæstionis. j. de simo.

ADDITIO.

a ¶ Sua sit iurisdõ. Adde ad materiam vltra allegata hic per Do Præpo: Alexan. in consi. j. incip. Ponderatis his. in 5. vol. fo. j. Do. Ias. in l. ex quacunque. in 3. col. ver. ex prima parte gl. vbi ponit regulam, q̃ quando dubitatur de iurisdictione iudicis citantis, ipse potest cognoscere an sua sit iurisdictio, siue ad eum spectet commodum sportularum, siue non, quam regulam limitat decem not. modis. Sed quid in iudice delegato, nunquid procedat dicta concl. vide per eundẽ do. Ias. i 4. col. post Ang. in d. l. ex quacũque. in 4. col. in ver. 6. fallit. & i ver. se.

SVMMARIVM.

1 *Causa non est remittenda ad iudicem a quo nisi de consensu partium.*

2 *Causa appellationis non est remittenda ad iudicem a quo.*

CAP. XXXV.

1 Accepta. † Causa non est remittenda ad iudicem a quo, nisi de consensu partium.

2 hoc dicit. † Nota ex tex. nostro, quod causa appellationis non est remittenda ad iudicem a quo, nec ipse appellans ad eum est remittendus. Fallit primo, nisi de consensu partium. Fallit secundo, nisi appellatio esset friuola, c. cum appellationibus friuolis. eo. tit. lib. 6. Fallit tertio, nisi pronũciaretur male appellatum in interlocutoria, c. vt debitus. j. eo. Fallit quarto, nisi remittatur pro absolutione excommunicationis, quia remitti potest, & de honestate est remittendus, c. cum contingat. s. de offi. dele. c. per tuas. j. de sen. excom. Gl. in verbo, consenserint. tangit, nunquid de consensu vnius partis, puta appellãtis possit recedi ab appellatione, & ire ad iudicem a quo, in c. interposita. §. illa denique. s. eod.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus appellatione remota recusari potest, si sit impetrantis consanguineus. & nu. 2.*

3 *Aduocatus potest recusari, ne sit iudex in eodem negotio, in quo aduocatus erat.*

4 *Iudex suspectus potest recusari ex pluribus alijs causis.*

5 *Iudex quantumcunque suspectus, nisi recusetur, est iudex.*

6 *Clausu. appellatione remota non excludit, quo minus iudex possit recusari.*

7 *Princeps possit ne tollere recusationem? vide & nu. 8.*

9 *Consanguineus potest recusari.*

10 *Vbi pari modo quis est consanguineus litigantium, non potest ab altero eorũ recusari.*

11 *Suspitionum, propter quas iudex recusatur, tres species.*

Vide de vnaquaque per discursum vsque ad finem cap.

CAP. XXXVI.

1 Postremo. † Delegatus appellatione remota recusari põt, si sit impetrantis consanguineus, vel in eadem cã fuerit aduocatus, vel alia

2 iusta causa suspitionis ꝓponatur. † No. primo ex tex. ibi, consanguineus. quia consanguineus iudex in causa consanguinei sui põt recusari tanq̃ suspectus, & dr̃ ex mente Io. An. gl. & scribentiũ hic, consanguineus attento cõi vsu loquendi, oĩs q̃ siue ex parte patris, & sic linea masculina: siue ex parte matris, et sic linea fœminina est sanguine coniunctus. Et hoc etiã voluit Io. An. & ibi no. in rubri. j. de consang. & affi. voluit Bar. in l. cum quidam. §. quod dr̃. ff. de acqui. hære. Bal. in l. fi. C. de verb. signi. & in c. si pater. de testa. lib. 6. vsq; ad quem gradum fiat ista recusa-

3 tio, dicam in gl. † No. ex tex. ibi, in eodem negotio aduocati, q̃ aduocatus põt recusari, ne sit iudex in eodem negotio in quo aduocatus. Et nos pulcherrime instruit Impera. in l. proxi. ff. de his, quæ in testõ delen. q̃ post collucta tionem cum aduocatis partiũ iudex in deliberatione causæ debet liberare semotis aduocatis. Et notate tex. dum dicit, eodem negotio, quia idem est negotiũ, dum eadem cã durat, licet diuersa instantia fiat, vt voluit Io. An. in c. fi. de testi. li. 6. faciunt notata in l. fi. ff. de testi. & in c. insuper. per Inn. & notata in c. cum a nobis. s. de test. & ideo in alia cã aduocatus bene posset esse iudex, nec recusabitur. Ita Doc. vbi ꝓxime, & hic per tex. nrm. Et idem dicit hic Pan. esse in consultore, per ea quæ hñr in c. irrefragabili. s. de offi. ord. & tangam in suspi-

4 tionib. † Nota ex tex. ibi, vel alia iusta causa. q̃ iudex suspectus potest recusari ex plurib. alijs causis q̃ propositis, quas j. enumera-

5 bo. † No. ex tex. ibi, poterit recusari. q̃ iudex quantũcunq; suspectus, nisi recusetur, est iudex, & potest ꝓcedere, & sic necessaria ergo est propositio recusationis. facit tex. in c. iudex ab apostolica. ff. de offi. dele. in 6. & facit l. in priuatis. ff. de iud. nam ibi pater põt esse iudex in causa filij. 3. q. 7. §. tria. & tñ recusari põt saltẽ tanquam consanguineus, vt hic. & facit l. qui iurisd. cũ ibi not. ff. de

6 iurisdi. om. iudi. † No. ex tex. ibi, appellatione remota. q̃ clã ap. re. non excludit, quo minus iudex possit recusari. faciunt no. in c. super eo. el 2. s. eod. & ibi dixi. & sic habetis, q̃ excluso vno mõ defensionis, s. appellationis, q̃ est defensio, ca. suggestum. s. eo. non tñ excluditur alius modus, s. recusatio, quæ est etiam defensio, c. cum inter. s. de exce. c. quia suspecti. 3. q. 5. no. in l. fi. C. de senten. & interlo. om. iud.

7 † Sed operę preciũ est scire, nunquid princeps possit tollere hunc modum defensionis, s. recusationem. & vr̃ dicendum q̃ non. & ita tenet Pan. in c. ad hæc. per gl. ibi. s. de rescr. in fi. & etiam effectualiter consideran. tenet in d. ca. cum inter. tenet Gemi. in d. c. iudex ab apłica. qui adducit glo. 2. q. 6. c. si quis erga. & pro hac opi. facit tex. in d. c. cum interdũ. sentit q̃ est defensio. & in d. c. quia suspecti. sed defensio est iuris naturalis: ergo tolli non põt per principem, d. §. sed naturalia. Insti. de iure na tu. gen. & ciui. In ꝯrium tenet Spe. in tit. de recus. §. j. versi. quid si cã. Lap. in d. c. iudex. & Bal. in l. fi. C. de sent. & interlo. om. iudi. & tenet gl. in l. apertissimi. in verbo, oẽs lites. C. de iudi. tenet Ang. & Imo in l. j. §. interdum. ff. a quib. app. non lic. vbi concludunt, q̃ princeps possit tollere recusationem. & ita Inn. in c. ex transmissa. s. de fo. comp. mouentur, quia põt tollere appellationem, d. §. interdum. & c. pastoralis. j. e. l. j. C. de sen. præfec. præto. & appellatio non est minus ęqua defensio, q̃ recusatio, cum hæc tendat ad corrigendam iniquitatẽ commissam, & illa suspicatur de iniquitate committenda. Item cum recusatione omissa si iudex lædat, põt emẽdari per appellationẽ, sed appłone exclusa nõ põt emendari iniquitas per recusationem. plenior ergo est prouisio, & defensio appłonis, & magis necessaria q̃ recusatio. Non obstant contraria, & primo gl. in c. ad hæc. s. de rescrip. quia non dicit, q̃ princeps non possit tollere, sed dicit q̃ ex certa scientia cõcedendo literas intelligatur concedere saluo iure recusationis. quasi velit glo. q̃ clausula, ex certa scientia, non excludat recusatio-

sationem: & est rō, q̄a committendo iudici suspecto ex certa sciē tia, certa scientia nullum alium effectum hēt, nisi quia tollit obstantia actui, vt voluit gl. in cle. 2. & ibi Doc. de rescri. in c. pastoralis. §. præterea. s̄. de offi. deleg. in l. eos. in principio. & ibi Bal. C. eo. & princeps agendo ex certa scientia vr̄ dispensare super oī quod impediret actum eius, ne valeret, vt voluit Inn. in c. veniēs, s̄. de fil. presbyterorum. in c. diuersis fallacijs. j̄. de cle. coniu. not. Imo. post Bar. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. sed ad validitatem cōmissionis non requiritur, q̄ excludatur suspitio: q̄a commissio facta iudici suspecto valet mero iure, & ille est iudex & pōt procedere, nisi recusetur, vt hoc tex. nostro. non mirū si cā ex certa scientia. vel, certa scientia principis, non tollit recusationem, nec suspitionē, q̄a potestas eius solum est circa validitatem eius, sed commissio est iam de se valida. ergo &c. Non obstat argumentum de defensione non tollenda: q̄a licet non possit tollere defensionem principis, cle. pastoralis, de re iud. tn̄ modalitatem siue modū defendendi bene pōt tollere, quia illa sunt de iure positiuo, vt videmus in simili, quia tollit appllōnem, d. §. inter
44 directo ꝯ̄ Innoc. hic, & cōiter Doc.† Sed quid si appellans fuit ꝯtumax, quo casu venit ꝯdemnandus in expensis, nunq̄d poterit excusare ꝯtumaciam suā aliqua iusta cā, an vero ex quo non venit, ꝯdemnabit in expēsis? & videbatur, q̄ posset excusari, ꝑ tex. in c. j. §. fi. de elec. lib. 6. in l. qui solidū. §. etiā. ff. de lega. 2. In cōtrarium determinat Bal. in c. ex parte. s. de rescri. q̄a vult, q̄ vsque adeo appellans nō veniens condēnari debeat in expensis, quòd nulla excusatio eum excuset: & sic ꝯ c. reprehensibilis, non admittitur excusatio, appellans ꝯdēnatur in expensis: tñ si prosecutus esset appellationē, & succubuisset tanq̄ temere appellans, posset ꝯdemnari in expensis. Sed illo casu bene admitteret excusatio, an iustā cām litigandi habuerit vel ne. Ita Pan. & Imo.
45 in c. finē litibus. s. de dolo & contu.† Vnum ēt non omitto, qđ voluit hic Inno. ad quod quotidie allegatur, q̄ etiā parte nō petente poterit iudex condēnare in expensis factis in lite ēt ante litē contestatā: sicut ēt ante litē cōtestatā posset mulctare, l. j. ff. si quis iusdi. non obtem. ad l. ædiles. §. sciendū. ff. de ædil. edic. dicit, q̄ non prohibet ille tex. quin ad ea quæ sunt ante litē contestatā, corā eo extendat officiū iudicis. & ita hic sequit Pan. Sed nunquid ꝑ ꝑ cōdemnationem expensarum omissam pars pos-
46 sit appellare, dixi in rubr. circa fin.† Et in quibus expēsis possit appellans ꝯdēnari, quarū ne habeatur rō in cā appellationis, dicite vt ꝑ Bal. in l. eos. §. fi. C. e. & late ꝑ Cano. in c. finem litibus. s. de dolo & cōtu. in cap. j. de sequestra. poss. & fruc. ꝑ Panor. ibi carrotiū expensarū. ꝑ eū. Bal. in l. terminato. & Bart. C. de fruc. & lit. expen. nota. ēt in ca. ex parte. s. de rescri. ꝑ Bal. in l. ꝓperandum. §. sinaūt reus. & in l. sancimus. C. de iudic. ponit aliq̄d Bar.
47 in d. l. qui solidū. §. etiā.† Pro cōplemēto materiæ contumax in expensis est cōdemnandus, & iudex nō cōdemnans facit litem suā, l. sancimus. C. de iudi. Et ēt hic quæritur, an qui appellauit, deserta appellatione poterit agere ꝯ iudicē a quō, quia fecerit litē suā, siue inique pronunciauit. & ꝯcludit hic Panor. post alios, q̄ sic, ēt si sit exclusus appellans, q̄a nō licet tertio appellare: vel alio quocunq; mō sit exclusus, vt non possit amplius molestare aduersariū: nā per hoc non excludit, q̄n possit venire ꝯ iudicē, in l. cū quærit. ff. de excep. rei iud. Bar. in l. si iudex. ff. de varijs & extraor. cog. Ang. in l. si filiusfam. ff. de iudicijs. facit gl. notabilis in c. pastoral. §. q̄a vero. de off. dele. in fi. gl. magnæ. Pe. de Anch. in c. j. in fi. de re iud. li. 6. Bal. in l. fin. C. de pena iudicis qui male iud. in c. sacro. in verbo, reuocare. de sen. excō. Bar. disputationē facit in materia, q̄ incipit, a snia iudicis q̄ ꝑ imperitiā. Ang. i l. 4. §. in eū. ff. de dam. infec. ibi Ludo. Bald. in l. obseruare. §. ꝓficisci. ff. de off. ꝓconsl. & legati. in c. j. de pace iur. fir. Ang. in l. j. in prin. & Bal. in l. fi. ff. q̄ quisq; iur. Ang. in ꝯs. 186. qđ incipit, Nūc videndum. circa fi. gl. & Bart. in l. j. in prin. ff. eōd. Ang. de Aretio in d. l. j. in prin. in 2. & 3. col. ff. eo. Gl. in simili, in d. l. j. & ibi Barto. ff. q̄ quisq; iuris. facit tex. in l. si ꝑ ꝑ iudicium. §. fi. ff. si mēsor falsum mod. dixerit. per quem tex. Bald. in l. cū duobus. §. fin. ff. pro soc. dixit q̄ qui promisit stare sniæ iudicis, si ille inique pronunciat, pōt agere ad interesse ꝯ ipsum iudicem. & ad prædicta vide quæ
48 dixi supra in rubrica eadem.† Sed nunquid si iudex conuentus, quia fecit litē suam, soluit interesse parti, ꝯ quam pronunciauit absoluendo ab expensis, vel eas omittendo, poterit id, qđ soluit, repetere a parte, in cuius vtilitatem omisit ꝯdemnare in expensis vel absoluit. & concludit Bal. in d. l. sancimus. q̄ nō, licèt alleget Spec. tenuisse contrariū. & facit text. & ibi Bal. in l. mancipia. C. de ser. fugi. vbi probatur, q̄ iudex, qui fecit litem suam, & propterea punitus est, illud repetit a parte, ne sic malitia & dolus prodesset doloso, ꝯ l. si hæres. ff. ad l. Falci. tñ vbi semel refectę sunt expē. in cā principali, vel interloc. de illis reficiendis amplius non habebitur ratio, puta in causa appellationis, vel in pronunciatione a diffinitiua. Ita Bal. per l. si seruus. §. bonæ. ff. de
49 condi. furt.† Sed vt nihil omittamus, quærit Hostien. nunquid qđ hic dr̄, q̄ ille terminus hēt vim peremptorij, habeat locū tā in termino iuris q̄ hoīs. tenet q̄ sic, quia tex. non loquitur gn̄alr̄ de termino appellationis, nec aperit magis de termino præfixo ab hoīe q̄ iure: ergo gn̄alr̄ & in vtroq; intelliget ca. quia circa. j. de priuil. Contrariū tenet hic Io. An. q̄ non hēbit locū in vtroq; termino, sed solū in termino hoīs: nam non est possibile, q̄ tex. noster habeat locum in termino iuris, vt habeat vim peremptorij: nam terminus hominis datur ad prosequendum, non autem ad finiendum, c. personas, & ibi dixi, supra eo. non mirum, si habet vim peremptorij, vt per eius lapsum possit ad vlteriora procedi: quia lapsus ipsius termini nō imponit finē de necessitate appellationi, cum non sit ad finiendū. terminus autem iuris est ad prosequendum, & ad finiendum, c. sicut. eo. tit. ergo per lapsum eius non potest dici, q̄ effectus peremptorij sequatur, cum habeatur causa pro finita, & sic nō potest procedi ad vlteriora. Et hanc opi. sequitur Pan. per tex. hic in fi. dum loquitur de præscriptio. termini: nam de necessitate intelligendum est de termino assignato ab homine, quia assignatus a iure bene præueniri potest, c. oblatæ. j. eo. ergo per illum ver. declaratur decreta. nostrā loqui de termino hominis, & sic non habere locum in termino iuris. Media est snia D. Ant. quia aut quærimus ex parte appellati, an quo ad eum habeat vim peremptorij terminus iuris: Et tunc in casu, quo pōt post desertam appellationem ipse procedere, de quibus dixi in glo. in verbo, obtinent. & tunc habeat vim peremptorij, s. quia appellans vlterius non erit citādus, sed appellatus poterit ad vlteriora procedere in cā appellationis, appellante vlterius non citato. & hoc voluerunt D. de Rota in pręalleg. deci. 204. vbi sentiunt, q̄ terminus iuris habet vim peremptorij ꝯ appellantem, casu quo appellatus ad vlteriora procedat. Aut quærimus ex parte appellantis, nūquid quo ad eum habeat vim peremptorij, idest vt possit ad vlteriora procedere appellato non citato, qui non venit, & tunc procedit opi. Io. And. per rōnem suam, quia appellans post lapsum termini non pōt ad vlteriora procedere, ergo nō habebit vim peremptorij quo ad eum. Nec obstat arg. Panor. de tex. nostro, quia dato quòd loquatur in termino hominis, tamen ex quo in decisi. versi. quia tamen. quo ad appellatum eadem est ratio in termino iuris, quę & in termino hominis, eadem erit ergo & decisio, ca. cum dilecta. j. de confir. vti. vel inuti. c. 2. s. de transla. pręla.

SVMMARIVM.

1 *Iudex de impedimentis electi cognoscit, licèt appellans in causa electionis infra terminum constitutum non fuerit appellationem prosequutus. & nume. 2.*
3 *Legatus causam appellationis interpositam ad Papam remittit.*
4 *Argumentum a simili, in quibus ualeat.*
5 *Iudex procedit super oppositis per appellationem, non obstante desertione.*
6 *Sententia in causa, an transeat in rem iudicatam, prout potest.*
7 *Pars una capituli potest in causa electionis transferre, & committere vices suas vni ex capitularibus, & id quo modo. nu. 8. & 10.*
9 *Procurator extraneus quando admittatur.*
11 *Appellatio hic interposita, ne sine consensu partium procedatur ad electionem, non valet.*
12 *Statutum capitulare quod non procedatur in aliquo actu, nisi habito consensu partium, ualet. Limit. nu. 13.*
14 *Iudex quando impune possit interponere suas vices.*
15 *Inferior nunquid cognoscat de causa appellationis interposita ad Papam.*
16 *Iudex a quo, potest ne pronūciare appellationem esse nullam. disting. nu. 17.*
18 *Intitulatus ad beneficium, an possit illi renunciare sine consensu superioris.*

CAP. XLV.

1 Constitutus.† Licet appellās in cā electionis j. terminum constitutum nō fuerit appellationē prosecutus, iudex nihilominus de
2 impedimētis electi cognoscit. h. ſm D. An.† Vel clarius ſm Pan. Appellatione deserta per negligentiā appellantis, pōt iudex ex offi. ꝓcedere in causis, in quibus officiū eius exuberat. h. d. Diuidit in duas. prima facti narratio. In secunda q̄ est
3 ibi, intellecto. prouisio & delegatio.† No. ex tex. ibi, vt instructā ad nos. q̄ legatus cām applōnis interpositā ad Papā remittit. Et sic habetis a ꝯrio sensu, q̄ inferior a Papa ēt legatus non pōt de cā applōnis interposita ad Papā cognoscere, vt diffiniat, & faciunt quę habentur in c. pastoralis. §. ꝓterea. s. de off. deleg. in c.
4 vt nostrum. j. eo.† No. ex tex. ibi, sicut bis. q̄ in his q̄ hn̄t aliquam
a similitudinē, bonū est arg. a simili, licet non ex toto similitudinem habeant ēt in casu isto: nā maior pōt esse metus, vel respectu partis admitten. ad aliqua itinera vnum procuratorē, quā ad mittendum nuncium, & tñ Papa reprehendit eū, qui misit nuncium, & non procuratorē, quasi similiter & procuratorem mittere potuisset. si tñ ſm Io. An. & Pan. hic, apparet instātia, quare potius misit nuncium quam procuratorem: tunc iste est excusatus, nec procederet arg. a simili data instātia in casu instantię, c. sicut vrgeri. j. q. j. l. creditori. ff. de ope. no. nunc. ibi glo. & in c. fi.
5 in gl. i ver. ltima. de suppl. negl. pl. li. 6.† No. ex tex. ibi, ꝓterire videamus. q̄ deserta appellōne in cā electionis, superior tñ ex offō sup oppositis ꝑ appellantē ꝓcedit, nō obstāte desertione. & facit

ADDITIO.

a ¶Bonum est arg. Adde Phil. Cor. in consi. 54. incip. uidetur primo in litera, o. fo. 50. in 2. uol. & in consi. c. incip. in cā, in litera. s. fo. 98. in 2. uol. Et an ualeat de similibus ad similia &c. in statutum, per eundem consi. 20. incip. uidetur. in prin. fo. 34. & consi. 29. inci. in præsenti. fo. 46. in litera, e, ante fi. in 4. uol.

cit gl.in fin.in c.si forte.de ele. lib.6.Et est rõ, quia licet in causis priuatorum iudex non suppleat ex officio ad vtilitatem priuatã, c.bonæ.el j.& ibi no.s.de postu.præla.l.4.§.hoc autem iudicium. & ibi per Doct.ff.de dam.inf.tñ in cã electionis iudex ex officio supplet,c.cũ nobis olim.s.de elect.sicut & in alijs respicientibus
6 vtilitatem publicã, d.c.bonæ.& no.in l.quamuis. C.de adul.† Et sic habetis inferre hic esse casum,ꝙ licet snia in cã beneficiali trãseat in rem iudicatã,prout transire põt,vt voluit gl.no. in c.j.j.de concess.præben.habetur per Do.Ant. in c.ad audientiam . el 2.s. de rescrip.& hic per desertionem in rem iudicatam transiuit. Illud est verum,quo ad excludendam partem : tñ quo ad iudicem snia beneficialis nunquam transit in rem iudicatam. non intelligatis de iudice,qui adiudicauit, sed de superiore ad quem huiusmodi cã beneficialis esset deuoluẽda quocunq;.†No.ex tex. ibi,
7 translatione voluntatum.ꝙ pars capituli potest in causa electionis transferre, & committere vices suas vni ex capitularib. ꝑut
8 hic erat iste eps,nõ obstante ꝙ minor pars ꝯdicat.†Et sic habetis duo dicta elicere.Primum, ꝙ licet in viam compromissi cã electionis non possit committi, nisi de cõi consensu partium, nec maior pars posset ad hoc cogere minorem partem resistentem, c.quia propter.circa medium, s.de ele. & ibi no. tñ translationẽ voluntatũ,& sic voces suas committere põt vna pars alicui,licet alij de capitulo ꝯdicant.Ita est hic tex.fm intellectum Do.Anto.
9 Pan.& Imo.licet Imo.non persistat.†Scd̃o habetis elicere, ꝙ licet rr̃ in cã electionis non admittatur procurator extraneus, ca. si quis iusto.circa fi.de ele.lib.5.c.quia p.p.§.illud.s.,de electio. tñ capitulo ꝯsentiente,s.non ꝯdicente, vel ẽt maiori parte capituli, admittitur procurator extraneũs.Ita textus hic,quia illa translatio vocum nihil aliud est,q̃ dare mandatũ ad eligendum. et facit tex.in d.c.si quis iusto.ibi, nolente. ergo volente vel tacente poterit esse procurator extraneus.Et ita etiã voluit Do. Anto. in d.
10 c.illud. †Vos tñ latius fm Pan.hic dicite,aut loquimur de compromisso fiendo,s.ꝙ de eo quod habeat fieri per electionem capituli,compromittatur in aliquos;& tunc cõpromissum non valet,nisi de consensu oĩum quo ad præiudicandũ dissentientibus. & hoc procedit nõ solum in beneficialib. sed in oĩ actu celebrãdo per voces vniuersitatis.Ita Pan.& voluit Io. And.in rña, quod alicui,de reg.iu.lib.6.Et dicit se pluries hoc practicasse in concilio generali.& est rõ,q̃a in his, quæ sunt cõi plurib.vt singulis, non stat maiori parti,imo vnus ꝯdicens audit,& impedit actum, cap.cum oẽs.& ibi notatur,supra de ꝑstõnibus.l. fin.ff. commu. prædi.notatur in l.maiorẽ. ff.de pactis. Sed ius dãdi vocẽ est cõe vniuersitati vt singulis,quia oẽs singulariter habent iure suo potestatẽ vocis dandæ,c.ꝙ sicut.supra de electionibus. ergo maior pars in hoc non põt cogere minorẽ partem ad compromissum. Aut loquimur de translatione vocũ, & tunc aut sunt impediti transferentes vocẽ,& põt,dummõ extraneo non ꝯmittant, nisi maior pars illi extraneo admittendo consentiret , ꝑ ea q̃ supra dixi;& d.c.si q̃s iusto.Et hoc procedit fm Pan.hic,& Io. An.vbi ꝑxi.in quocũq; actu vniuersitatis,siue sit secularis,siue ecclesiasticus.& est rõ,quia capituli interest, ne secreta sua ab extraneis intelligantur,l.2.ĩ argu.C.q̃n & q̃bus quarta pars debe.li. x. Aut non sunt impediti: & tunc in cã electionis procuratorẽ mittere non põt.In alijs aũt secus fm Panor.hic.tñ hic tex. vr̃ probare,ꝙ translationem vocum possint facere ẽt non impediti, dummõ maior pars capituli consentiat,& admittat illum, in quem sunt ꝑ aliquos translatæ voces.& facit qđ no.in c.Cumana. supra de elec.& ĩ c.cũ ecclesia Sutrina,supra de cã pos. & ꝑprie.Imo. hic voluit,ꝙ imo in casu c.quia p.p.non hẽret locũ cõpromissum,nisi de consensu omniũ,s. q̃n tractat de electione pastorali:& sic p̃lati principalis ecclesiæ, puta epi, ꝑ cuius mortẽ dr̃ ecclesia viduata, vt loquimur in alijs electionibus : & tunc ex quo forma capituli,quia p.p.non hẽt locum in alijs electionibus, nisi q̃n ecclesia est viduata,quia amisit sponsum prælatum,& tunc procedit tex.noster,quia sufficiat, ꝙ maior pars consentiat cõpromisso.& sic tenet ꝯ Pan.Gl.in verbo,oĩum.in fi.prima solu.gl.est bo
11 na in se,sed nimis impropriat literam.Dum aũt secundo loco dicit glo.†ꝙ appellatio in casu nr̃o interposita, ne sine cõsensu omnium procedatur ad electionem,non valet,male loquit̃, ex quo hic conuentum erat in capitulo, & in translatione vocum facta in epm,vt de consensu omnium procederet , valet talis conuentio:& iõ iusta fuit appellatio,si postea appelletur,ne ꝯ cõuentionẽ fiat, & facit tex.in fi.ibi,sine quibus ꝑcederet &c.& sic tran-
12 seunt Doc.† Ex qua so.infert Panor. ꝙ valet deliberatio siue statutum capituli,vt in aliquo actu non ꝑcedatur,nisi habito ꝯsensu omnium. Dicit tñ,ꝙ vbi difficile esset,ꝙ oẽs concordarent,& essemus in actibus,in quibus impediretur vtilitas ecclesiæ, ꝙ tãle statutũ nõ p̃iudicaret,quin valeret actus factus a maiori parte, ꝑ ea q̃ habentur in c.j.j.de his q̃ fi. a maio. parte cap. & in c.cum oẽs. s.de ꝯsti.& in cap.cũ olim.s. de consue. & pro hoc facit text. in §.pe.in Authen.de defen. ciui.vbi si officialis vult in sequentẽ annum ab vniuersitate refirmari, nõ valet cõfirmatio vno ꝯdicẽte. Si põt hoc fieri ꝑ legẽ,ergo & ꝑ statutũ, quod est lex particularis. vbi ergo tale statutũ impediret vtilitatẽ ecclesię fm Panor. nõ valeret:vel posito ꝙ valeat,poterit ꝑ eos sup̃ statuto dispensari,dato ꝙ statutũ sit confirmatũ a supiore,vt voluit Io.An.in rña, cui licet. de reg.iur.li.6.in c.ad audientiã.j.de cleri.non resi. Et ẽt per ꝯriũ actum capituli tale statutũ reuocabitur,cũ reuocatio nõ sit ꝑniciosa ecclesiæ,c.cũ accessissent.& ibi hr̃,s.de consti.habetur in c.j.j.de his quæ fi.a maio. parte capi.& ibi late Imo. Econtra aũt possunt ẽt statuere,vt factum in capi. ẽt si non fuerit factũ a maiori parte habito respectu ad capitulũ,dũmõ sit maior ꝯparatiue ad minorẽ partẽ,valebit tale statutũ. gl.est ĩ c. si cui.de ele.li. 6.quod tñ de iure cõi non esset,quia in actibus vniuersitatis non inspicitur maior pars cõparatiue ad minorẽ, sed maior ꝑs respectu vniuersitatis,c. ecclesia. el primo.s. de elect. habetur in l.nul
13 li.ff.quod cuiusque vni.in l.ꝙ maior.ff.ad municip. † Glo. in verbo,delegauit. in fi.prima solutio,ꝙ sit speciale hic fauore electionis,vt delegatus de causa applonis interpositæ ad Papam cognoscat,cõiter non tenetur. Secunda so. ꝙ hic ꝑcederet de consensu partium,põt sustineri fm d.Ant.hic,hoc habito,ꝙ ideo de cõsensu partiũ procedebat,& valebat ꝑcessus: quia ista tendunt in faciliorem executionẽ appellationis, quia cognoscebant, vt instrueret Papam non vt diffiniret. & iõ succedit rr̃ c. cum teneamur. s. quia sicut ibi iudex a quo se impedit in tendentibus ad executionem appellationis, ita & quilibet alius inferior poterit se impedire , quia per hoc non præiudicat appellationi nec Papę. Hosti. dat tertiam solutionem, ꝙ hic delegatus cognosceret, q̃a dubitabat de scandalo imminẽte, vbi timor est scandali,inferior bñ põt se impedire de cã spectante ad superiorẽ . & pro hoc est tex.in l.si q̃s filio exhæredato. §. hi q̃. ff.de iniusto rup. Et faciunt nota.in l.æquissimũ.§.fi.& §.si cuius.ff.de vsufruc.& Bal.in
14 c.j.s.de sequestra.pos.& fruc.in l.j. C.de prohib.sequestra.† Quia vbi timetur de scandalo,iudex bñ interponit vices suas,quas ałs non debuisset interponere. Pro hoc dicto & tertia so.Host.facit tex.singularis in l.si hominem. ff. mandati. facit gl.singularis in in c.ꝑpa plenitudinis.36.q.5.vbi ex cã magna põt eps relaxare pęnitentiam a Papa imposita.simile dicit gl.in c.latorem.23. q. 2. ꝙ sacerdos ex cã põt relaxare pęnitentiam impositam ab ẽpo.Bal. in c.cum ordinẽ.in pe.col.de rescrip. Pan.in c.at si clerici. versic. de adul.s.de iudic.in c.fi.s.de consue.Bal.in l.oẽs populi.ff. de iusti.& iure.vbi concludunt, ꝙ inferior ex magna cã põt dispensare,vel ẽt statuere ꝯ ius superioris.Bar.in §.quibus.in prima cõstitu.Codicis.Bal.in rubrica,C.q̃ admitti.ĩ l.sed reprobari.§.eo amplius.ff.de excu.tut.Pan.hic reprobat d.Ant. q̃a nec iudex a quo nec inferior alius põt de cã appellationis interposita ad Papã se impedire.& adducit tex.in c.si a iudice.eo.titu. li.6. & hanc vr̃ ẽt sequi Imo.q̃ adducit tex.in c.dilectus.el 2.s.de rescrip.in l.chirographis.§.j.& ibi Bar.ff.de admi.tu. nam ex quo pendet causa coram superiore,vr̃ ꝙ alius non possit se impedire,d.c.pastoralis. §. præterea.& d.c.vt nostrũ. Nec obstat c. cum teneamur. quia ibi processus iudicis a quo,tendebat ad retractãdum innouata, nec aliq̃a attentata sunt,quæ reuocet. & dicere ꝙ hic de ꝯsensu partiũ ꝑcedebat est diuinare:vñ dicit ipse hic eẽt ſpãle in priuilegiũ legatorum sedis apostolicæ, vt possint cãm instructam ad Papã remittere, nec de alio se impediunt. & ita sonat textus ibi, nõ vt appellatione interposita derogaret, sed vt instructã &c. Et hoc vr̃ sensisse Spec.fm eum in ti.de legato.§.nunc videndum. versi.
15 23.vbi signanter facit mentionem † solum de legato, non autem de alijs: tamen ex mẽte dñi Ant. nunquid inferior cognoscat de cã appela.interpositę ad Papam, dicite, aut coram eo incidenter deducitur cã appellationis, puta dum petitur executio alicuius snię vel instrumenti a iudice a quo, vel alio inferiore opponitur exceptio,ꝙ pendente appellatio . super hoc replicatur appełonẽ nõ tenere:& isto casu inferior cognosceret, q̃a potest cognoscere,an sua sit iurisdõ vel ne. & illa exceptio est declinatoria : ergo inferior bñ cognosceret.Ita Inno.hic, ꝑ notata in c.super literis. s.de rescrip.in c.pastoralis.§.ꝑterea.supra de offi. dele. nisi iã Papa vel iudex ad quem,cępisset in cã applonis procedere:q̃a tunc inferior nullo mõ cognosceret.ita do. Anto.hic,& Io. An. in addi. ad Spec.in d.versi.23. Nec obstat d.c.dilectus.el 2.q̃a iudex a quo nõ cognoscit de appełone,& an sua sit iurisdõ : quia si cognosceret, de directo ꝯ faceret applonĩ:nã appełõ est super eo interposita,quia exceptionẽ declinatoriam iudex a quo non admiserat, & sic super articulo iurisdõnis. Iõ iudex a quo,non põt se impedire,cum super eo directe sit appellatum : super alijs ergo si fuerit

rit

rit appellatum, incidenter de applone cognoſcet.c.Romana.§.ſi vero.eo.titu.lib.6. qui tñ ſm Imol. hic, loquitur in iudice ad quẽ. Et caſu quo pōt cognoſcere, ſi pronunciauerit appellationẽ non tenere iudex a quo, caueat ſibi pars ꝙ appellet a pronunciatione, alias talis interlocutoria tranſibit in rem iudicatam, & præiudicabit applōni primo loco interpoſitę. ita Do.Ant. hic poſt In-
16 no. & facit quod notat Inno. in d.§.præterea.†Vbi vult, ꝙ iudex a quo, pōt pronunciare applonem eſſe friuolam. Et facit quod per ꝑrium voluit Gemi. in ca.j.§.poſt hæc.ad fi.eo.tit.lib.6. vbi dixit, ꝙ ſi iudex ad quem pronunciet applonem, quæ erat inualida validam, & pars non appellet, per talem appellationem, cum ſnīa tranſeat in rem iudicatam, deuoluitur cauſa ac ſi valida appellatio fuiſſet. facit quod in ſimili pulchre notat Io.An. in c.ſuper literis. & ibi Bal.ſ.de reſcriptis. & ibi Domi. Anto. circa materiam clemen. ſi appellationem. Ang. in ſimili in conſil.221. incipiente, In ciuitate. Imo. hic tñ ſentit ꝯ Do. Anto. per notata in d.l.chirographis.§.j. Aut principaliter inferior ſe immiſcet de appellatione: & tunc non poteſt ſe immiſcere, d.c. vt noſtrum. & d.§.præ-
17 terea. Fallit, niſi circa reuocationem attentatorum pendente appellatione, qñ reuocatio tenderet in faciliorem expeditionem appellationis, d.c.cum teneamur. Fallit ſecundo de cōſenſu partium in his, quæ tendunt in expeditionem appellationis, vt dixi in gl. Fallit tertio, vbi dubitatur de ſcandalo, vt Hoſtiē. hic. Fallit quarto fauore legatorum, vt hic Pan. vt cauſam inſtructam mittant, non vt diffiniant. Et tenete menti, quod licet regulariter in
a reſpicientibus præiudicium tertij non credatur etiam legato [a] de latere, vt voluit gl. no. in c.ſicut.ꝟ. de ſimo. facit tex. in c. cum a nobis.ſ.de teſti. licet in alijs non reſpicientibus præiudicium tertij bene credatur, c. nobiliſſimus. 90. diſt. & ibi notat Archi. tamē in huiuſmodi relationibus agitatorum per eos credetur eis de conſuetudine. ita Specu. in titu. de lega.§. nunc videndum. in ver. quid ſi aduocatus. & ſequuntur Imo. & Pan. hic. ita Do.Ant. in c. qm̃ contra. in 24.col.ꝟ.eo. vbi allegat Spe. in tit. de legato.§. ſequi-
18 tur. in fi.†Gl. in verbo, renunciare. in fi. Nota ex gl. iunctis his, q̃ voluit hic Hoſtien. & poſt eum alij, quòd intitulatus ad beneficium licet regulariter poſt conſenſum præſtitum non poſſit renunciare ſine conſenſu ſuperioris, & in manibus eius, ca. admonet. capitulo, quod in dubijs.ſ.de renuncia. tamen ſi pendet controuerſia, quia moueatur ſibi quæſtio, & contradicatur cōfirmationi, poterit renunciare beneficio etiam ſine licētia ſuperioris: nec in eius manib. habet renunciare. quod notate ad ea quę voluit glo. in c.ſi electio. de electio. lib.6.

ADDITIO.

a ¶Legato de latere. Vide Bar. in l.j. C. de ſuperindict. lib. 10 vbi per illũ tex. dicit non eſſe credendum Cardinalibus, nec excellentibus, niſi literas oſtendant, licet contra iſtum tex. teneant Canoniſtæ. Barto. pulchre, quem omnino vide in l prohibita. C. de iure fiſci. libro 10. Imo. in c. cum olim. circa fi. de priuile. Feli. no. in c. ob eminentiam. in princi. de ſen. excommu. Et vtrum credatur legato de latere ſine literis, vide quod not. Bal. in l. iuſiurandi. C. de teſti. & in l vnica. C. de mand. princip. & Ange. multum nota. in conſil.181. & quod not. Barto. in l. ſi qua per calumniam. in 3. colum. C. de epiſcopis & cle. & in vlti. colum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fruſtratoria non impedit electi & confirmati poſſeſſionem.*
2 *Superiores poſſunt a principio deferre ſacramentum electoribus, vel patronis, quod eligant magis idoneum.*
3 *Iuramenti forma, qualis.*
4 *Qualitas electi, quando remittitur conſcientiæ eligentium?*
6 *In beneficijs ad perſonam confirmandam inſpicitur, potens ne ſit ad prouinciã beneficij.*
7 *Appellatio interpoſita ab interlocutoria, expreſſa vna cauſa cum proteſtatione de alijs exprimendis, non poteſt poſtea per alias exprimendas iuſtificari. Et quæ ſit vis proteſtationis. nu. 8.*
9 *Iudex debet exceptionem euidenter ineptam reijcere.*
10 *Appellatio interpoſita ab executione actus, non autem ab actu, non valet.*
11 *Eligendi facultas debet eſſe libera.*
12 *Appellatio interpoſita poſt confirmationem electionis, non habet impedire, ne electus confirmatus poſſeſſionem habeat. limita tamen nu. 13. 14.*
15 *Permiſſum eſt obijcere exiſtenti in poſſeſſione ea, quæ prius non licebat poſſeſſione adepta.*
16 *Electio facta de idoneo, cum fieri potuerit de magis idoneo, valeat ne. & nume. 17. 18.*
19 *In promouendo quoquam, quid potiſſimum attendatur.*
20 *Generalitas non ſufficit, vbi requiritur expreſſio cauſæ.*
21 *Cauſa rationabilis debet exprimi in appellatione interlocutoriæ.*
22 *Exceptio, de qua hic, quando debeat admitti, & quando impediat agere volentem interdicto adipiſcendæ.*
24 *Exceptio quando impediat effectum confirmationis. vide & numero. 25. 26. & 27.*

CAP. XLVI.



1 Onſtitutis. †Appellatio fruſtratoria non impedit electi & confirmati poſſeſſionem. h.d. vel aliter ſm Pan. Cōtra electum & ꝯfirmatum nullum aliud ius expectantem non admittitur exceptio, vel appellatio maxime fruſtratoria ad impediendum electionis, & confirmationis effectum. Sed poſſeſſione habita poterit accuſari vel denunciari. h.d. Diuidit in tres partes. In prima facti narratio. In ſecunda quæ eſt ibi, nos igitur. deciſio. In
2 tertia, quæ eſt ibi, ſi quis tñ, reſeruatio.† Nota ex tex. ibi, ſub animæ periculo. quod ſuperiores, ad quos ſpectat confirmatio beneficiorum (idem dicite de inſtitutione præſentatorum) poſſunt a principio deferre ſacrm̄ electoribus, vel patronis, quod eligent magis idoneum. & ſic habetis, ꝙ licet ad validitatem electionis ſufficiat dignum eligere, c. cum terra. c. cum in cunctis. iuncto c. quia p.p.ſ. de elec. tñ pōt electores per iurm̄ ſibi delatum aſtringi, vt magis idoneũ eligāt, vt hoc text. ſi tñ eligerent idoneum, licet alius eſſet magis idoneus, de quo tamen vt ꝟ. in glo. in verbo, magis vtilem. tamen valeat electio non obſtante iuramento, vt
3 eſt hic tex.†Nota per iſtum tex. modum adiurandi quem, vt fiat ſic, ſ. ſub aīæ tuæ periculo. facit quod notat Inno. & Hoſt. in ca. & ſi Chriſtus. de iureiur. bonus tex. in c. fraternitatis.ꝟ. de frigidis & malefi. ibi ponderat Do. Anto. Idem Do. Anto. in c. tuis. in pen. col. de teſti. Archi. in c. iuramenti. 22. q.5. in c. ſi quis presbyter. 2. q.5. Et hoc eſt quod voluit gl. hic in verbo, adiurauit. quæ per hoc
4 ſit expedita: eam commendat hic Panormi.†Nota ex tex. noſtro ibi, ſm conſcientiam &c. ꝙ qualitas electi, dummodo a iure non ſit improbata, remittitur conſcientiæ eligentium. & quid ſit cōſcientia, ponit hic Bal. & Rota deciſ.347. quæ incipit, Item ſi impe rans. & etiam Bald. in tract. ſuo ſchiſmatis, quem ponit poſt titulum C. ſi quis aliquem teſta. prohi. Et Archi. in c. ſtatutum.§.
5 aſſeſſorem. de reſcrip. lib.6.†Nota ex tex. ibi, conſtaret. ꝙ vbi perſona electa eſt nota in confirmatione non eſt examinanda per ſuperiores. & facit tex. in c. nullus. 24. diſ. Et facit iſte tex. ad illud, quod dici ſolet, ꝙ præſentatus ad beneficium a patronis dēt perſonalr exhiberi, cle.j. verbo, pñtari. de ſepul. quia illud limit. ē verum, niſi ſit perſona nota illi, qui habet inſtituere: nam tunc non eſt neceſſe, ꝙ perſonaliter præſentetur, vt Panor. in c. ea noſcit. ꝟ. de his quæ fiunt a prælato. facit quod dicitur, ꝙ notus non eſt examinandus. quod intelligit verum hic Bal. niſi examen pro forma requireretur, puta in ſcholari doctorando: nam licet eſſet ſufficientiſſimus, debet tamen examinari, vel in promouendo ad auditoratum ſacri palatij apoſtolici, quod Rotæ appellant. nam talis etiam ſi ſit doctor clariſſimus, examinatur ēt de nouo ante
6 quam recipiatur. ita Bal. in capitulo, ſcriptum.ſ. de ele.†Nota ex tex. ibi, impotentem, ꝙ in beneficijs inſpicitur circa perſonam confirmandam, an potens ſit ad prouinciam beneficij vel ne: quia non debent epi eſſe reuolutores chartarum ſolum, ſed etiã factores operum, c. canonibus. 16. q.j. c. de Petro. 47. diſt. Etiam in c. fi. 36. diſt. Et ideo inſpicitur non ſolum literarum peritia in eis, ſed etiam rerum experientia, capitu. niſi cum pridem.ſ. de renun. c. licet.ꝟ. de reg. Et vario modo ſm qualitatem beneficij metimur, & conſideramus, an perſona ſit ſufficiens ad beneficium, an vero non, puta ſi beneficium habet poſſeſſiones inter inimicos, ſufficiens ad illud beneficium conſequendum eligetur potius homo, qui ſit primas in ciuitate, & dux factionũ, vel homo potens, & robuſtus, q̃. homo literatus, c. officij.ſ. de elect. Et innuit textus noſter hic ibi, in quibus præpoſituræ poſſeſſiones. ſi eſſet beneficium grauatum debitis ſufficiens, potius eligeretur homo diues & potens, q̃. pauper & literatus, capi. hoc ius porrectum. in argu. 10. q.2. Si beneficium eſſet vel inter hæreticos, vel inter abhorrentes a cultu, omnino ſufficiens eſſet vnus theologus q̃. alius: vel vnus canoniſta potius q̃. diues vel potens. & ita faciunt notata in c.j.ꝟ. de conſan. & affi. & ſic per ſingulas qualitates diſcurrendo dixit hic Hoſt. tñ gl. no.54. q.j. c. qm̃ vetus. dixit, ꝙ cum diſputaretur de electione inter duos, quia vnus pau p doctus eſſet electus. Sicut & coelectus eſſet alius nobilis, & diues, cum coelectus allegaret nobilitatem, fuit rñſum, Nō quærimus ſucceſſorem Auguſto Imperatori locupleti, ſed quærimus ſucceſſorem Petro piſcatori. & facit capit. venerabilis.ꝟ. de præben.
7 & ibi notatur. hr̄ in c. de multa. ad fi.ꝟ. de præben. † Nota quinto ibi, addens alia. ſm intellectum de quo in glo. in verbo, aliam. ꝙ appellatio interpoſita ab interlocutoria, expreſſa vna cã cũ proteſtatione de alijs exprimendis, non pōt poſtea per alias exprimendas iuſtificari. & ita vult textus ibi, & aliam tunc non expſit. & ſic ſentit hic Bal. dum dicit, ꝙ hic appellatio non tenuit,
8 quia peccatum fuit in forma. & ita tenet Pan. hic.†Et ſic habetis elicere, ꝙ proteſtatio in genere facta de cauſis in appellatione exprimen-

exprimendis,non habet saluare appellationem,nec aliæ,q̃ tunc
expressę exprimi possunt.& facit tex.in cle. appellanti. cum ibi
nota.eo.tit.& quæ videbimus in c.vt debitus.j.eo. facit quod vo-
luit gl.nota.& ibi cõiter Doct.maxime Imo.4.col.in ca.inter di-
lectos.s.de fide instru.Do.Anto.in c.cum M.Fer.in 4. charta, in
mã protestationis.s.de consti.Pan.in c.2.s.de lib.obla.Ioã.An.in
rła,in generali.de regul. iur.lib.6. Gemin. in c.ab eo.de elec.lib.
6.quod notat Bar. in l.edita,in pen.col. & ibi Bal. in repetitione
Paduana,in j.& pen.charta,& in repe.Perusina,in 35.colum. C.
de eden.Bar.in l.non solum.§.morte.4.col.& in l. cum procura.
§.dñs.circa medium.ff.de ope.no.nun. Bar.in l.tres denunciatio
nes.ad fi.C.qño & qñ iud.in l.Nesennius.ff.de neg.gest. Ang.in
l.si quis intentione ambigua.in fi.col.ff.de iu.in §.oẽm.in Authẽ
9 tico de litig.†Nota ex tex.ibi,nos igitur,quia constitit euidenter
quod vbi exceptio est euidenter inepta,iudex debet eam officio
reijcere.Ita Inn.hic,& in c.post electionem.ad fi.j.de cõces.pbẽ.
quæ dicta allegat & sequitur Bal.in l.perẽptorias. C.sen. rescin.
non pos.in 6.col.& Pan.in c.constitutus.j.de fideius. facit textus
in l.j.§.Labeo.ibi Bar.ff.de fluminib.Bar.in l.j.ff.de excep.Ange.
in l.si quis postea.ff.de iudi.Cano.maxime Pan.in c.2. s.de restit.
spo.Et sic expresse vult iste textus, ꝙ iudex debet officio reijcere
appellationem friuolam.facit tex.in c.cum appellationibus. eo.
titu.lib.6.facit quod notat Inn.in c.pastoralis.§.præterea. s.de of-
10 fi.deleg.†Nota ex tex.ibi,tuæ confirmationis.ꝙ appellatio inter
posita ab executione actus,non autem ab actu,non valet,neque
tenet.Quod intelligit hic verum Bal. quia peccatum erat in for-
ma appellandi non expressa sufficienti causa. Et ideo dixit ipse,
ꝙ dummodo actus non transiuerit in rem iudicatam,sufficit ap-
pellare ab executione actus,ne fiat,licèt ab ipso actu nõ appelle
tur:secus si transisset in rem iudicatam adducit quę habentur in
l.illud.ff.de acqui.hęre.in l.3.§.sciendum.ff.de dona. inter virum
& vxo.faciunt quæ vidimus in capitulo sæpe. supra eodẽ. quia
negato cõsequẽti tollitur & præcedens, cum tollatur eius ef-
fectus ipso appellãte,ne sententia exequatur, vr̃ appellatum ab
11 ipsa sñia.†Nota ex textu ibidem, confirmationis effectum, iun-
ctis quæ dicta sunt in facti narratione: ꝙ licet facilitas eligendi
dẽat esse libera etiam respectu personarum eligendarum, q̃a nõ
debent coarctari eligentes ad vnum de certis eligendis.c.cũ ter-
ra.s.de electio.tamen potest fieri, vt eligentes eligant vnum de
duob.& videbitur electio facta de altero istorum.Quod intelligi
te verum vel de consensu capituli, vel ꝑꝑ necessariam occurren
tiam:quia non habent quos possint eligere,nisi duos: puta quia
electio est fienda in vna ecclesia,& ad illam non possunt assumi
ex institutione ecclesiæ vel priuilegio, nisi personæ de certo col
legio,vt in c.cum dilectus.s.de consuetu.in c.abbate.j.de ver.sig.
si in illo collegio non reperirentur nisi duo: ecce ꝙ ꝑꝑ facti ac-
12 cidentiam arctantur ad vnum de duob.eligen.ita Doc.hic. †No-
ta ex tex.ibidem,effectum confirmationis. ꝙ appellatio interpo
sita post confirmationem electionis non habet impedire,ne ele
ctus confirmatus possessionem habeat:nec etiam exceptio cri-
minis eum impediet.& est ratio,quia illa possessio est quid facti,
& effectus consecutiuus iuris præcedentis.non mirum,si de faci
li nõ differtur ꝑꝑ executionem vel appellationem oppositam,
13 de quo j.in glo.fi.† Limitabitis tñ tex. nostrum non procedere in
collatione vel prouisione:quia exceptio opposita vel appellatio
bene impediet,ne habeat possessionem. Ita Do.Ant. post Inno.
& ibi alij,in c.pen.s.de causa possessio.& proprie.& hr̃ in c.acce
dens.j.de accu.licet Pan.teneat hoc procedere etiã in exceptio-
ne criminis. tamen Do. Anto. & Imo. ibi tenent ꝯrium, de quo
in d.c.accedens.& est ratio differentiæ:nam in confirmatione ci
tatur pars,vel saltem per edictum fit citatio generalis,c.fi.de ele.
lib.6.vnde verisimile est, ꝙ si quid erat discutiendum, illud fuis-
set discussum in confirmatione:& ideo exceptio postea opposi-
ta vr̃ calumniose opponi ad impediendum, ne iste habeat pos-
sessionem.Sed in collatione licet habeat vim electionis, & con
firmationis simul factę,vt voluit gl.in c.j.de elect.lib.6.tñ non re
quiritur illa citatio nec propositio edicti, quæ in cõfirmatione.
gl.est cõiter approbata in d.c.fi.circa fi.& ideo magis volens op-
14 ponere admittitur,antequam tradatur possessio, quia nõ potuit
ꝯdicere in collatione. † Limitabitis secundo non procedere in
confirmatione clandestine facta,s.non obseruata forma d.c.fin.
Sed clam opposito edicto valuis ecclesię tali tꝑe,quo nõ potuit
videri,puta vel quia de facili pluuijs est corruptum,vel quia in lo
co vnde de facili auferri põt. vel pone, ꝙ consuetudo esset de nõ
ponendo edictum,quæ consuetudo valet,vt nota. per Doc. in d.
c.fi.nam cum prouisio illius c.fi.sit de iure positiuo, non est du-
bium,ꝙ circa illud potest operari consuetudo. Ita in simili deter
minat Egidius Bellamera in decis.620.quæ incip.c.fi. de electio-
ne.Illo casu,quia opponens non potuit venire ad ꝯdicendum in
confirmatione, audietur ad impediendum ne habeat possessio-
15 nem.Ita Pan.in d.c.pe.argu.eorum,quæ dixit ibi Inno.†Nota ex
tex.ibi,pacificam possessionem,ſm Bal.hic, quæ impediunt op-
poni,ne quis habeat possessionem beneficij,permittũtur oppo-
ni statim,ex quo adeptus est pacificam possessionem, nec neces
se est ꝙ multo tꝑe stet in pacifica possessione. ad hoc vt possit ꝯ
eum in viam accusationis vel denunciationis opponi. Nec ob-
stat tex.in l.inter Castellianum. ff.de arbitr. vbi non dr̃ pacifice
possidere,qui turbatur: quia illud loquitur in actu perpetuo, s.
sñia,qua pronunciatur talem possessorem. quia debet intelligi
perpetuo,l.egi.& l.harum.ff.si ser.ven.nos loquimur in actu mo
mentaneo,s.executione sine traditione possessionis:ideo illo tẽ
porę solum consideratur an pacifice tradiderit.Et in simili quod
no.in c.commissa.de elect.lib.6. vbi pacifica possessio considera
tur,non momentanee, sed ꝙ aliquo tꝑe durauerit, ad hoc vt per
adeptionem secundi beneficij amittat primum incompatibile.
quia istud,ꝙ amittat,inducitur ex tractu successiuo, s. retinendo
ſm,ideo non consideratur,an momento pacifice possederit,sed
consideratur aliqualis tractus tꝑis,quod aliquo tꝑe pacifice hoc
16 beneficium possederit,vt ibi no.†Glo.in verbo,magis vtilem.in
fi.no.gl.quia vult ꝙ electio facta de idoneo, licet alius sit magis
idoneus,valeat & teneat,licet fieri non debeat.& ita dicit etiam
gl.de præsentato,in c.tertio.j.de iu. patro.& facit ad prædicta gl.
17 magistra in c.licet ergo.8.q.j.†Sed nunquid peccabunt, qui cum
habeant magis idoneum,cum possint eligere,eligunt solum ido
neum.gl.in d.c.licet ergo,concludit ꝙ non, quia satis est idoneũ
eligere.Et pro hac opi.facit quod voluit gl.hic,dum tenet, ꝙ va-
let electio:certè si peccarent eligentes,electio non valeret, quia
non permitteretur a canone,cũ ius canonicũ non permittat pec
catum,ca.de viduis.27.q.j.in reg. possessor malæfidei. de reg.iur.
li.6.nec dicendum est,ꝙ ex quo fit iure permittente, sit peccatũ,
c.qui peccat.23.q.4.nam inde non debet iniuria nasci, vnde iura
nascuntur,i.peccatum,l.meminerint. C.vnde vi.Contrarium te
net Archi.in dicto c.licet. Do. Anto. hic,& in effectu Pan. tenet
Fede.de Sen.in consilio suo 90.quod incipit,Punctus dubitatio-
nis.& Pan.in c.cum in cunctis.s.de electio. Mouentur per dictũ
c.licet.vbi dicit,ꝙ magis idoneus assumendus est: ergo in ꝯrium
agentes peccant.Nõ obstat gl.in d.c.licet. dum dicit per simile,
ꝙ imo non eligens magis idoneum nõ peccat,sicut benefaciens
si posset melius facere,nõ peccat omittendo melius. quia illa gl.
loquitur in his,quæ sunt voluntaria,vt bene & melius agere: q̃a
melius agamus,non est necessitatis.Sed nos loquimur in his, q̃
sunt necessitatis,s.magis idoneum eligere, quod nobis præcipit
a dicto canone,licet ergo.omittendo igitur illud facere,erit pec-
18 catum.†Tñ pro clariori intellectu nunquid magis idoneus sit eli
gendus,dicite ſm Pan.aut loquimur in foro conscientiæ: & cla-
rum est per prędicta ꝙ sic.Aut loquimur in foro fori:& tunc aut
est appellatum,vt magis idoneus eligatur: & tunc si in collegio
illo reperitur magis idoneus:tũc hoc sit præcepti,vt eligam ma-
gis idoneum,d.c.licet.appellatio enim facta,ne in ꝯrium fiat, va
let,& tenet:& ideo si postea magis idoneus non eligeretur,non
valeret electio,quasi ꝯ appłonem facta, c. cum nobis olim. s. de
elect.Intelligite,non valeret,s.quia in viam attentati posset irri-
tari,non quia nulla esset ipso iure.Adducit etiam tex. nostrum,
qui potius facit in ꝯrium: nam plus debet posse præceptum iudi
cis præcisum,cu omnino est obtemperandum,c.2.s.de maio. &
obedien.q̃ appellatio ista extraiudicialis,quæ est simplex prouo
catio ad causam,c.cum sit Romana.s.eo. Sed hic hẽmus tex. ꝙ li
cet iudex præcipiat sub vinculo iuri, vt magis idoneum eligant,
tñ electio ĩ ꝯrium facta valet & tenet: ergo etiam nõ obstante di
cta appłone valebit electio:si tñ in ecclesia illa, siue collegio nõ
esset alius magis idoneus,sed bene esset extra illud collegiũ,suf-
ficit eligere idoneum de collegio,c.nullus.61.dist.c.cum inter ca
nonicos.& ibi textus.s.de ele.not.in c.fi.s.de cleri.peregr.q̃a cle
ricus de collegio præfertur alteri, qui non est de collegio, licet
magis idoneo.& ideo isto casu si appellaretur, vt magis idoneus
qui est extra collegium eligeretur, non valeret appło tanq̃ ꝯ ius
interposita:quia satis est,ꝙ idoneũ de collegio suo eligant, omis
so illo magis idoneo.Aut non est appellatum: tũc electio de ido
neo facta valet & tenet,omisso magis idoneo,c.cum terra.c.dile
cto.c.cum in cunctis.iuncto c.quia ꝑꝑ.s.de elec.& voluit Bar. cu
ius dictum ita saluatur,in l.cum quidã.ff.de lega.2.vbi dixit, ꝙ sa-
tis est executori testamentario eligere vnum meritũ de testato-
re,licet alius sit magis meritus: vel vnum pauperẽ, licet alius sit
magis pauperior.intelligite vt loquor in foro fori: q̃a in foro cõ
scientiæ pauperior eligendus esset,alias peccaret eligens, tñ ha-
bita rõne ordinatæ charitatis,c.non satis. 86.dist. gl. est magistra
in c.

19 in c.quiescamus 42.di.†Gl.in verbo,impotentiam. hẽtis ex gl.ꝙ promouendus,qñ oĩa sunt paria,præfertur respectu nobilitatis, vel respectu diuitiarũ: alias aũt data disparitate nos non simpliciter attendimus nobilitatẽ,sed attendimus idoneitatem ſm indigentiam ecclesię & qualitatẽ beneficij,vt dixi in textua.Si tamẽ electio fieret non cõsideratis hmõi circunstantijs, dummodo esset idoneus,valeret,& teneret.ita Imo. hic,per ea quę dicta sunt in gl.præcedenti.Inquantũ glo. vult,ꝙ ꝑ senectutẽ quis remoueat a ꝓmotione:Intelligite verum, si esset tale senium, ꝙ eum redderet inhabilẽ ad beneficium. d.c.Archi.alias secus: promotum tñ non deijcit,sed datur coadiutor,toto ti.j.de cler.ęgro.etiã si sit rãris,vt voluit hic Pan.& An.in c.fi.de supplen. neg.præla.
20 lib.6.†Gl.in verbo,rationabilem. in fi. vos dicite, ꝙ nec ꝑ cãm expressam fuit hic appellationi deferẽdum, qa vt gl. bene dicit, erat irrõnabilis.nec etiam ꝑ causas inclusas in illa generalitate,ꝙ alia habebit:quia vbi requirit̃ expressio cãe,non sufficit illa gñalitas,vt dixi in textua.ideo nõ fuit deferẽdũ. & quicq̃d dicat gl.ille tex.non aperit,ꝙ fuerit delatum appl̃oni, imo potius credendum est ɔ̃rium,ex quo dicit,ꝙ eps̃ debet istum inuestire: qđ non posset,si detulisset appl̃oni quantuncũq; friuolæ,c.cum ap-
21 pellationib.eo.tit.lib.6.†Glo.in verbo,aliam.in fi. hẽtis ex secunda solutio.gl.j.reiecta,q̃ a nemine tenetur, ꝙ vbi appellat ab interlocutoria,dẽt noĩatim exprimi cã in appl̃one, quæ sit rõnabilis, nec protestatio ad aliqua exprimenda valet & tenet. & hanc glo.sequitur hic Panormita.& Bald.& dixi in textua. Sed dicetis vos,quomodo dicis tu, quòd illa esset interlocutoria? Dicite ꝙ confirmatio potest esse interlocutoria & diffinitiua,ſm Innocẽ. & Host.hic:q̃cquid dicat hic Io.And.diffinitiuam cãm dicimus, qñ fit cũ cãæ cognitione ɔ̃dictore apparẽte.Et licẽt ſm Imol. hic fiat summarie,cle.dispendiosam.de iu. tñ ex quo hẽt cãæ cognitionem,dicetur diffinitiua, non autẽ interlocutoria. & ita tenet Io.And.in c.auaritię.de ele.lib.6.& Gemi.in c.si.de ele. lib.6. Interlocutoriam aũt noĩabimus,qñ ɔ̃dictore non apparente expeditur confirmatio,cum tunc non fiat cum magna causæ cognitione.Modo in lr̃a nr̃a non apparet, ꝙ in confirmatione ɔ̃dictor venerit:ergo præsumet̃ interlocutoria.Et hoc sentit Io. An.in d. c.auaritię.& Imo.& Pan.hic,& ex alio apparet ex tex.nr̃o: nam non est verisimile, ꝙ pars voluerit se onerare superfluo onere probandi causam, & exprimendi in appellatione si confirmatio illa ꝓcessit in forma diffinitiuę. ex quo ergo appellat expressa cã,& protestatur de alijs exprimẽdis,certe innuit tex.ꝙ illa cõfirmatio hẽbit vim interlocutorię, alias frustra exprimeret iste cãm,& de alia exprimenda protestaret̃, qa in appl̃one a diffinitiua non requirit̃ expressio cãæ,l.scio. ff.eo.nam põt iustificari appl̃o a diffinitiua ex noua cã, & nouiter deducendis, l. Titianus.ff.quod cum eo.l.per hãc. C.de temp.ap.c.cum Ioannes. de fi.instru.ergo bene apparet ex tex. ꝙ hic confirmatio erat interlocutoria lata.Tertiã solutionẽ dat gl.nr̃a,ꝙ ex quo in expressione causæ apparet istum calumniari,non mirum si eius appl̃o excluditur, nec admittitur cl̃a generalis,ẽt in appl̃one a diffinitiua vbi nõ requirit̃ expressio cãę: quia ex quo vna expressa apparet, ꝙ calumniet̃ præsumptus eũ calumniaturũ in tota appl̃one,non mirũ si indifferenter appl̃o reijcitur,siue appellatũ sit a diffinitiua,siue ab interlocutoria ꝑ præsumptã calumniã. & facit text. iũcta gl.in c.si forte.de ele.li.6. facit rõ c.2.de do. & ɔ̃t.li.6. & cle. si añ.de do.& ɔ̃t.faciunt notata in c.sedes.§.de resc.vbi cl̃a gñalis declarat̃ ꝑ spẽm p̃cedentẽ. ita hic cã specifice exp̃ssa est calũniosa, præsumet ergo & gñalis cl̃a ad calumniã apponi: & sic habetis hic casum,ꝙ appl̃o a diffinitiua vitiatur ꝑ expressionẽ causę
22 irrõnabilis,nec saluat̃ protestatione de alijs exprimendis. †Glo. in verbo,exceptionis.in fi.tria ɔ̃ria formant̃ in gl.primum, ꝙ ista exceptio dẽat admitti ante adeptã possessionẽ,qa in viam actionis post adeptam possessionem ille audiret. s. accusando vel denunciando.ergo dẽbit admitti in viã exceptionis per iura allegata in gl. Sol.ɔ̃rium procedit, vbi est eadem rõ, sed hic est diuersa rõ,ꝙ agat post adeptã possessionem,& tñ exceptio non admittatur ante adeptã;nã ante adeptã præsumptio est calumnię, q̃ cessat post adeptã. vel aliter ſm Inn.& Ioã.An.exceptio est actionis exclusio,l.j.ff.de exce.hic confirmatus nihil expectabat iuris,nõ mirum si exceptio, q̃ tendit ad excludẽdũ intentionẽ agentis,& fundatur super iure,nõ impedit executionẽ facti, quã iste petebat,ex quo non est exclusiua eius qđ petit̃: nã exceptio criminis tẽdit,vt ius elidat,qđ quis hẽt in beneficio: actio autẽ siue petitio confirmati tendit ad quid facti peten.s.possessionem.ecc̃e, ꝙ non proportionant̃ inuicẽ,petitio cõfirmati, & exceptio aduersarij.non mirũ,si vna non impedit̃ per aliã:& sic cessat ɔ̃rium. Secundũ est ɔ̃rium de c.tantis Daniel.81.dist.de c.ops̃.j.de accu.vbi pendente accusatione quis non dẽt honorari:ergo multo magis per exceptionẽ repelli.So.illa iura loquunt̃, qñ accusatio erat cœpta ante electionẽ & confirmationẽ,& sic ante adeptionẽ iuris: quo casu bñ verũ est,ꝙ pendens accusatio criminis acquisitionẽ noui iuris impedit.Nos loq̃mur,qñ iã erat cõfirmatus, & sic ius est quæsitum, post superuenit exceptio criminis. vnde ius quæsitum non ita de facili impeditur, sicut quærendum:ergo, &c. Tertiũ est ɔ̃rium de c.super his.j.de accu.circa fi.vbi accusatio criminis bene opponit̃ confirmato. Sol.ibi confirmatus aliquid iure petebat:nõ mirum,si exceptio criminis,quæ ius respicit,illud ius impedit:petebat.n.ibi cõfirmatus ordinari vel consecrari:sed in casu nr̃o nihil iuris petit ɔ̃firmatus, sed consecutiuã executionem facti:ideo per exceptionẽ nõ impedit exẽpliũ gl. Est & quartum ɔ̃rium de c.accedens.j.de accus. vbi agenti possessorio ad beneficiũ bñ obstat exceptio criminis, de quo quis est infamatus. So.ille tex.procedit, qñ excipitur de crimine, cũ quo concurrit infamia:qa tunc admittit̃ exceptio.& si probatum fuerit crimẽ, excludit̃ iste a petitione sua: si autẽ non fuerit probatum ꝑ infamiã præcedentẽ,inducit̃ purgatio.tex.nr̃ loquit̃,qñ cũ crimine opposito nõ currebat infamia. & intelligite, qa hic iste volebat opponere crimẽ falsi.Quintũ est ɔ̃rium de l.3.§.ibidem. ff.ad exhi.in l.fi.C.de edic. diui Adri. tol.de his q̃ hñr in ca. pastoralis.§. de cã pos.& ꝓprie.ꝑ gl.no.in c.j.§. de resti.spo.vbi agẽti interdicto adipiscen.obstat exceptio defectus ꝓprietatis, de qua hodie ɔ̃stat,hodie agatur,l.si is a quo.ff.vt in pos.leg. So.dicite,ꝙ illa exceptio non erat hmõi,qa nõ ipso iure erat priuatus iste ꝑ delictũ oppositum iure q̃sito ex ɔ̃firmatione:& sic priuan. dũmodo nõ sit illa quasi ꝓprietate & in beneficialib. licet q̃s sit priuatus ipso iure,nõ impeditur volens adipisci possessionẽ suã.bonus est tex.& ibi Inn.& alij in c.post electionẽ.j.de cõcess.præb. Stat ergo conclo,ꝙ in casu nr̃o exceptio nõ hẽt impedire effectum ɔ̃fir-
23 mationis,& sic adeptionẽ possessionis.† Limitabitis hãc ɔ̃clonẽ non procedere,qñ accusatio criminis, vel exceptio esset opposita ante confirmationẽ,licẽt facta post ea fuerit ɔ̃firmatio,non tñ admittit̃ volens agere interdicto adipiscen.possessionis, imo impedit̃ per exceptionẽ criminis,c.tantis Daniel.& c.ops̃.§.allega-
24 tis.†Limitabitis secundo non procedere, qñ confirmatus aliq̃d noui iuris peteret,puta peteret ordinari ad ordines bñficio debitos ante possessionẽ adeptã:vel etiã peteret cõsecrari in ep̃m: nã
25 tunc obstat exceptio criminis,d.c.super his. † Limitabitis tertio non procedere,qñ opponeret exceptio criminis, sup̃ quo publica esset infamia:nam tunc admittit̃ exceptio ante adeptã posses-
26 sionẽ,& proceditur vt dictum est ſm formã d.c.accedẽs.†Limitabitis quarto non procedere,vbi opponẽt exceptio criminis, per quod inducitur priuatio ipso iure,& illud esset notoriũ: vel offerret incontinenti probatio, d.l.si is a quo. qa tunc admitteret ta-
27 lis exceptio,d.l.3.§.ibidem.& hr̃ in d.c.post electionẽ.†Limitabitis quinto, vbicunq; opponeret̃ exceptio defectus proprietatis ẽt aliunde proueniens q̃ ex crimine:qa tunc obstat agenti interdicto adipiscendę,& impeditur petẽs possessionẽ beneficij.glo. est in d.c.j.de resti.spo.no.Bar.in l.nãliter.§.nihil cõe. in 2.col. & ibi Lud.& alij,ff.de acqui.pos.habetur in d.l.fi.C.de edi.di.Adri. tol.in l.fi.C.quorum bon.puta opponitur, ꝙ beneficium est per surreptionem obtentum,vel electionem esse nullam.

SVMMARIVM.

1 *Appellare licitum est a loco non tuto.& nu.2.3.5.7.& 9.*
4 *Locus tutus quis dicatur.*
6 *Exceptio suspitionis aduersus iudicem & aduersus locum non tutum, quid differant?*
8 *Iudex potest excludere appellationem super eo, in quo grauauit partem.*
10 *Iudex debet certiorari de grauamine ab interlocutoria, ante quam appellet.*
11 *Exceptionem probare necesse est. Et quid ita.*
12 *Iudex ad hoc vt impediatur, vel iniquitas detegatur, debet detegi vel exceptione vel appellatione.*
13 *Citatus ad locum pestilentem aut intemperatum,non tenetur comparere.*
14 *Saluusconductus quando faciat locum tutum,& quando non?*

CAP. XLVII.

1 Ex parte tua. †Appellari põt, si locus, ad quẽ citatur, nõ est tutus partib. etiã si appl̃o in rescripto sit remota.h.d.† Nota primo ex
2 tex.vnum casum ɔ̃ cl̃am,appl̃one remota. quòd admittitur appl̃o,vbi quis citatur ad locum non tutũ, dato quod in
3 rescripto dictum fuerit,appl̃one remota. No.scđo ex tex.ibi,se-
a cure.ꝙ locus,ad quem partes citantur,debet esse securus.[a] Et intelligitur securus,tum quia non habeat ibi inimicos capitales, c.siue

ADDITIO.

a ¶Debet esse securus. Adde quæ posui in c. cum parati.§.eo. in apostil. ad istum in verbo,continere. Et promittens facere securum,ad quid sit securitas, vide do.Iaso.in l.j.ff.qui satisda.cog.

velle reſtituere, vel quod reſtituantur: & faciunt q̃ habẽtur in c.
quanq̃.de vſu.li.6.Et in l.eũ pro quo.per Bal. per illũ tex.ff.de in
ius voc.hæc procedunt in vera cõfeſſione: ficta aũt confeſſio nõ
pręiudicat hęredi, nec alteri tertio multo magis.ita Bar.in l.eius
qui delatorẽ.per illũ tex.ff.de iure fiſci. Panor.in c.per inq̃ſitio-
nẽ. ſ.de elec. Imo.in c.fi. quicquid ibi dicat Panor.ſ.de iura.cal.
nec ẽt præiudicabit ficta cõfeſſio in alio iudicio. tex.eſt in l.2.§.j.
de iu.iſ.quẽ ad hoc ponderat Bar.in d.l.eius.licèt ſecus ſit in ve-
ra confeſſione.ita Io.An.in d.cap.per inquiſitionem. poſt Inno.
22 ¶† Sed quid de confeſſione procura.an confeſſio eius præiudica
bit circa appellationẽ dño? & concludit hic do.Anto.ꝙ nõ, licèt
factum procu.p̃iudicet dño, per ea quę notantur in c.j.ſ.vt li.nõ
conteſt.in l.j.§.ſi procura.ff.ſi quis ius di.non obtem.tñ cũ renũ-
ciare appellationi non poſſit procurator ſine mãdato ſpeciali, ꝑ
ea quæ habentur per Bal.in l.fi. §.fi.C.de tempo.app. Diſtinguit
tñ Bal.in c.ex parte decani. ſ.de reſcrip.ita per indirectũ cõfiten
do nõ poterit præiudicare dño in appellatione, licèt in ↄrium fa
ciunt quæ no.Bal.in d.c.ex parte decani. & quæ habentur in l.ſi
fideiuſſor.§.quædã.ff.mandati. In ficta aũt cõfeſſione procurato.
clarum eſt, ꝙ illa nõ nocet dño. Ita Io.An.& Panor.in d.c.per in-
23 quiſitionẽ.† Glo.in verbo, corã ſuperiore.in fi.habetis ex glo.an
in cauſa appellationis proſequẽdæ debeat citari iudex a quo. Et
dicite ꝙ tex. habetis magiſtralẽ theoricã facientẽ in c.venerabi-
libus.in prin.& §.j.de ſent.excõ.lib.6. quia aut iudex proceſſit ex
officio:& tunc debet citari ipſe iudex: aliàs nõ valebunt acta. aut
proceſſit ad inſtantiã partis: & tunc aut appellans inſtat ẽt vt iu-
dex puniatur, & tunc reſpectu cauſæ, q̃ ↄ iudicẽ dirigitẽ vt punia-
tur, debet iudex citari: aut vero appellans inſtat ſolũ ſuper appel
latione, & iudex a quo nõ eſt citandus, ex quo proceſſit in cauſa
ad inſtantiã alterius, bene poterit ſi volet aſſiſtere cauſæ appella
tionis, & inſtruere appellatũ, & defendere ſuũ proceſſum, ꝑ ea
quæ notat Inn.in c.de cætero.ſ.de trãſ.hr̃ in c.dilectus.el primo,
& el ſecondo.ſ.de reſcr. & ita cõiter Doct.hic, & in d.c.venera-
24 bilibus.¶† Glo.in verbo, defecerit.in fi.an præſumatur pro pro-
ceſſu iudicis vel ne, hr̃ in c.qm̃ ↄ.in c.cum in iure peritus.ꝑ Inn.
maxime, ſ.de offi.deleg.in c.cũ Bertoldus.per Inn.& alios: & in
c.cũ inter.per Io.An.Hoſt.& Imo.ſ.de re iu. abunde per Alber.
in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. per Cyn. Bal.
25 & Albe.in l.emancipatus.& in l.ſicut.C.de fide inſtr. ¶† Glo.in
verbo, has conſtitutiones. in fi.no. perpetuo iſtã glo. ꝙ forma c.
ſacro.non habet locũ inter regulares: quia ipſi poſſint excõica-
re illa forma omiſſa, ſuos regulares:& licet alij tranſeant, Panor.
hoc intelligit verũ, ſi ꝑ regulares cõſtitutiones appareat aliquã
formã dari excõicationi, q̃a tũc ea eſt obſeruanda, cũ videantur
recedere a forma cap.ſacro. & pro glo.faciunt not.in c.j.de ſen.
exc.lib.6.tñ Inn.hic intellexit tex.noſtrũ loqui de conſtitutione
iſta tantum, non de decre.ſacro. quod patet ꝑ illa verba demon-
ſtratiua, has duas:& ſunt duæ cõſtitutiones in hac decre. vna cir
ca recuſationẽ vſq; ad verſ.porro. Alia circa appellationẽ, a verſ.
porro.

ADDITIO.

a ¶ Sed pro complemento. Adde Alex.in conſ.18.incip. Conſideratis verbis.in 3.
vol.fol.22. Et an confeſſio facta per teſtatorem, quod ipſe ſoluit, quod promi-
ſerat, an faciat fidem. vide Pau. de Caſt. in conſi.388. in j.parte conſiliorum.
verſi.ſuper nouo, quo quæritur.

porro. vsq; ad versi.cæterũ. Et sit sensus, ꝙ regulares nõ possunt
recusare suos superiores, nec ab eis appellare, si ẜm regularẽ ob-
seruantiã distinguãtur: vel vt dixi in tex.ẜm Host. si iudicialiter
superiore procedente modum non excesserint, nõ possunt nec
eum recusare, nec appellare. faciunt quę vidimus in c.ad nostrã.
s̃.co. Et ille intellectus Inno. est magis consonus literæ.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus per suam confessionem potest parti præiudicare in exceptionibus dilatorijs.*
2 *Clientulus potest stante errore aduocati confessionem eius reuocare. & nu. 9.*
3 *Litis cõtestatio potest ex confessione aduocati induci, si a parte nõ reuocetur.*
4 *Litis contestatio inducitur, si peremptoria opponatur.*
5 *Appellatio ab interlocutoria permittitur, quamuis iudex grauandi propositum non habeat.*
6 *Aduocati confessionem potest pars per procuratorem reuocare.*
7 *Subdelegatus a delegato etiam principis non potest alteri subdelegare. & num. 12. & 13.*
8 *Cardinalis cum sit delegatus, delegare poterit, & suus delegatus alteri subdelegare.*
10 *Aduocatus non debet litem contestari, nec exceptionem peremptoriam attingere, donec dilatoriæ sint expeditæ.*
11 *Reuocatio fieri an necessario debeat.*
14 *Delegatus ab inferiore a principe non potest subdelegare.*
15 *Ordinarius an possit subdelegare alteri cum clausula, vt ille possit subdelegare.*
16 *Delegatus principis vtrum poterit subdelegando dare potestatem subdelegandi alteri.*
17 *Delegatus inferioris a principe, vel subdelegatus delegati principis, an possit vnum articulum causa subdelegare, licèt non totam causam.*
18 *Iudex tabellioni potest remittere receptionem testium nudi facti.*
19 *Tabellio, cui est delegata examinatio testium nudi facti, an poterit alteri committere.*
20 *Legatus an possit subdelegare.*
21 *Subdelegandi potestas an possit per consuetudinem dari non habenti.*
22 *Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.*
23 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, quis dicatur. & nu. 24.*
25 *Appellatio a diffinitiua non requirit causæ expreßionem.*

C A P. LXII.

CVm causam. Hoc dicit ẜm Io. An. Si iudex
cõfessionẽ aduocati eadem die
reuocatã pro li. contest. habere vult, vel processum
habitũ a subdelegato subdelegati ratum habere, ab
eo ẽ legitime appellatur. h. d. ¶ Diuiditur in duas. In prima facti
1 narratio. In secunda prouisio: ibi, mandamus quatenus. ¶ †No.
primo ex tex. ibi, sunt delationes dilatoriæ proponendæ. ꝙ aduo
catus ꝑ suã cõfessionẽ põt præiudicare in exceptionibus dilato-
rijs ipsi parti, si pars ex quo sciuit cõfessionẽ, eam nõ reuocauit.
Et faciunt quę habentur in l. sed si susceperit. ff. de iudi. in c. inter
monasteriũ. s̃. ti. proxi. qualitercunque. n. in principali procedat̃,
vr̃ renunciatũ dilatorijs, vt ibi. & aduocatus licet nõ efficiat̃ vnq̃
dñs litis, ꝑ ea q̃ habentur in l. j. §. j. ff. de postu. in l. quisquis. C. de
postul. tñ sua cõfessio p̃iudicat parti pñti, l. j. C. de erro. aduo. vel
ẽt absenti, si ex quo sciuit nõ reuocauit, l. 2. & fi. C. de erro. aduo.
& hoc tex. & dicã in gl. ideo nõ mirũ, si per confessionẽ aduoca-
ti p̃iudicatur clientulo in dilatorijs, cũ possit p̃iudicari ẽt in perẽ
2 ptorijs. ¶ †No. tex. ibi, reuocauit. ꝙ stante errore cõfessionis ad-
uocati põt clientulus eius cõfessionẽ reuocare. & ponit pulchre
Bal. in c. fi. s̃. de confes. & licet tex. exprimat confessionẽ fuisse er
roneam, tñ signanter habetis ex tex. ꝙ in ipso actu reuocationis
nõ tenetur clientulus exprimere, ꝙ ꝑꝑ errorẽ reuocet. Et sic ha-
betis esse differẽtiã inter reuocationẽ confessionis aduocati, &
reuocationẽ propriæ confessionis vel procuratoris: quia in reuo
canda confessione aduocati non est necesse exprimere, ꝙ ꝑꝑ er
rorẽ reuocetur: multominus nec erit necesse probare errorem.
secus est circa reuocandã propriã vel procuratoris, casu quo ꝓ-
curator possit p̃iudicare: quia tũc requiritur, ꝙ exprimatur ꝙ ꝑꝑ
errorẽ fit reuocatio, l. error. C. de iur. & fac. igno. & ibi no. ca. fi.
& ibi no. s̃. de confes. l. non vr̃. ff. de confes. & ẽt necesse est qñq;
3 probare errorẽ in dictis iuribus. ¶ †No. ex tex. ibi, litẽ cõtestatã.
ꝙ ex confessione aduocati potest li. conte. induci, si a parte non
reuocetur, & si talis cõfessio respiciat principale negociũ, vt hic.
& faciunt not. in c. vnico. s̃. de li. contest. in c. cum ad sedem. s̃. de
4 testi. spo. ¶ †No. ex tex. ibidem, li. conte. iunctis præcedẽtibus, ꝙ
licèt per exceptionẽ peremproriã oppositã nõ inducatur litis cõ
testatio, c. fi. de li. contest. li. 6. tñ si peremptoria opponatur, & su-
per ea testes recipiãtur vt hic: vel offeratur probatio perempto-
rię, inducitur litis cõtestatio. Ita Bal. hic, qui dicit hoc esse singu-
lare: & potest esse ratio, quia offerendo probationẽ, vel testes fa-
ciendo examinari, cum ista nonpossint fieri nisi lite contestata,
vt valeant, toto titulo s̃. vt lite non contestata. & pars in dubio
non vr̃ eligere viam ad impugnanda sua iudicia, l. 3. ff. de testam
mili. ideo ꝑ hos actus sequentes vr̃ pars declarare rñsionẽ, ꝙ d
obiecit peremptoriam, fecit animo litẽ contestandi. Gl. tñ in d
ca. fi. dat alium intellectũ ad hunc tex. ꝙ hic ideo ꝑ oppositionẽ
peremptorię inducatur li. conte. quia pars non simpliciter oppo
suit exceptionẽ, sed attigit negociũ principale, negando narrata
prout narrant̃, & petita fieri non debere, deinde peremptoriam
subijcere. Per quę verba clarum est induci li. conte. imo est quo-
tidiana practica d. c. vnico. & ibi notatur: & iste intellectus cõ-
5 ter hic approbat̃, licet sit diuinatiuus. ¶ †No. ex tex. ibi, fore cre-
dentes. ꝙ licet iudex non habet propositũ grauãdi, qa somniat
se iuste agere, tñ ꝑmissa est appellatio ẽt ab interlocutoria: & sic
habetis hic casum, ꝙ ab interlocutoria appellatur, ẽt si ex propo
sito iudex nõ grauet, sed re ipsa iniustitiã faciat, dũ tñ ex produ-
ctis corã eo de iniustitia appareat, cle. appellãti. eo. ti. Et sic ideo
opi. iudicis appellationẽ nõ excludit, quia in iure errabat. ita Pa-
nor. hic, credendo per cõfessionẽ erroneã aduocati & reuocatã
6 litis contestationẽ esse. ¶ †No. ex tex. ibi, ꝑ procur. ipsorum, ꝙ
pars cõfessionẽ aduocati non solũ põt reuocare per seipsam, sed
ẽt per procura. & sic habetis hic esse casum, ꝙ aduocatus nullo
pacto sit dñs litis, nec instantiæ: nec parẽ potestatem habet in cã
sicut procurator: nam si haberetur pro procuratore, nõ possent
gesta ꝑ eum, per alium procuratorẽ reuocari ad litẽ gñaliter da-
7 tũ, vt patet hic, l. si hominẽ. ff. man. ¶ †No. ex tex. ibi, delegatorũ
suorum approbauit. ꝙ subdelegatus a delegato ẽt principis non
põt alteri subdelegare. facit tex. in c. suꝑ qõnũ. §. si vero. s̃. de offi.
dele. imo plus vult hic tex. ꝙ ẽt nõ possit ratũ habere processum
gestũ a subdelegato subdelegati ipse delegatus primus. Et sic ha
betis bonũ tex. ꝙ in iurisdictionalibus ratihabitio non iustificat
ꝓcessum nullũ ex defectu iurisdictionis. Et voluit Inn. in c. pru-
dentiã. in prin. s̃. de offi. dele. hr̃ in l. licet. ff. de iudi. Et p̃cipue est
signandus iste tex. cũ loquatur in Cardinali delegato, qa ex hoc
habetis, ꝙ licèt Cardinales, qñ mittuntur, videãtur in dubio sem
per esse legati de latere, c. j. de off. leg. li. 6. & habeant iurisdictio-
nẽ ordinariã, c. 2. de offi. leg. lib. 6. tanq̃ legati: tñ si cõmittatur eis
particularis cã, in ea nõ cẽsentur ordinarij, sed potius delegati. &
ita est tex. hic. & potest esse rõ, vel quia illa cõmissio fiebat in cu
ria, & tunc nõ fiebat tanq̃ legato, cũ in curia nõ sint legati: vel ẽt
posito ꝙ fieret extra curiã, ideo cẽsentur delegati, quia particula
riter illa causa est eis cõmissa, & sic non funguntur iurisdictione
vniuersali sicut legati: & faciunt q̃ dicã in gl. in verbo, delegatus.
in fi. imo fortius probat iste tex. vnũ no. ꝙ licet legatus de latere
cum æquiparetur proconsuli, d. c. 2. de offi. lega. li. 6. & proconsul
possit delegare alteri, l. cõstituendo legatũ, l. legatus. & toto ti. ff.
de offi. procon. Ita põt Cardi. delegare alteri: & sic legatus ꝓcõ-
sulis põt alteri delegare. Et sic licèt legatus sit delegatus inferio-
8 ris a principe, tñ subdelegat, l. cum prætor. §. j. ff. de iudi. †Glo. est
in d. l. legatus. hr̃ in l. more. & in l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. Ita
Cardi. cum sit legatus, delegare poterit, & suus delegatus alteri
subdelegare ad instar proconsulũ, ar. d. c. 2. & ita Panor. in c. cum
Bertoldus. s̃. ti. proxi. tñ hoc non procedit in particulari cã Cardi
nali cõmissa, quia ex quo eam non habet vt legatus, licet possit
tanq̃ delegatus principis subdelegare ipsam causam, tamẽ suus
subdelegatus nõ poterit alteri subdelegare: quia hoc non habet
Cardinalis vt legatus. ita tex. hic. ¶ Vltimo no. delegatũ ab infe-
riore a principe non posse subdelegare, delegatum aũt a princi-
9 pe sic, l. a iudice. C. de iudi. ¶ Glo. in verbo, eadẽ die. in fi. quia gl.
attingit duo, vnũ tacitè, aliud expresse: vnũ, an cliẽtulus possit re-
uocare cõfessionẽ aduocati, secundũ qñ. Circa primum dicite la
tius, aut fit cõfessio cliẽtulo pñte & non ꝯdicente, & tunc nõ põt
eam reuocare, l. j. C. de erro. aduo. nisi sicut confessionẽ ꝓpriã, &
sic prætextu erroris, l. error. C. de iur. & fac. igno. c. olim. j. de cẽsi.
& d. c. fi. s̃. de cõfes. Aut cõfitetur clientulo p̃sente & ꝯdicẽte: &
tunc nihil operat̃ cõfessio: ergo de reuocatione nõ est tractãdũ,
d. l. j. Aut fit clientulo absente cõfessio: & tunc aut q̃ primũ sci-
uit, fecit actũ, per quẽ vr̃ consensisse cõfessioni, puta in casu no-
stro confessio aduocati nõ erat erronea, qa nõ vera: sed erronea,
qa nõ tẽpore debito: cõfitebat̃. n. suꝑ peremptoria exceptione,
& ad li. contest. inducendã, cũ tp̃s induciarũ ad dilatorias oppo-
10 nẽdas esset petitũ. †Et ideo errabat aduocatus, qa nõ debebat li-
tẽ contestari, nec exceptionẽ peremptoriã attingere, donec dila
toriæ nõ essent expeditæ: & isto casu si cliẽtulus, postq̃ sciuit cõ
fessionẽ aduocati, processit ad aliquẽ actũ, q̃ solet geri post li. cõ-
te. vr̃ tacite confirmare cõfessionem aduocati: & ideo reuocare
amodo non poterit. faciunt not. in c. si. de iureiu. lib. 6. aut postq̃
11 sciuit, ꝯdixit: & tũc valet reuocatio vt hic. ¶ †Circa secundũ, qñ
debeat reuocatio fieri: aut quærimus de reuocatione fiẽda, vt de
confes-

confeſſione aduocati, & ſic nõ aliter docto de errore tacito nec
expreſſo, vt dixi in tex. & tũc vſq; ad triduũ reuocare poterit, d.
l.fi. dũmodo per aliquẽ actũ præiudicialẽ nõ videat conſenſiſſe:
& ideo in caſu noſtro dr̃ eadẽ die reuocandũ eſſe, nec proceden
dũ in cauſa ad aliquẽ actũ, qui ſolet geri poſt li.conte. puta ꝓdu-
cẽdos teſtes, ꝓut hic videbat̃ cõfeſſionẽ aduocati cõfirmare. Ita
glo. hic nota, quæ cõiter approbatur: aut vult cõfeſſionẽ reuoca-
re, nõ vt aduocati cõfeſſionẽ, ſed ẽt vt ꝓpriã, ſ. q̃a vult dicere de
errore: & tũc põt perpetuo eã reprobare vel reuocare docendo
de errore. gl. eſt 35.q.9.c.loci. verſi.his ita. quam ita intelligũt hic
Panor. & Imo. ẽt in cã appellationis, l.fi.C.de erro.aduoc. hr̃ in
12 l.creditor.§.iuſſus.ff.eo.¶†Glo.in ver.delegatus, in fi.habetis pri
mo ex gl. quod dixi in vltimo not.tex. & eſt ratio, quare delega-
tus a principe poſſit ſubdelegare, & nõ alij delegati inferiorum
in priuilegiũ ipſorũ delegatorũ principis: nã maiores ſunt quo-
cunq; ordinario in illa cã, c.ſtuduiſti.s̃.de offi.legati. Cũ ergo eis
cõpetat ex priuilegio, & priuilegia non ſunt extẽdenda, regula,
quæ a iure. de reg.iur.lib.6.l.quod vero ↄ̃.ff.de legibus. Ideo non
extenditur ad delegatos inferiorũ hoc priuilegium: & ꝑ hoc ha
betis inferre rõnẽ ad tex. noſtrũ, quare ſubdelegatus delegati a
principe minime habet ipſe ſubdelegare: quia ex quo delegato
principis eſt conceſſum hoc ex priuilegio, non egreditur perſo-
nã, & ſic vt tranſeant in delegatũ principis, l.ius ſingulare. ff.de
legibus.§.quod principi. Inſtitu.de iure naturali gen. & ciuil. &
hanc rõnem ſentit glo.noſtra: imo plus vult glo. ꝙ ẽt poſt litem
conteſtatã non poſſit ſubdelegatus delegati a principe ſubdele-
gare: q̃a in iudice nõ conſiderat̃ an lis ſit cõteſtata vel ne quo ad
appropriandũ ſibi iuriſdictionẽ, qñ eſt delegatus, l.iudiciũ ſolui-
tur.ff.de iudi.licèt ſecus ſit in procuratore, l.neque.C.de procur.
13 & hr̃ in c.non iniuſte.s̃.de procurato.† Ideo ſicut nõ poteſt ante
litem conteſtatam ſubdelegare, ita nec poſt: & cum gl.trãſeunt
14 oẽs.¶†Habetis ẽt ex gl.intellectũ ad cap.cum Bertoldus.s̃. de re
iud.ꝙ licèt ibi delegatus inferioris a principe ſubdelegaret, non
tñ per hoc iſte tex.permittit, ꝙ delegatus ab inferiore a principe
poſſit ſubdelegare: quia eſſet ↄ̃ tex.noſtrũ, & d.l.a iudice. ↄ̃ cap.
paſtoralis.in prin.& c.ſuper quæſtionũ. in prin.maxime per lo-
cũ a ſpeciali.s̃.de offi.deleg. ſed intelligitur ille tex. narrare facti
accidẽtiã, ſuper qua Papa ibi de hoc nihil decidit: ideo ſtabimus
iuribus expreſſis, quæ ↄ̃riũ diſponunt, ſ.tenendo ꝙ ibi potius de
15 facto ſubdelegauit, q̃ de iure, nec tenuit ſubdelegatio.¶†Sed cir
ca hanc partem glo.pro cõplemẽto quæro primo, nunquid ordi
narius poſſit ſubdelegare alteri cũ clauſula, vt ille poſſit ſubdele
gare. & vr̃ dicendũ ꝙ nõ, ex quo ſubdelegatio eſt conceſſa in pri
uilegiũ principis & delegatorũ ſuorũ, ut dixi: & ita tenet Archi.
in c.quamuis.eo.tit.lib.6.& Cy.in d.l.a iudice. In ↄ̃riũ eſt gl.in c.
is cui.de offi.dele.lib.6. vbi gl.firmat, ꝙ ordinarius poſſit hoc fa-
cere. & tenet Ro.deciſ.368. quæ incipit, Itẽ ſi eps. & tenet Spec.
in tit.de iudice dele. §.2.verſi. ſed nunquid. tenet Bar. in d.l.mo-
re.& cõiter oẽs in d.l.a iudice.mouetur per tex.in l.vnũ ex fami-
lia.§.ſi de Falcidia. ff.de leg.2.& tex.ẽſt in terminis arguendo de
arbitro ad iudicẽ, in l.non diſtinguemus. §.quæſitũ.ff.de arbi.&
tenent cõiter Canoniſtæ hic, & in d.c.cum Bertoldus. & in d.c.
is cui. Nec obſtat arg.ↄ̃rium, ꝙ delegatus inferioris non põt ſub-
delegare: quia illo caſu ſubdelegando non faciet vt delegatus,
ſed vt pica & organũ ipſius ordinarij: & ipſe ſubſtitutus dicetur
ſubdelegatus ordinarij, nõ ſubdelegati ab ordinario. Et ideo An
ge. in d.l.more. dicit ꝙ ſi ordinarius vellet delegare cum hoc, ꝙ
delegatus poſſet nomine ſuo facere ſubdelegatũ, hoc non poſ-
16 ſet. Et ita ſaluatur opinio Archi. & Cy. ¶†Secundo quæro, an li-
cèt ſubdelegatus delegati principis non poſſit ſubdelegare, vt
hoc tex.& c.ſuper qõnum. §.ſi vero.s̃.de offi.dele. imo ſi occur-
reret in eadẽ perſona, ꝙ eſſet pro parte delegatus principis pro
parte ſubdelegatus, non poſſet ſubdelegare, vt eſt tex.not.in d.§.
ſi vero. vtrum poterit delegatus principis ſubdelegando dare po
teſtatẽ ſubdelegandi alteri? & glo.eſt in c.ſuper qõnum.§.porro.
verſi.transfert.s̃.de offi.dele. quod nõ.& ita tenet Archi. in d.ca.
quamuis.& Io.An.in d.c.is cui. Panor. tñ in d.c.cum Bertoldus.
ita diſtinguit: aut ſubdelegatus ſubdelegauit in totũ vices ſuas
nil ſibi reſeruato: & tunc non poſſit ſubdelegare cum poteſtate
ſubdelegandi: nam ex quo ſubdelegando in totum abdicauit a
ſe iuriſdictionẽ, d.§.porro.non poſſumus dicere, ꝙ ſi iſte ſubdele
gatus deueniat ad actũ ſubdelegandi ex poteſtate ſibi permiſſa
ã ſubdelegãte, videatur ipſe delegatus ſubdelegans iſtã ſecundã
ſubdelegationẽ facere: quia non remanſit iudex, & ſic nõ habet
locũ fundamentũ, per quod mouetur Bar.in d.l.more. & glo. &
Doct.in d.c.is cui. ad concludendũ ꝙ ordinarius inferior a prin-
cipe poſſit delegare cũ poteſtate ſubdelegandi, ut dixi in præce-
denti qõne. Aut delegatus principis ſubdelegauit nõ in totũ vi-
ces ſuas, ſed aliquo ſibi reſeruato: & tunc ex quo remãſit iudex,
ſi ſubdelegatus ſubdelegauerit ex poteſtate ſibi ꝑmiſſa, & ſub-
delegante, valebit ſubdelegatio: quia illo caſu militat fundamen
tũ, vt delegatus ſubdelegans videatur per miniſteriũ & organũ
ſubdelegati alteri ſubdelegare, ſicut dixi in præcedenti qõne de
ordinario: tñ in ↄ̃rium faciunt quæ notat Spec.in tit.de lega.§.2.
verſi.ſed nunquid delegatus. nã inter cætera propterea prohibe
tur ſubdelegatus ſubdelegare rõne infinitatẽ euitandi, q̃ rõ indi
ſtincte cõcludit, ſiue ſubdelegatus ſubdelegauit vices ſiue non:
nec eſt bonũ ſimile adductũ de ordinario dãte poteſtatẽ ſubde-
legandi, quia ſubdelegatio in ordinario non prohibetur in ordi
nario rõne infinitatis, ſed reſpectu poteſtatis: q̃a hoc priuilegiũ
eſt ſolũ conceſſum principi, & delegatis ab eo ſubdelegandi, &
conceditur a lege, c.paſtoralis, in prin.& c.ſuper quæſtionum.in
prin.s̃.de offi.dele.& dictũ eſt in tex. ¶†Tertio q̃ro, nunquid de- 17
legatus inferioris a principe, vel ſubdelegatus delegati princi-
pis, & ſic huiuſmodi ꝑſonæ, quæ delegare prohibentur, poſſint
vnũ articulũ cauſæ ſubdelegare, licet nõ totã cãm. Bar.in d.l.mo
re.concludit ꝙ ſic, & in l.ſolet.ff.de iuriſd.om.iudi. Mouetur, q̃a
delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarũ poteſt vnã cauſam ſubdelega
re, vt hic in gl. ergo ita delegatus ad vnã cauſam quaſi ad vniuer
ſitatẽ articulorũ cauſæ illius delegatus poterit ſubdelegare vnũ
articulum. & facit pro eo l.j. §.j.ff.quis & a quo. adducit 2.tex.in
cle.vnica.de offi.dele. tertio pro eo facit tex.in ca.ſuper qõnum.
verſi.nos autẽ. ibi, vel iudex quicunque. s̃.de offi.dele. vbi gñalr̃
dicit tex. ꝙ quicunq; iudex executorẽ ad certũ articulũ delegare
põt. quarto pro eo facit c.cum Bertoldus.s̃.de re iudi. In ↄ̃riũ eſt
cõis ſententia, & in d.c.cũ Bertoldus.& tenet glo.in d.clem.vni-
ca.& ibi per Doct.tenet Ang.in d.l.more.Bal.in d.l.a iudice.Spe
cu.in ti.eo.verſi.ſed nũquid.Ro.in deciſ.ſua 164. quæ incipit, Itẽ
ꝙ delegatus ordinarij. & pro illa opi.eſt tex.hic, qui loquitur de
delegatione articuli, ſ.receptione teſtium.& tex.in l.a iudice.C.
de iudi.ibi, iudicis dandi poteſtatẽ nõ habet.& tñ delegatio arti-
culi, in quo requiritur cauſæ cognitio, faceret iudicem. glo.in d.
clem.vnica.ergo articulũ ſubdelegare nõ poterit. Nõ obſtat pri
mo ꝙ dr̃ de delegato ad vniuerſitatẽ cauſarũ: quia in eo eſt alia
ratio quã hic.ſenſit glo.ſ.quia ordinario cõparatur. & facit gl.in
c ſtatutum.§.inſuper.in ver.moderatas. de reſcrip.li.6. facit gl.in
cle.2.de reſcrip.no. Bar.in l.ſi vni.al̃.incipit, Pomponius.ff.de re
iudi.& Ange.in l.qui procuratorẽ.ff.de procur.& faciunt not.in
c.prudentiã.in prin.maxime per Imo.& Panor.s̃.de offi.dele. &
hoc modo tollitur l.j.§.j.ff.quis & a quo.quia loquitur in delega
to ad vniuerſitatẽ cauſarum. Nõ obſtat tex.in cle.vnica.q̃a imo
facit in ↄ̃rium, ex quo loquitur ſpecialiter in delegato principis,
qui ſicut totã cauſam ſubdelegare poteſt vt hic, & d.l.a iudice.ita
vnũ articulũ.ſecus ergo eſt in delegato inferioris. Nõ obſtat tex.
in c.ſuper quæſtionũ.in prin. quia loquitur de deputando execu
torẽ ad certũ articulum, & ſic de delegatione nudi facti, quã be-
ne poteſt facere delegatus inferioris a principe. ſecus eſt in dele
gatione articuli cũ cognitione, vel aliquali iuriſdictione: quia eã
non poteſt alius delegatus quã principis facere, prout aperit ibi
tex.ſtatim in verſi.ꝙ ſi delegatus. vbi cũ miniſterio ſolum loquit̃
de legato a Papa. Et hoc modo rñdetur ad cap. cũ Bertoldus. ſe-
cundum vnũ intellectũ. vel ad cap.cum Bertoldus, rñdetur vt in
gl.hic, quia de facto ibi fuit ſubdelegatio facta, & nõ fuit oppoſi
18 tum. †Et ſic habetis in hoc articulo diſtinguere, vt patet ex ſo.ↄ̃-
riorum. aut vult delegatus inferioris ſubdelegare articulum, in
quo requiritur cauſæ cognitio, vel aliqualis iuriſdictio, & nõ po
teſt. aut vult ſubdelegare articulũ nudi facti: & hoc poteſt. & fa-
cit gl.in d.cle.vnica. cum alijs præalle. & ideo vr̃, ꝙ iudex poteſt
tabellioni remittere receptionẽ teſtium nudi facti, licèt articu-
lum, an ſint admittendi vel ne, non poſſit. & ita faciunt nota.in
c.præſentium.in prin.de teſti.li.6.facit tex.in generalitate ſui iũ-
cta glo.ibi in c.2.de iudi.lib.6. faciunt not. per Inno.in c.qm̃ ↄ̃. s̃.
de proba.licèt aliter videatur diſtinguere Inno.qui ibi non tene
19 tur, in d.c.cũ Bertoldus.¶†Sed punctus ſtat, nunq̃d iſte miniſter
nudi facti poterit ipſe alteri ſubdelegare hoc miniſteriũ: puta, ta
bellio, cui eſt delegata examinatio teſtiũ nudi facti, an poterit
alteri cõmittere? & quicquid dicat Inn.in d.c.cũ Bertoldus. con-
cludit ibi Io.An.& Imo. ꝙ nõ, q̃a vr̃ electa induſtria perſonæ: er-
go alteri nõ ſubdelegabit, nec examinationem, nec ſcripturam
eius, quia eius fides vr̃ electa ẽt in ſcribendo.& faciunt not.in c.
fi.verſi.cæterũ.s̃.de offi.dele.& ibi Panor. faciunt not.per Bar.in
l.nemo.ff.de duobus re.faciunt not.in l.vnica. §.ne autẽ.C.de ca
du.tollen.in d.c.is cui.de offi.dele. lib.6. ſed pone, auditor Rotæ,
cui eſt cõmiſſa cã audienda & cognoſcenda, fecit remiſſorias ad
partes duobus cũ clauſula, ꝙ ſi nõ omnes, vt teſtes examinarẽt,
iuxta ea quæ habentur in c.conſtitutus.j.de fideiuſ.in auth.apud
eloquen-

eloquentissimū. C.de fi.instru. pone, vnus ex istis examinatori-
bus delegauit vices suas alteri cōsocio: collega processit ad exa-
minationē testiū, opponit receptiones nō valere, qa factæ sunt
ab isto collega, cui alius cōsocius cōmiserat vices suas, quod nō
potuit facere, arg. c. sup quæstionū. §. si vero. s̄. de offi. dele. cōclu
sum fuit per D. de Ro. decis. sua 269. quę incip. Itē si auditor. has
receptiones nō valere. & deducitur ex prædictis qōnibus: nā aut
volumus tenere ꝙ auditor Rotę habeat ordinariā, aut habeat de
legatā, de quo in cle. auditor. de rescrip. Si tenemus, ꝙ auditor ha
bet ordinariā, isti examinatores delegati sunt inferiores a Papa:
ergo subdelegare nō poterūt, vt hoc tex. ergo collega nō potuit
procedere ex subdelegatione facta a consocio, nec potest ēt ille
auditor hunc processum ratificare, qa peccat in iurisdictione, vt
dixi in tex. aut tenemus ꝙ auditor habeat iurisdictionē delega-
tā, & tunc isti examinatores sunt subdelegati delegati principis:
ergo delegare nō poterūt, d. §. si vero. & in tex. hic. nec poterit au
ditor hanc exceptionē ratificare, quia peccat in iurisdictione. &
ita transit Rota. Posset tn̄ Papa illo casu notā habere hanc rece-
ptionē testium, quia licèt dicatur ꝙ processus nullus ex defectu
iurisdictionis nō possit ratificari, vt dixi in tex. tn̄ princeps ipse
posset hunc processum ratificare. Glo. est not. 9. q. 2. ca. 2. & faciūt
not. 3. q. 6. c. hæc quippe. & faciunt quæ habentur in c. ad petitio-
20 nē. j. de accusa. †Quarto quæro, nunquid legatus possit subdele-
gare delegato proconsulis? non est dubiū ꝙ sic, l. legato. ff. de off.
procon. & ibi notatur, l. cū prętor. §. j. ff. de iudi. De legato de late
re ēt nō est dubiū, ex quo æquiparatē proconsuli, c. 2. de offi. dele.
lib. 6. voluit Bal. in d. l. a iudice. & Ange. in d. l. cū prętor. Sed q̄stio
stat, quid in alio legato, q nō sit de latere. Panor. in d. c. cū Bertol
dus. dixit indistincte, ꝙ oēs legati possunt delegare, qa indistin-
cte æquiparantur procōsulibus, d. c. 2. nec loquitur ille tex. solum
21 de legatis de latere. †Vltimo q̄ro, an per consuetudinē possit dari
potestas subdelegādi nō habēti. & dic ꝙ sic, gl. est in l. cū prætor.
§. j. & facit, quia cōsuetudo pōt dare ordinariā, 9. q. 3. c. cōquestus.
in c. cū contingat. s̄. de fo. comp. & lex dat potestatē delegādi, d.
c. pastoralis. in princ. ergo ita consuetudo, q̄ æquiparatur legi, c.
fi. s̄. de consue. l. de quibus. ff. de legibus. In ea. in fi. habetis ex gl.
ꝙ delegatus ad vniuersitatē causarū pōt subdelegare vnam cau-
sam, & gl. cōiter approbatur. faciunt q̄ habentur in l. cū prętor. §.
j. ff. de iudic. & in l. j. §. j. ff. quis & a quo. & q̄ notat Bar. in d. l. mo-
22 re. & in d. l. solēt. †Aliud habes [a] ex glo. ꝙ delegatus ad vniuersita
a tē causarū æquiparatur ordinario. & sunt isti delegati ad vniuer-
sitatē causarum, puta vicarij foranei. ita glo. in d. clem. & si prin-
cipalis. de rescrip. faciunt quæ notantur in c. j. de offi. ord. lib. 6. &
cum glo. concordat ꝙ vult gl. in d. §. insuper. & quod notatur in
23 locis prælle. † Sed qualiter intelligetur q s sit delegatus ad vni-
uersitatem causarum. & dixit Ang. in d. l. solēt. ꝙ ille est delega-
tus ad vniuersitatē causarū, cui vniuersalitas causarū inter aliquā
vniuersalitatē personarū est cōmissa. tn̄ Bal. in d. l. a iudice. aliter
loquitur, quia dicit eū delegatū ad vniuersitatem causarum, cui
sub cōmemoratione certi territorij vniuersitas causarū est com-
24 missa. †Vos latius dicite ungendo ea q̄ notantur per Bar. in d. l.
more. per Canonistas in c. cū ab ecclesiarum. s̄. de offi. ordi. ma-
xime do. Anto. Io. An. & Imo. in cle. 2. de rescrip. & per Bal. in d.
l. a iudice. & Ange. in l. solet. ꝙ qn̄q; a principe datur quis vt or-
dinarius: qn̄q; vt delegatus ad vniuersitatē causarū: qn̄q; vt dele-
gatus ad plures causas & non ad vniuersitatē: qn̄q; ad vnam cau
sam ordinariā. Ad vniuersitatē vr̄ dare princeps in dubio, qn̄ eū
pficit certo territorio, ita vt videatur magis circunscribere & cō
siderare ipsum territoriū, & quæ in eo occurrent, q̄ causas tan-
tum. tex. est in l j. §. cū vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. & in hoc con
cordant oēs. Itē ordinariū vr̄ dare cōmittendo principaliter ter-
ritoriū cū vniuersitate causarū: & in hoc nemo dubitat. & faciūt
not. per Inno. in c. ex literis. j. de iure patro. Itē vr̄ dare ordinariū
cōmittendo vniuersitatē causarū in certo loco vel iurisdictione
in certo loco. ita Bar. in d. l. more. d. An. & Io. An. in d. c. cū ab ec-
clesiarum. Imo. tenet ɔ̄riū, qa licet sub cōmemoratione loci cō-
mittatē vniuersitas causarū, puta in tali loco, non vr̄ principaliter
cōmissa cura loci, sed solū vniuersitas illarum causarū. & locus
vr̄ demonstratiue appositus: ergo non dr̄ ordinarius sed delega-
tus ad vniuersitatem causarum. & ēt pro hac opi. facit quod not.
Ange. in d. l. solent. tn̄ dicit Imo. ꝙ nō esset recedendū a cōi opi.
in iudicādo. delegatū aūt ad vniuersitatē causarū sine dubio dat
princeps, qn̄ vtitur verbo, delego. dū in cōmissione vniuersali-
ter causæ plures cōmittantur, vt quid vniuersum, & inter vniuer
sitatē psonarū. ita Bal. in d. l. a iudice. & Bar. in d. l. more. & ideo
dixit ibi Bal. ꝙ qn̄ princeps cōmitteret territoriū vel iurisdictio-
nē in territorio sub his verbis, Authoritate nostra facias. vel simi
libus, ꝙ vr̄ illo casu dare delegatū & ad vniuersitatē causarū. Nā
oīa nostra facimus &c. c. si apostolicæ. de præb. lib. 6. l. j. versi. oīa
nostra &c. C. de iure vet. enuc. & ideo isto casu non mirū, si vr̄ fa
cere delegatū, c. cū aliquibus. de rescrip. lib. 6. Ad vniuersitatē au
tē patet nō esse delegatū, ex quo territoriū vel vniuersalis iurisdi
ctio in territorio cōmittitur: delegatū aūt ad plures causas vr̄ da-
re princeps, qn̄ plures causas vni cōmittit non vniuersaliter, sed
vel sub singulari enumeratione, vel in genere: puta talē, & talē
cām tibi cōmittimus. vel ēt oēs causas vertentes inter Titium &
Seium tibi cōmittimus. & iste si sub enumeratione causarū est
datus, dicetur delegatus ad plures: si sub generalitate, dicetē dele-
gatus generalis. ita Ang. in d. l. solent. Delegatū aūt ad vnam cau
sam tunc vr̄ dare, cū vnā causam sibi cōmittit: qn̄q; tn̄ vr̄ potius
excitare q̄ delegatū facere, s. qn̄ cōmittit vnā causam vel ēt plu-
res ordinario, q̄ oīno ad eū spectabant: nam tunc in dubio vr̄ po
tius excitare iurisdictionē ordinariā q̄ delegatū facere, c. licet in
corrigēdis. & c. graue. s̄. de off. ordi. sed nunq d delegatus ad vni-
uersitatē causarū sicut potest vnā causam subdelegare, vt hic in
glo. ita poterit totā vniuersalitatē causarū alteri subdelegare. &
dicite ꝙ nō: nā sicut ordinarius nō pōt abdicare a se totā iurisdi-
ctionē nisi de consensu superioris, l. pen. ff. de offi. præ. hr̄ in c. qđ
in dubijs. & in c. admonet. s̄. de renun. ita iste delegatus ex quo
cōparatur ordinario. & ita voluit Imo. in d. c. super qōnū. §. si ve-
25 ro. †Gl. fi. in fi. no. glo. quia ponit differentiam inter appellatio-
nē a diffinitiua interpositā, & appellationē ab interlocutoria: qa
cū appellatur a diffinitiua, nō requiritur causę expressio: nec vnā
arctatur prosequi causam magis q̄ aliā, sed non deductum dedu
cā &c. c. cū Io. s̄. de fi. instr. l. per hanc. C. de tēp. appel. in interlo-
cu. secus est, dixi in c. vt debitus. & an propositis pluribus causis
appellationis, qn̄ ab interlocutoria appellatur, possit, si in vna
prosecuta succubuit, ad aliā reuerti: & an cogatur oēs prosequi
quas expressit, dixi in d. c. vt debitus. & hic ponit Io. An. & alij.

A D D I T I O.

a Aliud habes. Aduerte tamen, ꝙ quamuis delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparetur ordinario quo ad hoc, vt sicut ordinarius potest delegare: ita delegatus ad vniuersitatem causarum, secundum gl. & Doct. in l. a iudice. hic alle. & aliquando etiam ubi concurrit identitas rationis, æquiparetur: tamen regulariter delegatus ad vniuersitatem causarum, non est ordinarius: imo etiā nec censeri debet habere similitudinem cum eo. ita no. d. Ias. in l. more. per illum tex. quem ad hoc ponderat, in 4. col. versi. Et sic ex istis. ff. de iuris. om. iu. Et nunquid sicut regulariter iurisdictio ordinaria non extinguitur re integra morte concedentis, ita sit censendum de iurisdictione delegata. vide omnino per eundem in d. l. more. in 2. col. & seq. vbi facit regulam cum fallen.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia numerata numero, iuramento firmato, nullam dat iurisdictionem aut potestatem executoribus.*
2 *Surreptio gratiæ licèt peremptoria potest ad processum opponi.*
3 *Rescripta ad beneficia & rescripta ad lites, in quo disconueniant.*
4 *Surreptio in rescripto ad beneficia circa exceptionem peremptoriam, vel ius peremptorium, vitiat rescriptum.*
5 *Appellatio post exceptionem obiectam satis iustificatur, si constet ex confessione partis veram esse exceptionem.*
6 *Confessio processum retro nullum iustificat.*
7 *Appellari non potest a grauamine iudiciali de futuro.*
8 *Appellari non potest a negligentia iudicis, sed ad superiorem recurrendū est.*
9 *Sententia conditionalis non ligat pendente conditione.*
10 *Executor beneficialis habet potestatem siue iudiciariam siue executiuam mere, prout elegerit.*
11 *Causa nullitatis incidenter deducta non videtur, quando appellatur a sententia nulla.*
12 *Iudex appellationis non potest de nullitate pronunciare.*
13 *Executor beneficialis, etiam si eligat viam meri executoris, tenetur admittere exceptionem surreptionis, & de nullitate potestatis suæ.*
14 *Appellatio quando nullitatem in se includere dicatur.*
15 *Sententiæ quæ dicantur nullæ.*
16 *Sententia nulla quo iure siue remedio retractetur. & nu. 18.*
17 *Actus nullitas varijs deducitur modis.*
19 *Appellatio licèt non sit necessaria, a nullitate tamen poterit interponi.*
20 *Appellari a sententia nulla quando possit.*
21 *Sententia quousque dicatur nulla.*
22 *Nullitas vtrum habeat instantiam: & an pendente instantia nullitatis currat tempus ad appellandum.*
23 *Impedito legitime an currat sibi annus ad prosequendum appellationem propter iudicium nullitatis.*
24 *Appellationem prosequenti non computatur tempus pendentis appellationis in tempore nullitatis.*
25 *Sententiæ nullitatem prosequi num quis poterit ex eisdem actis, super quibus perempta est instantia.*
26 *Nullitas sententiæ an aliquem requirat ordinem iudicialem.*
27 *Citatio requiritur, siue sit notoria nullitas, siue non.*
28 *Parti si clarum sit nullam defensionem competere, illa non est citanda.*

29 Nul-

CAP. LXIII.



Ilecto filio G. Pro euidentia p̃mitto, q̃ sñia varijs modis retractat. Qñq;
p viã appellationis, quod tunc est p parte, qñ dr̃ sen-
tentiã esse iniustã; de cuius natura vidimus in rubri-
ca, quãtũ attinet ad appellationẽ a diffinitiua. de appellatione au-
tẽ ab interlocutoria vidimus in c. vt debitus. & de appellatione
ab actu extraiudiciali vidimus in c. bonæ. s̃. eo. Qñq; p viã in in-
tegrũ restitutionis, vt in c. ex literis. in c. suscitata. & in c. tũ ex li-
teris. s̃. de in inte. resti. Qñq; per viam supplicationis, vt in auth.
q̃ supplicatio. C. de p̃c. imper. offeren. notatur in d. c. tũ ex literis.
Qñq; per viã reductionis ad arbitriũ boni viri, vt hr̃ latissime in
c. Quintauallis. s̃. de iureiu. & no. Bar. in l. si societatẽ. §. arbitrorũ.
ff. pro socio. Qñq; in viã nullitatis; & illa proprie est materia no-
stra. h. d. Nõ sufficit appellanti dicere legitimã exceptionẽ se op-
posuisse, & q̃ propterea appellauit, nisi p cã nõ admissam se do-
ceat appellasse. hoc dicit. Diuiditur in duas. In prima facti narra-
tio. In secunda docet & instruit iudices. Secũda ibi, qm̃ iudices.
1 No. primo ex tex. ibi, certus numerus canonicorũ. q̃ in ecclesia
numerata numero, firmato iuramẽto, impetratio facta vltra nu-
merũ hoc tacito, q̃ ecclesia esset numerata & tacito de iuramẽ-
to est surreptitia, & nullã dat iurisdictionẽ nec potestatẽ execu-
toribus. facit tex. in c. constitutus. s̃. de rescrip. faciunt not. in c. cũ
non deceat. de elec. lib. 6. in c. dilecto. j̃. de præb. & sic habetis, q̃
surreptio in rescriptis ad beneficia vitiat ipso iure, prout est glo.
in c. ad audientiam. el secondo. s̃. de rescrip. licèt secus sit in re-
scriptis ad lit. ut ibi, & in c. cæterum. & in c. sin aũt. s̃. de rescrip.
2 †No. ex tex. ibi, ꝯ ipsos. q̃ licèt ex quo surreptio in impetratione
beneficiali vitiat gratiam ipso iure, vt proxime dixi, talis exce-
ptio dicatur peremptoria, quia ius principale partis perimit,
iuxta not. in c. j. de li. conte. lib. 6. & in c. j. s̃. de or. cog. & de natu-
ra peremptorię fit, vt regulariter non opponatur ad processum,
sed ad merita, d. c. j. tñ illa surreptio gratiæ licèt peremptoria, po-
test opponi ad processum. & sic habetis q̃ exceptio, q̃ gratia sit
surreptitia, põt opponi non solum ad merita, d. c. cõstitutus. sed
ẽt ad processum, licèt secus sit in rescriptis ad lites: nã in eis sur-
reptio non põt opponi ad merita, sed solum ad processum, d. ca.
cæterum. d. c. super literis. de rescrip. & d. cap. j. de li. conte. lib. 6.
3 †Et est ratio differentiæ inter rescripta ad beneficia & rescripta
ad lites: qa per rescriptũ ad beneficia nõ solum datur iudex sive
iurisdictio & potestas iudici, sed ẽt ipsum ius creatur in eo, sup
quo principalis intentus partis fundatur: ideo non mirum, si cũ
surreptio vitiet gratiam, vitiat omnẽ effectũ gratię, & sic potesta-
tẽ datam iudici: & propterea opponitur ad processum, & ius ip-
sum principaliter concessum parti, s. beneficij prouisionẽ: ideo
põt opponi ad merita in vim peremptoriæ, ex quo perimit ius
principale. In rescriptis aũt ad lites secus est, quia per ipsa licèt
detur potestas iudici cognoscẽdi de causa, tñ nihil noui iuris dat
parti circa negociũ principale: & ideo cũ vnicus sit tantum effe-
ctus rescripti ad litẽ, s. dandi iudicẽ, non mirũ si solum opponit
ad processum & nõ ad merita surreptio rescripti ad lites: qa re-
4 scriptũ merita nõ respicit, d. c. sup literis. †Et ex prædictis habes
aliud, in quo differt rescriptũ ad beneficia a rescriptos ad lites:
qa in rescripto ad beneficia surreptio circa perẽptoriã aliquam
exceptionẽ vel ius peremptorium vitiat rescriptũ, vt hic, & in d.
ca. cõstitutus. nã q̃ in ecclesia numerata iurato numero nõ possit
recipi canonicus vltra numerũ, est ius peremptoriũ: & tñ tacitur-
nitas huius numeri vitiat rescriptũ ipso iure, vt in j. notabili. se-
cus in rescripto ad lites, quia taciturnitas perẽptoriæ exceptio-
nis vel iuris peremptorij, nisi sit litis finitę, nõ vitiat rescriptum,
d. c. j. de li. conte. lib. 6. & hr̃ in d. c. super literis. & non pendet ex
p̃dictis, qa rescriptũ ad beneficia respicit ẽt ius principale nõ so-
lũ dationẽ iudicis: & ideo debet facere mentionẽ de impediẽti-
bus illud ius: principale rescriptũ aũt ad lites solum dat iudices,
nec aliquid operatur circa ius principale: & ideo de iure princi-
pali nõ habẽda est mẽtio, sed solũ de impediẽtibus vel impedire
5 valentibus potestatẽ vel processum iudicis dati. †No. ex tex. ibi,
& sic per cõfessionẽ. q̃ si post obiectam exceptionẽ fuerit appel-
latum, licet regulariter ad probãdũ iustificationẽ debeat proba-
ri veritas exceptionis, vt videbimus in c. interposita. j̃. eo. tñ si ex
cõfessione partis cõstet exceptionẽ esse verã, satis iustificatur ap-
pellatio, dũmodo aliud appellationẽ non impediat, patet ex tex.
ibi,

ibi,si vobis cõstiterit. †Imo plus habetis ex illo tex.ibi,cõfessio-ne.iuncto postea ver. si vobis constiterit. ex mente Bal. & alio-rũ, ꝙ licèt cõfessio iustificet processum retro nullũ, vt voluit In-no.in c.qualiter & qñ.el secondo.j.de accusa.hr in c.j. de accusa. lib.6.ẽt si nullitas proueniat,q̃a forma mãdati non sit seruata,c. Pisanis.s.de resti spo.ẽt si nullitas proueniat,quia sentẽtia est la-ta post instantiã, prout notat Bal. in l.properãdum.in prin.C.de iudi.Panor.& d.Ant.in c.pen. s.de iudi. & gñaliter cõfessio sup-plet inordinatũ ꝓcessum,cũ faciat notoriũ.iur. vt in c.fi.j.de co-habi.cle.& mul.in notorijs nõ requiritur ordinatus processus,c. ad nostram.el terzo.j.de iureiur.c.euidentia.j.de accusa. ideo cõ fessio sine alia tela iudicij vel minus solẽni valet & tenet, & iu-stificat acta.not.Bu.& Panor.in c.at si clerici.s.de iud.Bar.in l.cõ fessus.ff.de custo.& exhi.re.in extrauag. ad repri. in ver. per in-quisit. Bal. & Ange.in l.j.C.de iudi. Bal.in l.vnica. C. de confes. in l.2.C.de re iudi. Imo. & alij in clem. constitutionẽ. de elec.in 4.col. tñ si nullitas processus prouenit ex defectu iurisdictionis, cõfessio partis confitentis intentũ aduersarij nõ iustificat ꝓces-sum,d.c.at si clerici.in princ. & c.olim. & ibi bonus tex. s̃m Pa-nor.s.de rescrip. & est hic casus: nã appellatio interposita a gra-uamine de futuro iudicialiter nullã iurisdictionẽ deuoluit ad iu-dicẽ ad quẽ:& ita fuerat hic.interuenit postea cõfessio partis cõ-fitentis intentũ appellantis, s. ꝙ executores nulliter ꝓ rescriptũ subreptitiũ processerant: quod patet,cũ ille presbyter confessus est illam ecclesiam esse numeratam,& ille ꝓꝓ nullitatẽ rescripti appellabat.tñ vult Papa, ꝙ licèt cõfessio aduersarij interuenerit, ꝑ quam patet de nullitate processus , ꝙ tñ ex quo appellatio nõ valuit,cũ a grauamine de futuro interposita sit, iudex ad quẽ nõ possit prætextu huius appellationis pronũciare processum nul-

7 lum.quod patet ex versi.si vobis constiterit.a õrio sensu.†No.ex

a tex.ª ibi,huiusmodi nõ admissam.ꝙ licet a grauamine de futuro extraiudiciali possit appellari,c.concertationi.& ibi glo.eo.ti.li. 6.c.bonæ.& ibi vidimus.s.eo. & ẽt a grauamine iudicis extraiu-dicialiter inferendo,c.dilectis filius decano. & ibi vidimus.s.eo. tñ a grauamine iudiciali de futuro nõ põt appellari , sed requirĩt ꝙ illatum sit. & propterea hic ponderat ad iustificandũ appella-tionẽ,debere constare exceptionẽ nõ fuisse admissam. & sic ha-betis casum not.quia opposita exceptione pars appellans nõ au ditur ex eo solo ꝙ dicat se exceptionem opposuisse,sed requirĩt ꝙ dicat se opposuisse, & admissam non fuisse. vbi tñ grauamen ꝓuenit facto tm̃ iudicis absq; alia exceptione vel petitione re-uocationis , poterit grauatus appellare. ita Pau. de Eleazarijs in cle.quia contingit.de relig.do.voluit tñ Host.hic,& seq̃tur Imo. ꝙ postq̃ pars opposuit exceptionẽ, si iudex nõ admittit, põt ap-pellare, qñ vel expresse reijcit vel tacite ad vlteriora proceden-do,c.cũ dilecti.in fi.s.de elec. videbimus in c.ex parte M.j.eo. hr in d.l.a procedẽte.C.de dil. Sed si iudex taceat,nec aliq̃d faciat, tunc dicit ꝙ saltẽ per trinam interpellationẽ debet iudex in ne-gligentia cõstitui, petendo singula interpellatione vt exceptio-nẽ admittat: sicut in simili in c.j.s.de sup.negl.pl. in c.cũ in vete ri.s.de ele.& si admittere noluerit, cõuincet eius negligentia,& poterit appellari,tanq̃ grauet partẽ distrahendo eũ in longũ. & sic vult Imo.ꝙ non solũ a facto iudicis possit appellari,sed etiã a negligentia eius,dũmodo de ea conuincatur. & pro eo est gl.in c.legitima.in fi.eo.tit.lib.6.& facit gl.relata ad tex.in c.ad aures. j.de imo. faciunt not.per Cy.in l.in criminali. C. de iurisd. om. iudi.& ẽt per Bal.in c.per tuas. vbi ẽt sentit appellari a negligen

8 tia.s.de testi.Dicit tñ ibi,ꝙ ẽt si nõ fuerit appellatũ, nunq̃ transit in rẽ iudicatam. †In õrium,ꝙ a negligentia iudicis non possit ap pellari,sed ad superiorẽ recurritur, est tex.in §.super hoc. in Au-th. de quæstore. colla. 6. quẽ ad hoc ponderat Bal. in l.2.C.vt li. pen. in fi. col. est tex.in Auth. vt in med. li. & in Auth. de man. princ.circa prin.quæ iura ad hoc ponderat Bal.in l.fi. in j.col.C. de sent.& interloc.om.iud. & ibi pro hac parte facit aliud funda mentũ: nã ad hoc interponitur appellatio, vt sententia firmetur, & partes sunt iudicis ad quẽ,vel confirmare,vel infirmare id,su-per quo est appellatũ,l.eos. in princ.C.eo.sed negligentia nihil ponit in esse:ergo nõ subest nec quod infirmetur,nec quod con firmetur,ar.c.ad dissoluẽ.j.de despon.impu.l.eius qui in ꝓuin-cia.ff.si cer.pet.ergo frustra a negligẽtia appellabitur,cũ appella tio circa eã non porrigat effectũ.Ita pro illa opi.est tex.quem ad hoc ponderat Bal.in l.fi.§.illud. C.de tẽp.appel. & facit tex.in c.

9 nullus.in prin.j.de iure pat.facit gl.in c.si religiosus.de elec. li.6. †Et per istũ tex.Panor.infert õ cõem practicã, quæ habet,vt si iu dex sub pœna excõicationis latæ sententiæ ꝑcipiat tibi , vt intra mẽsem soluas 100.a tali sentẽtia appellatur. & est bonus tex.in c.præterea.el secondo.s.eo.nã vr̃,ꝙ talis appellans nõ procedat, ex quo grauamẽ nondũ est secutũ, vt prædixi. tñ Io. An. & post eũ alii dicunt hanc practicã seruari:quia licèt sententia illa cõdi-tionalis non liget pendente conditione, d.c.præterea. tñ in hoc grauetur,quia si nõ soluerit, ẽt si medio tẽpore voluerit allegare exceptionẽ iustã,sententia adueniente tẽpore ligabit:ecce ergo grauamẽ,cui statim subijcitur,q̃a ponitur sub ancipiti periculo, & ideo cõdẽnatur:ita eius exceptio õria non admittatur. & ideo ex quo excluditur a suis exceptionibus,& grauatur per cõdẽna-

10 tionẽ,poterit appellare.†Hinc infertur ẽt ex hoc tex.s̃m Bal.ꝙ li cèt executor beneficialis habeat potestatẽ siue iudiciariam siue executiuã mere, prout elegerit, vt voluit gl.in cle.j.de offi.dele. Inn. & alii in c.fi.de p̃s.ẽt si eligat partem meri executoris, quo casu tanq̃ extraiudicialiter agat, posset a grauamine de futuro appellari,c.dilectis.s.eo.tñ si coram tali executore mero,ex quo hanc veritatẽ elegit,opponatur aliqua exceptio,non põt ab isto executore appellari respectu grauaminis de futuro, s. si non ad-miserit exceptionẽ.ita est hic tex.aureus s̃m Bal. & sic habetis li mitationẽ ad id,quod dr̃ in d.c.dilectis.ꝙ a iudice extraiudiciali-ter agente licet posset appellari a grauamine de futuro, tñ si co-rã tali iudice ẽt extraiudicialiter aliq̃d agente opponatur aliqua exceptio,nõ potest opponens appellare sub cõditione, si nõ ad-miserit exceptionẽ,sed habet necesse exceptionẽ expectare, & rñsionẽ iudicis circa exceptionẽ.vr̃ Bal.velle esse rõnẽ, quia op-ponendo exceptionẽ vr̃ pars iam se alligari interlocutioni iudi-cis sup ea: ideo anteq̃ appelletur,expectet eã interlocu. & cum d.Bal.vr̃ recte ponderanti transire d.An.& Imo.q̃a tñ subijciũt, ꝙ licèt ab executore beneficiali possit appellari ꝓꝓ exceptionẽ nõ admissam quo ad effectũ deuolutiuũ, vt hic tñ ex quo nõ as-sumit partes iudicis quo ad effectũ suspensiuum,talis appellatio nihil operabitur,q̃a poterit pẽdente ea executionẽ facere. & ita allegant Spec.in ti.de acti.& peti.§.sup petitis.vers.sed q̃d si qñ. & faciunt not.per Gemi.in c.j.circa prin.de cõces.præb.li.6.imo plus dicunt, ꝙ licet oppositio exceptionis oblata probatione & nõ admissa iustificet absq; alio appellationẽ ꝓpea interpositã, d.c.interposita.in prin.j.eo. tñ hoc non habet locũ in executore mero beneficiali, q̃a oppositio exceptionis oblata probatione corã eo nõ iustificat appellationẽ,cũ ipse non arctetur suscipere partes iudicis, & probationes admittere, iuxta not.in d.cle.vni-ca,& d.c.fi. allegant Io.An.in addi. ad Spec.in ti. de peti.& poss.

11 §.j.ad fi.& remittit se Imo.ad not.per se in d.c.fi.†No.ex tex.ibi, non constiterit.ꝙ licèt qñ nõ appellatur a sententia nulla,videat incidenter cã nullitatis deducta, l.quædã. ff.famil.er. l.Carmelia Pia.ff.de iure pat.c.exhibita s.de iudi. notatur in l.j.C.qñ ꝓuoc. tñ illud intelligit verũ, si appellatio sua substãtialia habuit : alias aũt appellatio non deuoluet ad iudicẽ, vt ẽt super nullitate pos-sit pronunciare.quod patet ex tex.nostro,ex quo mãdat inquiri, an appellatio fuerit interposita a grauamine de præterito:& tũc appellabitur a processu nullo , & vult Papa ita demũ super nul-litate iudicẽ ad quẽ debere pronunciare, si appellatio fuit a gra-uamine de ꝑterito interposita:quasi sentiat,ꝙ si fuisset interposi ta a grauamine de futuro, ex quo nõ valet appellatio vt s.dixi,vt vidimus in c.vt debitus. & in c.cũ cessante.s.eo. nõ possit iudex

12 ad quẽ de nullitate pronunciare. † Et ideo habetis inferre, ꝙ iu-dex appellationis non potest de nullitate pronunciare, nisi ap-pellatio tenuerit. facit d.c.exhibita. Imo plus probat ille textus, ꝙ dato ꝙ notoria esset nullitas,vt hic erat ex cõfessione presby-teri:tñ iudex ad quem, ex quo appellatio nõ tenet, nõ põt super nullitate pronunciare.imo elegantius probat ille tex. s̃m Bal.& alios,ꝙ ẽt in his, in quibus rr̃ exuberat officiũ iudicis, prout est in beneficialibus, de q̃bus loquitur hic tex.in quibus iudex sup plet ex officio,c.oblatæ.s.eo.c.cum nobis olim. s.de elec.ẽt op-ponendo exceptionẽ vice partis,gl.in c.j.in ver.absentia.de ele. lib. 6. tñ de nullitate ẽt notoria iudex aditus in viã appellationis non supplebit ẽt in beneficialibus , ex quo appellatio nõ tenet. & est rõ s̃m Io.And. & alios,quia est quid imputetur parti, qua-re cũ possit in viã nullitatis causam agere, se restrinxit ad viã ap-pellationis,arg.c.cũ super.s.de offi.dele.l.si mulier.in fi.ff.ꝙ me-

13 tus causa. faciunt not.in c.examinata. s.de iudi. †No. ex tex.ibi, non admissas. ꝙ executor beneficialis ẽt si eligat viã meri execu toris,tenetur admittere exceptionẽ surreptionis,de nullitate po testatis suæ:quod patet,ex quo si non admittat,potest appellari. quas tamen exceptiones teneatur executor admittere, hr̃ in ca. de cætero.s.ti.proxi.Et ideo dixit Pau.de Cast.consi.325.incip.In Christi &c. Ad primum rñdeẽ, ꝙ vbi in appellatione includitur nullitas deserta appellatione ꝓ primã instantiã, iudex appella-tionis

ADDITIO.

a ¶Nota ex tex. Pro ampliori intelligentia huius not. adde vltra alle.hic quæ po sui in c.vt debitus.supra eo.in ver.j. quod causa grauaminis. in apostil.

tionis non pōt ſuper nullitate procedere, ſed bene ſuper nullita
te principaliter poterit noua inſtantia inchoari. facit in ſimili c.
14 examinata.de iudi. †No.vltimo ex tex.ibi,appellaſſe.ſm Baldū,
ꝙ licet appellatio a ſentētia diffinitiua deuolueret nullitatis cau
ſam,l.ſi conſtat.s̄.eo. hr̄ per Bar. in l.ſi expreſſim, in princ.ff.eo.
ēt in appellatione ab interlocutoria,quo ad iuſtificandum appel
lationē deuoluit nullitatem. de quo tñ latius j̃.dicam in materia:
tñ appellatio ab acta indifferenti , qui non eſt ſententia nec in-
terlocutoria nec diffinitiua,puta vt hic,qñ appellatur poſt exce-
ptionē oppoſitā ſed nondū reiectā, talis appellatio non includit
in ſe nullitatē.& eſt rō,quia appellatio non tenet,vt dixi in verſ.
ſi nihil conſtiterit. Glo.nihil habent, ſed veniamus ad materiā.
15 †Circa materiā nullitatis primo & principaliter quęrēdum eſt,
vt intelligamus id de quo diſputabitur , quæ ſententiæ dicuntur
nullæ.& dic ꝙ primo ſententia dr̄ nulla ex defectu iudicis,q a ſit
talis perſona, q̄ iudicare nō poſſit,de quibus in c.ſuſcitatus. s̄.de
reſcrip.in c.crimina.3.q.7.c.ad probandum.de re iud.in c.cum vi
geſimum.s̄.de offi.dele.in c.audiuimus.24.q.j.in l.cū prætor. §.j.
ff.de iudi.in l.quidam conſulebat.ff.de re iud.in l. ſeruus.ff.de iu
di. Secūdo eſt nulla,eo quia laicus vult iudicare clericum,c.at ſi
clerici.s̄.de iudi.c.ſi diligenti.s̄.de fo.compet. c.ſi Imperator. 96.
diſt.vel laicus vult iudicare de ſpiritualibus,c.2.de iudi.c.contin-
git.s̄.de arbi. vel clericus vult iudicare ꝯ laicos ſibi nō ſubditos ,
c.ſi duobus.s̄.eo.& hr̄ in c.nouit.s̄.de iud.in c.ex parte B.s̄.de fo.
compe.vel aliàs vnus ep̄s vult iudicare ſuum non diœceſanum,
c.ſignificaſti.s̄.de fo.compe.c.paſtoralis.s̄.de offi.ordi. & ca.2.de
offi.ordi.lib.6. vel etiam extra territorium aliquid iudicat ꝯ non
ſubditum,l.fi.ff.de iuriſd.om.iud.c.2.de conſti.li.6. Tertio eſt nul
la ratione quantitatis , quia iudex in plus pronunciat q̄ debeat,
vel ex menſura ſuæ iuriſdictionis, l. ſi idem cum eo. ff.de iuriſd.
om.iudi.quia tunc ex toto eſt nulla ſententia, nec valebit in eo,
in quo potuiſſet iudicare in ea , glo. & ibi Bar. & alij in l.fi.ff.de
iuriſd.om.iud.& ita Bal.quicquid dicat ibi glo.in l.2.C.de re iud.
& notat Bal.in l.j.C.ſi aduer.rem iudi.& in l.j.C.de erro.cal.Spe
cu.qui non firmat pedes,in tit.de ſen.prola. §.iuſta. in verſi.itē ꝙ
eſt nulla ratione quantitatis. Siue ēt alio modo peccet ſententia
in quantitate , quia tunc ēt ex toto erit nulla. Ita Bar. in d.l.ſi tñ.
Bal.in d.l.2.In hoc tenet ꝯriū, ꝙ licet ſit nulla reſpectu eius quan
titatis,in qua ſententia excedit,tñ valebit in ea quātitate, in qua
debuit condemnare, arg.l.ſancimus. §.pen.C. de dona. Quarto
eſt nulla, qñ ſuper alia re iudicatur q̄ fuit cognitum , per regulā
l.de qua re.ff.de iudi. & c.cum olim. el primo. s̄.de offi.dele. vel
ēt de alia re iudicatur q̄ fuit delegatum,d.c.cum olim. & c.ex li-
teris.de offi.dele. Quinto eſt nulla ratione litigatorum, puta q a
ꝯ minorem ſine autho.tutoris comparentem, l.j. & 2.C.qui leg.
perſo.in iud.ſtan.non ha.l.clarum.C.de aut.præſt.l.ſi curatorem
habens. C.de in integ.reſt. mino. vel ꝯ furioſum, l.furioſo. ff.de
re iudi.vel ꝯ eccleſiam ſede vacante, per ea quæ habentur in c.j.
& 2.j̃.ne ſede vacan.in c.tum ex literis.s̄.de in integ.reſt.vel in fa
uorem excōicati agētis,c.cum inter. & c.exceptionem. s̄. de ex-
cep.quod tñ hodie non procedit, c.pia. de excep.lib.6. Sexto eſt
nulla reſpectu loci, puta extra territorium ſuū iudicauit ēt inter
ſubditos,vt in cle.j.& ibi hr̄,de fo.compe.in cle.paſtoralis. de re
iudi.in l.fi.ff.de iuriſd.om.iudi.& in c.2.de conſti.lib.6.vel iudica
uit in alio loco quàm vbi citauit,l.ſi vt proponis.l.alij.C.quomo
do & qñ iudex.vel in alio loco q̄ vbi eſt datus delegatus a Papa,
c.ſtatutū.§.in nullo. de reſcr.lib.6. vel ēt iudex laicus iudicauit in
eccleſia, c.decet. de immu.eccle.li.6. Septimo eſt nulla reſpectu
temporis,puta quia die feriato, maxime in honorē Dei,c.fi.s̄.de
fer.l.dies feſtos.C.de fer.vel quia de nocte, c.ꝯſuluit.s̄.de offi.de-
le.Octauo eſt nulla,qñ nō continet abſolutionē vel condemna-
tionē expreſſam, vt in l.j. & l.in ſententia. ff.de re iudi.ſiue taci-
tam,ſ.per relationē ad aliud : puta, pronuncio vt in tali conſilio
continetur.ita volunt Cano.in c.venerabilis.j̃.de reli.do.ita Bal.
in l.j.C.ſi aduer.lib.& faciunt not.per Bar.in l.ait prętor.§.j.ff.de
re iud.voluit Imo.in c.ſi pro debilitate.s̄.de offi.dele.tñ illud cō-
ſilium,ad quod ſit relatio,debet eſſe p̄ciſe condēnatoriū de præ-
ſenti:aliàs ſi diceret,cōſuluimus talē condēnandū. ſicut nō valet
ſententia, dico talē cōdēnādum, quia nec cōdēnat nec abſoluit,
d.l.j.& ibi no.C.ſi aduer.lib.ita nō valebit ſententia,pronuncio
vt in conſ.tali continetur. ex quo illud conſiliū non continet cō
demnationem factam,ſed fiēdam. ita Bar. & alij in d.l.j. C.ſi ad-
uer.lib. ita Imo.in d.c.ſi pro debilitate.& notat Ang.in l.j. §.ſi qs
ita.ff.de verb.obl.& in ꝯſi.ſuo 224.& 233.& Fed.de Senis ꝯſi.204.
faciunt not. per Bal.in l.cum iudex.C.de ſen. & interloc.om.iu-
di.per eun. in c. cum eccleſia.de cauſa poſ.& proprie. in addi.ad
Spec.in fi.de requiſitione conſilij. Ang.in conſi.283.incip.Deci-
ma liber.Bald. in l.ſi arbiter.C.de ſen.& interloc.om.iudic. An-
ge.& Imo.in l.j.ff.de re iud.Nono eſt nulla ex modo proceden-
di,quia non requiſitus a parte procedit ad vtilitatem priuatam,
ꝯ ea quæ habentur in l.vnica.C.vt quæ deſ.aduoc. in l.properan
dum.§.& ſi quidem.C.de iudi.& quæ habentur in c.bonę.el pri
mo.s̄.de poſtu.præla.per d.Anto.in c.j.s̄.de iud.Ang.notabiliter
conſi.287.incip. Conſtitutio.in 2.col. Decimo eſt nulla ꝑꝑ ſub-
ſtantialia iudicij non ſeruata, de quibus 2.q.j.in ſumma. 2.q.6.§.
diffinitiua.& per gl.aliquid in c.de cauſis.s̄.de offi.del.& in l.pla
tam.C.de ſen.& interloc.om.iudi.Vndecimo eſt nulla,qñ extra
inſtantiam fertur,de quo in l.properandū. in prin.C.de iud.in l.
vnica.C.vt omnes tam ciuil.q̄ crimi.in c.pen.s̄.de iud.plene per
do.Ant.& Imo.in c.de cauſis.s̄.de offi.dele.Duodecimo eſt nul-
la,qñ pen.ap.pronūciat iudex a quo,c.ad audien.& ibi.vidimus,
s̄.eo. Decimotertio eſt nulla,qñ continet manifeſtam iniquitatē
non expreſſam in ſententia, c.inter cæteras. & ibi hr̄,s̄.ti. proxi.
& c.cum Bertoldus.vbi no.& in cle.paſtoralis. de re iudi. Anch.
conſi.6.licèt Ang.in l.ciues.C.eo.& Bal.in l.ſi.§.ſed & ſi quis.C.
cōmina.vel epit. voluerunt intelligere manifeſtam, ideſt noto-
riam.tñ Canoniſ.in d.c.inter cæteras.tenent, ꝙ ſatis eſt notoria,
ex quo apparet ex actis. Decimo quarto eſt nulla , qñ ꝯ expreſ-
ſum errorem iuris, c.j.s̄.de re iud.l.j. in princ. ff.quæ ſen.ſine ap.
quod procedit non ſolum in diffinitiua , ſed etiam in interlocu-
toria.c.per tuas.de ſent.excom.Glo.in l.2.ff.de appella.recip.in l.
ſi expreſſim.ff.de appella.in l.j.§.item ꝯ ſacra.ff.quæ ſen.ſine ap-
pel. Angelus, & cōiter qui poſt illos ſcripſerunt, in l.j. §.j. quod
quiſque iuris.Et intelligit errorem iuris certi, non autem multi-
pliciter interp̄tabilis.Ita Bal.in l.pen.ff.de iuſ.& iure. & facit qđ
notat glo.Inſti.de ob.quæ ex quaſi mal.in prin. facit quod notat
Bar.in l.4.ff.de rebus dubiis. Bald.ſimiliter in l.j. C.de bon.poſſ.
ſecundum tab.& notat Imo.poſt Ange. & alios in l.cum prola-
tis.ff.de re iudi.Ange.in l.qui Romę.§.duo fratres.ff.de verb.ob.
Imo.in cle.ne Romani.in ii.col.de elec.faciunt quę habentur in
c.capellanus.s̄.de fer.d.Anto.in conſi.27.incip. In Dei.& c. viſis
præſentibus.Ludoui.conſi.260.incip.In Chriſti nomine,in pro-
poſito caſu. d.An.in c.cum inter. de re iud. Bal.in l.2. C.qñ pro-
uo. & in d. locis de extrauagan. etiam. item de errore iuris ex-
preſſi non autem iure , quod extenditur de ſimilibus ad ſimilia:
nam licèt iudex non faciat talē extenſionem, ſententia non erit
nulla.ita Inno.& ibi alij,in c.cum ſpeciali.s̄.eo.in prin. Et Bal.in
l.2.C.qñ prouo. & Luc. in l.ſi is ad quē. ff.de acq.hære. Decimo
quinto eſt nulla,qñ impoſſibilitatē continet,c.fi. & ibi habetur.
j̃.de cond.ap.l.fi.quæ ſe.ſine ap. Decimoſexto eſt nulla,qñ ꝑ ſur
reptionē obtinetur, c.cum olim.s̄.tit.j.l.ſi quis obrepſerit.ff.ad l.
Cor.de fal. Decimo ſeptimo eſt nulla, qñ fertur ꝯ res prius iudi-
catas,l.j. & ibi hr̄. C.quando prouo. non eſt neceſ. not. Bar.in l.
duobus.ff.de excep.rei iu.not.d.Ant.in c.ſuper literis. in 27. col.
& in c. cū dilecta.& Imo.in c.ex parte. s̄.de reſcr.& Anto.& Pa-
nor.in c.cum M.Ferrarien.circa fi. & ibi Imo. s̄.de conſt.notant
omnes in c. inter monaſterium. s̄.ti.j. Decimo octauo eſt nulla,
quandocunq; non ſeruata forma reſcripti vel mente eius,c.cum
dilecta.s̄.de reſcrip.c.Piſanis.s̄.de reſti.ſpo.c.venerabilis.s̄.de of.
dele. vel vt dixi mēte, quia pluribus delegādo vr̄ velle,ꝙ omnes
ſimiliter procedant:& ideo vnius tñ ſententia erit nulla, c.vno
delegatorum.& c.prudentia.in prin.s̄.de offi.dele. Decimo no-
no eſt nulla,ſi ſit venalis,2.q.6.l.venales.C.quando prouo.nō eſt
neceſſe.& intelligite pecunia,nō gratia vel odio: quia tunc non
eſſet nulla ſed annullanda, l.ſeruo inuito.§. ſi prætor.ibi hr̄.ff.ad
Treb.l.non diſtinguemus. §.cum quidam.ff.de arb.c.j. & ibi ha-
betur,de re iu.lib.6. Vigeſimo eſt nulla, quando ſuper inepto li-
bello eſt lata,glo.eſt not.Inſti.de oblig.in princ.& voluit Ange.
in l.j.ff.de offi.aſſe.faciunt quæ habentur in l.j. in prin.ff.ſi menſ.
fal.mo.di.& voluit Bal.in l.actori. C.de reb.cre. in l.ex hoc iure.
ff.de iuſti.& iure in l.edita.repetitio.Paduana.C.de eden. Ange.
in conſi.203.incip. In Dei nomine & glorioſæ Martiris,viſis om
nibus actis.in 4.q.Pau.de Caſt.in cōſ.275. quod incipit,In Chri-
ſti nomine &c.in cauſa exfortij. Bal. in tractatu de arb.in 4.car.i
l.fi.ff.de lib.& poſth.Imo.in c.cum dilecti. de contrah.emp. quē
tex.alle.Bal.ad hoc pro caſu in addi. ad Spec.in ti. de libel. con-
cep.in 3.& ſi.col. Imo.in cle.conſtitutionem. de elec. Bal.in l.li-
cet.C.de procu.vbi dicit,ꝙ iſta exceptio reddit proceſſum retro
nullum, per tex.optimum in l.libellorum. ver. quod ſi libelli.ff.
de accu. quod procedit etiam in libello notorie iniuſto , vt not.
Bal.in l.præſcriptione. C.ſi contra ius vel vtil.pub. Et Bal. in l.j.
C.ſi de momen.poſ. & Ange.in auth.offeratur.C.de li.conte. &
ad prædicta faciunt notata per d.Ant. & alios,in c.examinata.s̄.
de iud. tamen vbi non requireretur libellus, nec ineptus annul-
laret ſententiam,glo.eſt in l.vinum. in fi.ff.ſi cer.pe. in §.multis.
Inſti.de liber.quod tamen uidetur contra d.cap.examinata. s̄.de
iudi.

iudi.iuncto c.dilecti. s.eo. item procedit in ineptitudine expressa: secus autem si sit tacita ineptitudo, & in libello non expressa, quia illa non reddit sententiam nullam. tex. est singularis in l. posthumus. §.si quis ex his.ff.de inof.testa. quẽ ita intelligit Bal. in l.2.C.de re iud.& etiam Bal.in l.pe.ff.de iusti. & iu. Vigesimo primo est nulla, quia iudex non admisit ad defensiones suas partem: nam non data copia defensionis corruit sententia, c.Deus omnipotens.2.q.j.clem.pastoralis. de re iu. & ibi notatur. voluit Inno.in c.tua nos. j.de coha.cle. & mu. voluit Panor. in c.ecclesia sanctæ Mariæ. circa fi.s.de consti. Vigesimosecundo est nulla, q̃n sine probatione est lata, quia petita dilatione ad probandũ iudex tulit sententiam nullis probationibus factis. glo. est not. quam ibi commendant omnes, in c.ecclesia sanctæ Mariæ. in fi. s.de consti.notant omnes in c.cum Bertoldus. s.de re iud. Inno. & alij in c.post electionem. j. de conces.præb. Vigesimotertio, quando est lata non visis actis: nam tunc est nulla. ita Bart. in l.2. C.de sen. ex peric. reci.in l.prolatam. C.de sen. & interl.om.iu. Cano.in c.tum ex literis. s.de resti.in integ. d.Ant. in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ. Bar. & Bal. in l.2.C.de eden. & ibi Bal.limitat hoc procedere in actis substantialibus iudicij: secus in aliis. notat Ang. in l.iudices. C.de iud.in l.Claudius. ff.qui po.in.pig.ha. Vigesimo quarto, quando est lata non visis probationibus partis.ita Inno.in c.cum Bertoldus.s.tit.j.& ibi alii. Et ideo per has duas limitationes dicitur, ꝙ si iudex post commissionem sibi factam ei, vel causam cœptam cito tulit sententiam, ita ꝙ verisimiliter acta non potuit videre nec probata, hoc sufficit vt sentẽtia sit nulla. ita Bar.in d.l.2. & Doc. vbi supra. Vigesimoquinto est nulla, quando fundatur super probatione reprobata. tex. est in c.2. j.de purg.vulg. per quem tex. hoc dixit Bal.in l.libertorũ. C.de testi. Vigesimosexto est nulla, quando error iuris in libello est, vel in actibus substantialibus, ad quæ refertur sententia de necessitate, vel in alijs actis, ad quæ verba sententię expresse referuntur. nã cum relatum sit in referente, siue sententia expresse se referat ad aliquid, in quo continetur error iuris, siue ex iuris dispositione tacite referatur ad aliquid, in quo continetur error iuris, puta libellum ad quem de iure refertur sententia, cap.licet Hely. j. de simo. cum vulg. tunc propter talem errorem iuris in relato expressum sententia redditur nulla. Ita Bar.in l.j.C.de erro.cal.& etiam sensit in l.ex diuerso. §.si in iudicio. & ibi ponũt alij.ff.solu.mat. licet in contrarium tenet Cy.in d.l.j.notant Cano.in c.j.s.ti.j.d.Anto.in repetitione c.ab excommunicato. s.de rescrip. Vigesimoseptimo redditur nulla propter errorem calculi, l.j. §.j.ff.quæ sen.si.ap. & ideo est notandum, ꝙ nunq̃ sententia lata per errorem calculi transit in rem iudicatam. Et ideo petens, vt de nouo calculentur rationes, venit semper audiendus, ex quo allegat errorem, l.j.& ibi Bar.per illum tex.C.de erro.calcu. visus est tamen ibi sentire Bar.in fine, ꝙ isto casu non reddatur sententia nulla ex toto: sed id, quod deest ad calculum, suppleatur vel diminuatur iuxta quantitatem erroris calculi. & ita etiam vult Bal. in l.2. C.de re iudi. tamen in contrarium faciunt quo ad hoc vltimum, quæ dixi in tertia specie nullitatis, & an propter errorem calculi possit appellatio iustificari. Pau.de Cas. consi.34.incip. In Christi nomine &c. in casu præsenti. Vigesimo octauo est nulla ratione incertitudinis: & ideo si condẽnatus est Titius de tali parentela, & duo reperiantur eiusdem nominis & parentelæ, iudex qui condemnauit debet declarare obscuritatem, l.ab executore.& ibi Bar.3.col.ff.eo. notant Cano.in c.ꝙ ad consultationem.s.tit.j.Ang.in l.non ignorat.C.de fruc.& lit.exp.Bal.in l.fi.§.j.C.communia de leg.quod si non declarauerit, vel quia iam est mortuus, vel quia non recte scit declarare, de quo magis senserit, forte quia oblitus, tunc sententia est nulla, l.duo sunt Titii.ff.de test.tu.in ar. voluit Bart. & ibi dat cautelam, ne ad hoc perueniatur, in l.inter stipulantem. §.j.ad fi.ff.de verb. oblig.& ibi per alios.notat Bar. in l.fi.C.de leg.hære.in l.hac cõsultissima.C.qui testa.fa.po.in l.volũtas. C.de fideicom. in c.j.in tit.de feu.sine cul. non am.in vsib.feu. in l.hæredes palam. §.sed si notam.& ibi Imo.ff.de testa.in l.si quis seruos. §.si inter. & ibi Imo.ff.de leg.3. Bar. & Imo. in l.demonstratio falsa. in princ.ff. de cond.& demõn.in l.diui.la seconda.ff.de custo.& exh.re.in l.j.C.si vnus ex plu.Ange.in l.2.ff.de libe.& posthu. Vigesimo nono est nulla per dolum interuenientem in ea vel circa eam, quãdo fertur contra minorem vel contra absentem: secus si contra præsentem & maiorem, l.si prætor. §.Marcellus. & ibi habetur, ff.de iudi. habetur in c. cum Bertoldus. s.de re iudi. Trigesimo, quando lata est per metum. ita Host. & Io. And. & sequitur do. Anto. quatenus metus impediat solemnitatem processus, aliàs non, in cap.2.supra quod metus causa. sed contrarium tenet glo. no.in c.iniustum, & in c.quatuor.& ibi Archid.11.q.3. & tenet gl. recte ponderanti in cap.j.quod met.causa.lib.6. & tenet indistincte Panor.in d.cap.2. licèt Bald.in l.decernimus. C. de sacrosan. eccle.videtur ipse facere differentiam inter sententiam respiciẽtem claues conscientiæ, & tunc sit nulla ipso iure, d.c.vnico, & vĩ sequi Lud.in singularibus & aliã sententiam, quia illa nõ erit nulla.de quo etiam ponit Bald.in l.eleganter. §.si quis post.ff.de condi.indebiti.in l.fi.§.j.C.communia de lega. in l.fi. C. de pen. iudi. qui male iudica. & in l.fi. C.de senten. ex peric. Trigesimo primo est nulla, quando refert aliquam constitutionem nullam vel iniustam, vel super ea se fundat.tex.est & ibi Bald.in cap.cum causam. supra titulo proximo.faciunt quæ habentur in cap.cum venissent. supra de eo qui mit. in posses. Trigesimosecundo est nulla, si tantum super parte petitorum fertur vel absolutoria vel condemnatoria, & nihil super alia parte pronunciatur nec tacite nec expresse.tacite, scilicet per taxatiua, tãtum, vel duntaxat. glo. est nota.in l.prima. C.si aduer.rem iudi. & ibi Bart. & Bald. voluit Bar.in l.si constante.§.fi.& ibi alii.ff.solu.matrim. not.do. Anto.in cap.cum inter.supra tit.primo. quod tamen intelligite, vt per Bart. singulariter in l. si plures. in fi. ff. de fideius. in solutione contrarii d.l.j.& l.terminato.C.de fruc. & lit.expen. Trigesimotertio, quando confertur contra ius litigatoris, quod excludebatur per priuilegium etiã in corpore iuris clausum & ius: tunc partis tendit ad priuilegium eliden. nã tunc sententia contra hoc ius partis est nulla ipso iure. glo. est singularis in clem. prima. in verbo, finiri. de in integ. resti. quam ad hoc ponderat Ludo. in singularibus suis. Trigesimoquarto est nulla, si pars confiteatur iniustitiam sententiæ, & se ius non habere. ita Ludo. in l. si is ad quem. ff.de acquiren. hære. per dictum Innoc. in cap.quia plerique.infra de immu. ecclesi. vbi voluit, quòd quando pars confitetur sententiam iniustam, nunquàm sententia trãsit in rem iudicatam. notat Baldus in l. ex hoc iure. ff.de iustitia & iure. Trigesimoquinto est nulla propter falsam causam. ita Bald. in dicta l.si is ad quem. & ibi alii. Cano.in cap. sicut. supra tit. j. Bald.in addi. ad Spec. in tit. de sententia, in 11.colum. & in cap.cum super, in fi.de offic.deleg.Bald.in l.j. C. de condi. inde. & 2. colum. quòd procedit, nisi plures causæ essent expressæ in sententia: nam tunc licèt vna sit falsa, dummodo aliæ non sint falsæ, quæ tamen sint sufficientes, valebit sententia. Innocen.& ibi do.Anto.in cap.in præsentia. supra de renun. & Ludo. in d.l. si is ad quem. & allegant tex.in cap. per tuas. infra qui fi. sint legi.& ibi do.Anto. item nisi vteretur dictione, maxime. in exprimenda falsa causa: nam tunc propter hanc falsam causam non vitiatur sententia, si potest ex actis iustificari: aliàs secus. ita Ludo.in d.l.si is ad quem.do.Anto.in d.cap. in præsentia. & faciunt not.in d.cap.sicut.& in l.prolatam.per Bald.C.de sen.& interlo. om. iudi. Et ideo etiam in simili si causa esset pro parte falsa & pro parte vera, & sententia posset substineri propter illam particularem causam, valet sententia, secundùm Ludo.in d.l.si is ad quem. quod secus dicit in decreto, quia decretum interpositum ex falsa causa vsque adeo est nullum ipso iure, per ea quæ habentur in l.si putas. C.de pe.hære.in l.cum vero. §.subuentum.ff.de fideicom.lib. quòd si in vno minimo causa sit falsa, vitiatur decretum in totum: puta, datio insolutum per iudicem propter debitum quod habes de centum, reperitur quòd in veritate causa debiti non est tanta, & sic est pro parte falsa, quia solum est debitum: & isto casu datio insolutum in totum annullabitur. ita voluit Bar.in l.si non sortem. §.si centum.ff.de condi.inde. & Bald. qui dicit se ita consuluisse.in l.certi cõdictio.§.quoniam.ff.si cer. pet.& vsque adeo causa in sententia est in consideratione, quòd si addatur post sententiam noua causa, dicitur noua sententia, ex quo noua causa exprimitur, nisi veniret declaratiue ad primam.Bald.in additio.ad Specu.in tit.de teste.§.nunc videndum. ver.hæc no.& ibi Ioan.An.dicit secus, si expressio causæ veniret ad declarationem primæ sententiæ.ita Ludo.de Roma consi.45. incip.In Christi, &c.super eo.Trigesimosexto & vltimo est nulla, quando fertur tanq̃ conditio defecerit, vel purificata sit, & sic cessit & venit dies debiti, & postea in veritate reperitur hoc nõ esse verum: nam dato quòd in sententia non exprimatur, per quod appareat causam esse falsam, tamen si se fundat sententia super hoc, quia conditio defecit, vel est purificata, sententia est nulla ipso iure, licet falsitas constet in facto & non in iure. glo est singularis, & ibi tex. in l. qui testamento. ff. de excu. tuto quem tex. ad hoc ponderat Innocen. in cap.in præsentia. de renun. Et Ang.allegat Innocen. & sequitur in l.qui Romæ. §. duo fratres.in repetitione. ff.de verb.oblig. notat Ludo. in d.l.si is ad quem. imo vbicunque fertur sententia sub conditione resolutiua, est nulla, siue in toto siue in parte, prout ponitur conditio. Bart. in l. ab executore. in secunda colum. ff. eo. in l. iu-

dex.ff.de re iudi.in l.moris.§.j.ff.de pę.Bal.in l.idem Labeo.§.j.ff.
fa.erc.Pe.de Anch.conſi.203.inci. In Chriſti &c. iudex.Pan.in c.
in literis.s̃.de offi.dele.Bal.in §.j.in prima conſti.C.Panor.in cō-
ſi.73.inci.In Chriſti &c.vr̃ primo dictū,licèt Ang.in d.l.iudex.te-
net contra.in conſi.41.inci.Porrecta,Imo.in d.l.iudex,diſtinguit,
16 videte. †Secunda eſt quæſtio principalis, quo iure ſiue remedio
retractetur ſententia nulla.& dic ſm̃ Bar.in l.ſi expreſſim.in pe.
col.ff.eo. ꝙ qñq; nullitas principaliter intentatur, qñq; inciden-
ter.Principaliter,ſ.agendo ſiue petendo, vt ſententia declaretur
nulla, abſq; eo ꝙ alia petitio actoris ſiue rei præcedat ; d.l. ſi ex-
preſſim.l.ſi dolo.C.de reſcin.vend.& ibi notatur.l.j.§.j. in glo. in
ver. firmatur. ff. de feri. incidenter autem petitur altero de duo-
bus modis: vel qñ præcedente aliqua petitione actoris, puta pe-
tentis executionē ſententiæ, vel agentis actione in factum ſiue
iudicati opponit reus exceptionem, ꝙ ſententia eſt nulla; & tūc
dr̃ incidenter in viam exceptionis opponi, de quo in l.4. §.con-
demnatum. per Bar.& alios.ff.de re iudi. & j̃.dicam in 9.q.princ.
17 †Secundo modo incidenter deducitur, qñ præcedente vna peti-
tione vnius,quæ ſententiā annullari debere intendit per viā cau
ſæ nullitatis,deducitur,ſed tñ principaliter aliud petitur q̃ annul
latio,puta quia lata ſnīa ɔ̃ aliquē nulla, petit condemnatus vt iu-
dex de nouo ꝓnunciet,quia prima ſnīa q̃ tulit eſt nulla,qđ pete
re pōt,l.hæc ſnīa.C.quæ ſen.ſine cer.quāti. hr̃ in l.ſi vt proponis.
la prima.& in l.ſi præſes deſertam.C.quomodo, & qñ iud.in l.j.
C.de ſen. & interlo. in c.ex literis. s̃. de offi.dele. & aliquid vidi-
mus in c.cum ceſſante.s̃.eo. hr̃ in l.iudex.ff.de re iudi. His p̃ſup-
poſitis aliud etiam ſciendum, ꝙ nullitas actus varijs modis pōt
deduci:qñq; per actionem de dolo,l.eleganter. in princ.ff.de do
lo.hr̃ in l.ſi quis cum aliter.ff.de ver.ob. qñq; per actionem ex il-
lo ɔ̃ctu,in quo dolus cōmiſſus eſt,d.l.ſi quis cū aliter. c.cum dile-
cti.c.pen.j̃.de ɔ̃hen.emp.qñq; per officium iudicis nobile, Inno.
in c.fi.s̃.de offi.iudi.notat Bar.& alij in l.qui ſub conditione. §.fi.
ff.de condi. inſti. & de iſtis tribus modis gl. habetis ſingularē in
l.ſi dolo.C.de reſcin.ven. quam ad hoc cōmendat Bal. in l.nā &
ſi ſub conditione.§.fi.ff.de iniuſ.rupto te. petitur ēt in viam qñq;
exceptionis,l.non erit.§.dato.& ibi glo.& Doc.ff.de iureiu.& d.
18 §.condēnatum. & d.l.ſi quis cum aliter. †His habetis,quo reme-
dio iſtorū petetur nullitatē ſnīæ retractari : & ſi in viā exceptio-
nis opponit,tunc clarū eſt ꝙ petetur retractari opponendo exce
ptionē, & implorando officium iudicis mercenarium, per ea q̄
habentur in l.j.ff.de iuriſd.om.iudi. & d.c.fi.s̃.de offi.iu.ſi autem
principaliter petitur, & tunc implorabit officiū iudicis nobile.
ita Inno.in d.c.fi.& in c.ſæpe,& ibi Bal.s̃.eo. ita Bar.in d.l.ſi exp̄ſ
ſim.& ita idem Bar.in d.l.quæ ſub conditione.in fi. & ibi alij. ita
Bal.in l.tale pactū.§.qui prouocauit.in repetitione,in 16.col.ff.de
pac. ita Imo.hic in 7.col. & in repetitione d.l.ſi expreſſim. in 35.
col. & ſi dicatur, ad quid imploratur officium iudicis nobile ſuꝑ
nullitate ſententiæ:nam quod nullum eſt, amplius annullari nō
poteſt, l.nam & ſi ſub conditione. §.rumpendo. ff.de iniuſto ru-
pto. c.ad diſſoluendum. j̃.de deſpon.impub. & priuatio præſup-
ponit habitum,l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure. ſi ſentētia eſt
nulla,ad quid petitur annullari.dicite ſecundum glo.in l.j. §.j. in
ver.firmatur.ff.de fer. ꝙ petitur annullari prout de facto proceſ-
ſit ſnīa.& facit glo.in ſimili in c.accedens.el primo. in ver.caſſa-
uimus.s̃.vt li.non cōte.in c.cum dilectus. s̃.de conſu. bonus tex.
& ibi d.Anto.in c.2.in princ.s̃.de poſtu.præla.hr̃ in c.venerabilē.
& in c.auditis.s̃.de elec. & eſt glo.in c.audiuimus.24.q.j. facit gl.
in ſimili,in l.minor 25.annis.in princ.ff.de euic.& ita Bar.in d.l.ſi
expreſſim.in pen.col.ita Bal.poſt glo.in l.j.C.qñ prouo.Sed nun
quid erit in tali nullitate neceſſaria appellatio. & dicite ꝙ nō, ita
glo.in c.fi.in ver.neceſſe.de re iud.lib.6.in d.l.j. §.j.ff.de fer. & eſt
tex.in l.ſi conſtat.ibi,ſuperuacua.i.non neceſſaria. & in l.ex con
ſenſu.§.j.ibi,fruſtra.& ita volunt omnes, maxime Cu.in notabi-
libus,& in 9.col.in l.ſi expreſſim.ff.eo. ita ēt intelligatur tex.in l.
fi.§.j.& in l.j.§.item contra ſacra.ff.quæ ſen.ſine ap. Sed nunquid
19 licet appellatio†non ſit neceſſaria,a nullitate poterit tñ interpo-
ni.& tex.in d.l.ſi conſtat.& etiam in d.l.ex conſenſu. §.j. & in d.
l.fi.§.j.videntur velle ꝙ non,dum vtuntur verbo,ſuperuacua. vel
verbo,fruſtra.vel,ſine cauſa.& facit ratio:nam appellatio reſcin-
dit pronūciatum,l.j.§.fi.ff.ad Tur. vel ſaltem ſuſpendit,c.venien-
tes.s̃.de iureiu.Sed vbi eſt ſententia nulla,non poteſt dici pronū
ciatum,l.4.§.condemnatum. ff.de re iud. & non entis nullæ ſunt
qualitates,l.eius qui in prouincia,ff.ſi cer.pet.d.c.ad diſſoluendū,
ergo cum non ſubſit,ꝙ reſcindatur,vel ꝙ ſuſpendatur, non pote
rit appellari. In contrarium tamen eſt veritas, & tenent omnes
hic,& in d.l.ſi expreſſim.& in l.j.C.quando prouoc.& facit gl.in
d.c.fi.in ver.neceſſe.in clem.j.§.j.in ver.firmatur.in d.l.ſi dolo.C.
de reſcin.ven. & pro illa opi.eſt tex.in l.ſi expreſſim. in ver.vnde
ſi quis.ff.eo.vbi ponderat,ꝙ appellatio a nullitate poteſt dici de-
ſerta lapſu fatalium; ergo vult ꝙ poſſit appellari.tex.eſt in c.exhi
bita.s̃.de iudi.in c.cum veniſſent. s̃.de teſti. in c.ſignificantibus.
& in c.cum cauſam.s̃.de offi.dele. vbi patet fuiſſe appellatū a ſen
tentia nulla, nec Papa ibi reprobat appellationem tanq̃ inter-
poni non poſſit;quod certè faceret, ſi de iure non poſſet appella
ri.eſt tex.hic,vt dixi in textualibus.eſt tex.in c.ſi ɔ̃ vnum. de offi.
dele.lib.6. vbi Papa quærit, qñ appellatur ab actu nullo, quia dr̃
iudicem non habere iuriſdictionem,eo ꝙ expirauit morte dele-
gantis, ad quem deberet appellari. certè ſi non poſſet appellari,
fruſtra quæreremus ad quem eſſet appellandum, Non obſtant
contraria, dum dicitur, ſi eſt ſuperuacua &c.& ſimilia ſunt vera
in l.ex conſenſu. §.j.& in l.fi. §.j. quia in præcedenti qōne eſt ri-
ſum,ſ.ꝙ intelliguntur illa verba,ſuperuacua, vel,fruſtra. quia nō
neceſſaria: nō tñ negat,quin ſint aliqualiter vtilia, vt videbimus
j̃.in 9.q.princ. Non obſtat arg.d.c.venientes. & d.l.j. §.fi. quia vt
de facto ſententia nulla proceſſit, ita de facto reſcindetur vel ſu-
ſpendetur. præterea non ſunt ſoli effectus appellationis illi duo
reſciſſionis & ſuſpenſionis,ſed plures alii ſunt effectus,vt dixi s̃.
20 in rub. † Et ideo dato ꝙ a ſententia nulla nō poſſit appellari quo
ad effectum ſententiæ ſuſpenſiuum vel extinctiuum, non tñ ſe-
quitur,ergo nō poterit appellari quo ad alios effectus, puta quo
ad effectum deuolutiuum operabitur talis ſnīa, & alios effectus
operabitur, vt videbimus j̃. in 9.q.prin.Cu. tñ in d.l.ſi expreſſim.
in 11.col. retento hoc, ꝙ licèt appellatio a ſententia nulla non ſit
neceſſaria, ſit tamen vtilis & poſſit interponi, dicit limitandum
eſſe vt non procedat in ſententia, quæ eſſet nulla ex defectu iu-
riſdictionis iudicis,quia à tali ſententia non poterit appellari. Et
pro hac opi.allegat Bal.optime hoc ſentientem in l.j.in pen.col.
verſi.iuxta quæro.C.quādo prouoc. vbi dixit Bal.ꝙ ſi appellatur
a ſententia nulla,non vr̃ deducta nullitas,quæ prouenit ex defe-
ctu perſonæ iudicis, puta quia ſeruus excōicatus vel infamis: qa
illa nullitas eſt quid extrinſecum a ſententia & iudicio, de quo
agitur, & appellatio non trahitur ad extrinſeca,l.per hanc.C.de
temp.ap. & ſic vult Cu.inducere, ꝙ ſicut appellatio interpoſita
nō porrigitur ad nullitatem, tñ prouenit ex defectu iuriſdictio-
nis,tñ ad aliam nullitatem porrigitur,l.quædam mulier.ff.famil.
er. l.Carmelia pia. ff.de iure pat.l.ſi is qui. C. de lib. cauſa. notat
Bar.in d.l.ſi expreſſim. & j̃.dicā, & ratio eſt, quia ibi eſt quid in-
trinſecum,ad quod non porrigitur appellatio.ergo ita ꝑ talem
defectum non poterit interponi appellatio.pro hac opi.adducit
tex.in l.j.C.de arb.qui nihil facit,quia loquitur in arbitro, a quo
non appellatur regulariter,l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arb.ſecū-
do adducit d.l.ſi conſtat.& d.l.ex conſenſu.& d.l.fi.§.j.ad quæ po
teſt rñderi, vt s̃.in præcedenti concluſione. adducit tertio : nam
ex quo iudex non habet iuriſdictionē, ſententia eſt penitus nul-
la, & cognitio cauſæ ſpectat ad ſuum iudicē : ſed ſi appellaretur
a tali ſententia,& appellatio operaretur effectum deuolutiuum,
vt s̃.dixi,iudex qui aliàs eſt ordinarius,in iſta cauſa ſine ſuo facto
& etiam ex culpa iſtius qui non eſt iudex, damnificaretur, quia
priuaretur ſua iuriſdictione,quę per appellationem tranſlata eſt
ad iudicem ad quem, quod eſt contra regulas iuris communis,l.
ius noſtrum.ff.de reg.iur.& contra æquitatem, c.peruenit. 11.q.j.
qua cauet ſuā iuriſdictionem cuicunq; iudici eſſe conſeruandā.
Tamen quicquid dicat Cu.veritas eſt in contrarium,& in cōtra-
rium eſt tex.in c.cum veniſſent. s̃.de teſti.in d.c. ſi contra vnum.
& in d. c.ſignificantibus. in quibus iuribus erat defectus iuriſdi-
ctionis,& tamen appellatur;& tamen Papa non reprobat appel
lationem ex hoc capite. & eſt tex.hic, vt dixi in textualibus. Et
ad vltimum arg.Cu.iſtud dependet ex iſta qōne, an ſi appellatur
a ſententia nulla,iudex ad quem cognoſcat non ſolum de nulli-
tate,& ſuper ea pronunciat,ſed etiam de negocio principali poſ
ſit cognoſcere & pronunciare.de quo infra in 9.q.princ. & in 10.
Secundo limitat Cu.non procedere, quando nullitas eſſet noto
ria,quia tunc non poſſet appellari. hoc etiam videtur ſine ratio-
ne ſaltem quo ad effectum deuolutiuum, vt de facto nulla decla
21 retur.†Tertia eſt quæſtio principalis,quouſq; poſſit ſententia di-
ci nulla. & dic ſm̃ Spec.in tit. de ſen.prola.§.iuxta. circa fi.cuius
dicta late proſequitur Imo.in cle.j.de re iud. ꝙ aut intētatur nul-
litas principaliter,aut incidenter; ſi principaliter, & tunc poteſt
intentari vſq; ad 30.annos : nam ex quo per officium iudicis in-
tentatur, & illud eſt quoddam ius perſonale, l, qui per colluſio-
nem. ff.de act.emp. faciunt not. in l.ſi filiusfa. viaticum. ff.ſi cer.
pet. Et ius perſonale durat 30.annis : ideo hoc ius durabit 30.an-
nis.& ad hoc facit gl.in l,ſicut.C,de præſcrip.30.vel 40.an. faciūt
notata in c.fi.s̃.de offi,iud. in c.licet cauſam. s̃.de prob. in l.que-
relam.C.de fal.hoc tamen non procedit, vbi tractatur de pericu
lo animæ;nam qñ ſententia eſt nulla, eo quia periculum aīæ cō-
tinet

tinet etiam vltra 30. annos, pōt ſuper eius nullitate implorari officium iudicis. glo. eſt no. in d. §. ſi ergo. 30. q. vlt. per quam glo. hoc dixit Imo. in d. cle. j. faciunt notata in d. c. tenor. in c. lator. ſ. de re iud. in c. iurauit. ſ. de proba. & faciunt quæ habentur in c. fi. ſ. de præſcrip. aut nullitas incidenter deducitur, & tunc aut in modū cauſæ petitionis propoſitæ, cū ad hoc principaliter non ageret, & illo caſu, cum tm̄ expediatur officio iudicis, idem ſit quod in præcedenti. aut intentatur nullitas incidenter, ſ. in viā exceptionis: & tunc perpetuo pōt opponi, quia quę tēporalia ſunt ad agēdum, perpetua ſunt ad excipiendum, l. pure. §. fi. ff. de excep. doli.

22 †Sed operæprecium eſſet ſcire, nunquid nullitas habeat inſtantiā. & dic ex mēte Bar. in d. l. ſi expreſſim. in pen. col. ꝙ ſic, & triēnij. faciunt notata in l. properandū. in prin. & quod ibi notat Bal. C. de iudi. Sed nunquid pēdente inſtantia nullitatis curret tempus ad appellādū & econtra. Et dic, aut nullitas per ſe intentatur primo: & tunc pendēte tēpore nullitatis nō currit tēpus appellationis nec interponendæ nec proſequendæ. nā ex quo a ſententia nulla nō eſt neceſſaria appellatio, ut dixi in 2. q. princ. iuſtā habuit cauſam non appellandi ille, qui credidit ſniam eſſe nullā, & propterea nō appellauit, ſed nullā dixit. ſed impedito non currit tp̄s appellationis: ergo illo caſu pendente proceſſu ſuper nullitate non current decē dies ad appellandū, ex quo ignorabat neceſſariā ſibi appellationē: nec multo minus curret annus ad ꝓſequendū, dūmodo iuſtam habuerit cauſam dubitandi de nullitate ſententiæ. ſecus ſi calumnioſe dubitauit: nā tunc curret ſibi tēpus, non obſtante ꝙ exceperit proceſſum nullitatis, & per illum dicat ſe impeditū: qa potius dr̄ ſuo facto impediri q̄ impedimento iuris vel alterius. ita Bal. poſt Cy. in l. ꝯ maiores. C. de inoff. teſtā. quē etiam ſequitur Ange. in l. Paulus. §. j. ff. de vſu. & ita Imo. in d. l. ſi expreſſim. & facit quod voluit Rota deciſ. ſua 103. q̄ incipit, Item ꝙ fatalia. vbi dixerunt, ꝙ fatalia appellationis non currunt donec quis impeditur, qa litigat ſuper attentatis per aduerſariū, dūmodo non calumnioſe litiget. & faciunt quæ dixi in c. ex rōne. ſ. eo. & quod notat Bal. in ſimili in auth. ei qui. C. de tēpo. appella. Aut ſecūdo caſu ſolum appellauit a ſententia nulla, & tunc an tempus nullitatis computetur vnà cū illo tempore appellationis, an vero deducatur tēpus appellationis: & tunc dic, ꝙ ex quo appellatio a ſnia nulla deducit nō ſolū iniuſtitiam ſed ēt nullitatem ad iudicem ad quem, l. quædam mulier. ff. famil. erciſ. l. Carmelia pia. ff. de iure patro. l. ſi is qui. C. de libe. cauſa. & facit tex. noſter in fi. ideo cū poſſit proſequi cauſam nullitatis vnà cū appellatione, non habet quare excuſetur tanq̄ impeditus: quia cauſa appellationis non impediuit ſibi cauſam nullitatis, cū ea poſſit deduci nullitas: ideo iſta tempora cōputabuntur nec ſubducentur. ita vr̄ eſſe de mente Bar. in d. l. ſi expreſſim. in pen. col. aut intentauit cauſam nullitatis & appellationis ſimul, puta ſm formā glo. in l. j. C. qn̄ prouoc. dicendo, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello: & tunc aut cauſam nullitatis cępit proſequi coram iudice a quo, quod poteſt, l. ſi vt proponis. la prima. & ibi hr̄. & in l. ſi præſes deſertam. C. quomodo & qn̄ iud. l. abſentē. C. de accu. hr̄ in c. in literis. ſ. de offi. dele. & tunc ex quo coram iſto iudice cauſam appellationis non potuiſſet proſequi, quia veniebat proſequenda coram iudice ad quem, ca. dilectus. el primo. ſ. de reſcrip. vidimus in c. vt debitus. ſ. eo. ideo tanq̄ impeditus ſit ꝑ iudicium nullitatis, excuſetur, ne currat ſibi annus ad proſequendum appellationem, ar. eorum quæ dixi in primo mēbro.

23 †Et ſi dicatur, eſt quid ſibi imputetur, ꝙ cum habeat in iſta cauſa duos iudices, iudicem a quo, coram quo poteſt tm̄ proſequi nullitatem, & iudicem ad quem coram quo poteſt vtrunq; proſeq. & nullitatem & appellationem: quare eligit iudicē a quo, & ſic ſuo facto vr̄ ſe impedire. rn̄det primo, ꝙ cum iſtam facultatē eligendi alterum ex iſtis iudicibus habeat a iure, non debet ſibi auferri, nec ſibi debet imputari ſi permiſſa iuris facultate vtitur, l. 3. in princ. ff. de eo quod certo loco. l. j. C. de aſſer. tol. circa fi. Itē ſecundo dr̄, ꝙ ex quo cauſa nullitatis eſt magis conueniens ſuo ꝓpoſito cū primo, eam attentauerit, & magis eſt honeſtum vt ab eodem iudice factum ſuum emendetur, & expedite magis poterit per eum emendari tanq̄ infamatum de negocio, c. ab excōicato. ſ. de reſcrip. c. per tuas. j. de ſen. excom. non eſt quod ei imputetur, ſi viam magis conuenientem libello propoſito elegerit. Item magis honeſtum, item magis compendiariam & breuem elegit tractando nullitatem coram iudice a quo, & ideo hoc tempore pen. non curret annus ad appellationem proſequēdum. ita eſt de mente Bar. in ver. 5. & in pen. col. Aut vero proſecutus eſt cauſam nullitatis coram iudice ad quem, propoſito libello, dico nullam, & ſi qua eſt appello. & tunc ex quo ponit appellationē coram iſto proſequi, & per eum deducebatur nullitas, vt prædixi, eſt quid ſibi imputetur. & ideo ſuo facto vr̄ impeditus, & ideo curret tempus appellationis. & ita Bar. vbi proxime. & voluit Salic. in d. l. ſi præſes deſertam. & faciunt notata per Bal. in d. l. j. C. qn̄ prouoc. Bal. tm̄ in l. qui teſtamento. §. fi. ff. de excu. tu. aliter diſtinguit primum membrum, qn̄ ſuper nullitate tātum principaliter agitur, non mutatur ſecundum, ſuper appellatione ēt non mutatur, per ea quæ voluit Inno. in c. ſæpe. ſ. eo. quia lapſus temporis in cauſa appellationis principaliter per ſe propoſita & nō cum nullitate imputatur & in tempore nullitatis. tertium membrum impugnat Bal. & ꝑ ꝯn̄s & quartum, quia dicit ipſe ꝙ ꝓpoſita nullitate & appellatione ſimul ēt coram iudice ad quē, non curret tp̄s niſi ad eam, cuius proſecutionē elegerit, & ſi vtranq; elegerit, ſuꝑ vtraq; curret: puta, dico ſniam nullā, & ſi qua eſt appello, hocq; corā iudice ad quem propono, in proſecutione tm̄ eligo nullitatem tm̄, non curret tp̄s ad appellādum, ſicuti ſi ſimpliciter nullitatem intentaſſem.

24 † Et ita eꝯ ſi proſequor appellationem, hoc tempus pendentis appellationis nō imputabitur in tp̄e nullitatis. mouetur, qa licet cumulatiue iſta duo remedia ꝓponat, tm̄ in electione ſua erit proſequi poſtea quod voluerit, vt notatur in l. j. C. qn̄ prouoc. ergo vnū eligendo perinde erit ac ſi illud vnum intentaſſet, debebit ei imputari, ex quo vtit facultate iuris, l. Papinianus. §. ſi quis irritum. ff. de inoffi. teſta. & ſi dicat ꝯ de his, q̄ dicta ſunt in ſecundo mēbro, vbi eſt cōcluſum, ꝙ appellatione ꝑ ſe intētata currit tp̄s nullitatis, ex quo ipſa vr̄ incidēter in appellatione deducta. Dicite ex mēte Bal. ꝙ illud procedit, qn̄ appellatio principaliter ꝓponit̄, & incidēter nullitas venit: nos loquimur, qn̄ ęque principaliter vtrunq; intentatum eſt, & ideo in appellatione nullitas nō venit incidēter, ex quo æque principaliter eſt intentata: non mirū ergo ſi pen. ap. non currit tp̄s nullitatis, nec eꝯ. Cu. in d. l. ſi exꝑſſim. in 11. & 12. col. licèt per alia verba, tm̄ vr̄ adhærere primæ diſtinctioni.

25 †Sed pone, ꝙ perempta ſit inſtantia, nunquid proſequi nullitatē ſententiæ poterit ex eiſdē actis, ſuper quibus perempta eſt inſtan. poſt inſtantiā peremptā. Imo. in d. l. ſi expreſſim. format q. & ipſa formata currit ad theo. Inn. in c. cauſam quæ. ſ. de teſti. & plenius Bar. in l. 2. ff. iud. ſol. & in l. 2. C. de eden. ex quibus colligitur diſtinctio, qa aut loqmur in actis litis ordinatiuis, puta litis conteſtatione: & tunc cum illa pereant perempta inſtan. l. properan̄. §. & ſi quid. & ibi gl. in ver. iudicij. & notatur in §. illo. C. de iudi. ideo perēpta inſtan̄. ex huiuſmodi actis non poterit ſuper nullitate pronūciari. aut loquimur in actis litis deciſiuis ſiue probatorijs, puta confeſſione partis vel teſtibus: & tunc ex quo non pereunt perempta inſtan̄. ꝑ ea quæ habentur in d. c. cauſam quæ. ex eiſdem actis poterit ſententia nulla pronunciari. & quæ dicantur litis ordinatiua, & quę deciſiua, eſt gl. in cle. ſæpe. in verbo, defenſione. de verb. ſig. hr̄ in locis prealle. Sed an nullitas poterit poſt concluſionem in cauſa opponi. & dicite ꝙ eam principaliter intentando, vel ēt in viam exceptionis vel replicationis, vt dictū eſt ſ. in 2. q. princ. non audietur eam intentans poſt concluſionem, quia concluſio in cauſa claudit os parti, c. paſtoralis. in fi. & ibi Io. And. & alij, ſ. de cā poſ. & propri. c. cum dilectus. & ibi habetur, ſupra de fi. inſtr. aut vero intentatur nullitas potius in viam allegationis q̄ exceptionis, replicationis, vel principalis, quomodo poteſt intentari, puta quia nullitas notorie conſtat ex actis: tunc cum notorium nō indigeat forma excipiendi nec forma proponendi, vec vllam penitus formam requirat, cap. ad noſtram. el terzo. ſupra de iureiuran. ſed ſolum indiget allegatione, glo. eſt in cle. appellanti. eo. tit. facit tex. in l. ſi adulterium cum. §. idem Pollioni. ff. de adulte. ideo quando nullitas eſt notoria, dicitur opponi in viam allegationis, & illo caſu, quia poſt concluſionem in cauſa admittuntur allegationes in iure, & ſimilia, q̄ facti diſcuſſione non indigent, auth. iubemus. & ibi notatur. C. de iudi. habetur in l. j. C. vt quæ deſ. aduo. & per do. Anto. in cap. bonæ. el primo, ſupra de poſtu. præla. vbi quando notorium reſultat ex actis, debet iudex ſupplere. vidimus in cap. ex inſinuatione. ſupra eo. non mirum ergo, ſi poſt cōcluſum in cauſa admittitur allegatio nullitatis, quæ notorie conſtat, ſ. ex inſpectione actorum. ita Bal. in cap. cum olim. el primo. ſupra de offi. dele. per notata per Inno. in cap. per tuas. ſupra de teſti. in cap. ex inſinuatione. vbi aliquid vidimus, ſupra eo.

26 † Quarta eſt quæſtio principalis circa ordinem nullitatis proponen. Et primo quæritur, an nullitas requirat aliquem ordinem iudicialem. & dicite ſecundūm co. de Rota deciſ. ſua 336. quæ incipit, Item fuit dubitatum quando de nullitate. ꝙ aut nullitas eſt notoria, & tunc ex quo in notorijs non requiritur ordo iuris, dicto cap. ad noſtram. ideo in tali nullitate ordo non requiratur: & ideo ſi ſententia dicatur nulla, quia continet intolerabilem errorem, venit retractanda abſque alio proceſſu, capitulo, ab excommunicato. ſupra de reſcrip. capitulo, per tuas. infra de ſenten. excom. item ſi ſententia dicatur contra expreſ-

ſum errorem iuris lata, quia talis error patebit ex inſpectione li
brorum, puta etiam ſi contra ſtatutum eſſet lata, illud male in-
terpretando, ita Inn.in c.cum inter.ſ.de conſue.quod eſt intelli-
gendum de ſtatuto notorio, puta in ea ciuitate, in qua eſt factũ,
& ſecundum notata per Bar.in l.cum prolatis.ff.de re iudi. ꝑ Ca
nonitas in c.paſtoralis.ſ.de fi.inſtr.ita ẽt ſi ex inſpectione acto-
rum conſtaret de nullitate,& ſic ex eiſdem actis cõſtaret de nul-
litate, quia tunc etiam eſſet notorium coram eodem iudice, co-
ram quo eſſent facta abſq; alia productione, ꝑ notata per Inno.
in d.c.ex inſinuatione.illo caſu non requireretur alius proceſſus
ſuper nullitate.& faciunt not.per Io.And.& alios in c.cum Ber-
toldus.ſ.tit.j.in l.cum quærebatur.per Bar.ff.de re iud. Imo plus
etiam ſi incontinenti offerret probationem nullitatis, dicendo,
hodie conſtat,hodie agatur,l.ſi is a quo.ff.vt in poſ.leg. alius or-
do nõ expectaretur.ita Rota vbi proxime.aut nullitas nõ eſt no-
toria,& tunc q̃a ſententia huiuſmodi eſt diffinitiua,prout voluit
glo.in clem.fi.in verſi. repulſionem. eo.tit. ideo requiritur ordo
iuris, ſicut in alijs diffinitiuis, 2.q.j.in ſumma. & 2.q.7.§.diffiniti-
27 ua.l.prolatam.C.de ſent.& interlocu.om.iud.†Succedit quæſtio,
an ſaltem requiratur citatio.& dicite ſm Rotã in d.deciſi.& me-
lius deciſ.538.quæ incipit,Item fuit dubitatum vtrum auditor. ꝙ
ſic,ſiue ſit notoria nullitas ſiue non,per ea quæ habentur in d.c.
ad noſtram. el 3. & vidimus in c.cũ ſit Ro. in fi.ſ.eo. vbi firmatũ
eſt,ꝙ ẽt in notorijs requiritur citatio. & facit tex. 3.q.8.c.omnia.
c.caueant. c.Deus omnipotens. 2.q.j. Et ita tenet Imo. in c.cãm.
ſ.de reſcri. licet Io. And. ibi teneat ɔ̃rium, volens ꝙ vbi notoria
eſt nullitas, iudex ſuam ſententiam ſine citatione poſſit retracta
28 re.& mouetur per dictum Abbatis ibi per illum tex.†Sed poteſt
rñderi dupliciter.primo,ꝙ ille tex.loquitur,qñ clarum eſt ꝙ pars
nullam excuſationẽ poſſet afferre nec defenſionẽ, ne ſententia
annullaretur:nam iſta eſt regula,ꝙ licèt pars regulariter ſit citan
da,c.inter quatuor.ſ.de maio. & obe.l.de vnoquoque.ff.de re iu-
di. tñ vbi clarũ eſt parti nullam defenſionem competere, illa nõ
eſt citanda.ita Bar.in l.2. §.quod ſi de frumẽtaria.ff.de admi.re.ad
ciuita. perti.& dixi in d.c.cum ſit Ro.non mirum ergo, ſi in d.c.
cauſam. pars non fuit citata. vel procedit in ipſomet iudice, qui
tulit ſententiam nullam clare: nam tunc ex quo videt clarã nul-
litatem, poteſt ſine alia cauſæ cognitione errorẽ ſuum corrigen
do ſententiam, quam nulliter tulit,reuocare. tex.eſt,& ibi Doc.
maxime Bal. in c. ab excõicato.de reſcrip. vel aliter ibi loquitur
de annullatione reſcripti:vnde ſicut in conceſſione reſcripti Pa-
pa non citat partẽ,c.olim.& ibi Inn.j.de verb.ſig. ita nec in reuo
catione ſiue annullatione eius, per regulã primam. j.de reg.iur.
& l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. quinimo voluit & elegãtius
Rota in deciſ.329.q̃ incipit,Itẽ retẽto themate.ꝙ citatio huiuſmo
di debet eſſe ſpecialis & ſpecificata,ita vt intelligat pars ad quid
citatur,ſicut in alijs citationibus. allegant glo.no.in c.fi. ſ.de re-
ſcrip.in ver.indeterminate. faciunt notata per Bar.in l.aut q̃ ali-
29 ter.§.j.ff.quod vi aut clam. †Succedit quæſtio,an requiratur libel
lus in cauſa nullitatis.& dicetis vos cui dubium ꝙ non?nam ſ.in
2.q.principali firmatum eſt,ꝙ nullitas retractatur officio iudicis.
Sed in officio iudicis non requiritur libellus,glo.eſt in rub.ff.de
interrog. act. & in l.j.§.j.ff.quis or. in bo. poſ. ſed in contrarium
eſt glo.in l.de ſubmerſis.C.de naufra.lib.11. & dictũ Inn.in c.fi.ſ.
de offi.iud. Vnde dicatis ex mente Bal.in l.tale pactũ. §. qui pro-
uocauit.in repet.3.q.14.ff.de pac.& Spec.in ti.de ſen.prola. §.iux-
ta,verſi.quid ergo ſi appellans.& in ti.de libel.concep. §.nunc di
cendum. ad fi.quod aut nullitas incidẽter intentatur,& tunc nõ
intentatur per officium iudicis nobile, & nõ requiritur libellus.
& ita loquatur glo.in d.rubr. & in d.l.j.quas ita intelligit Bart.in
l.nec quicq̃.§.vbi decretum.ff.de offi.procon. Aut vero intentatũ
principaliter nullitas: & tunc ex quo expeditur per officium iu-
dicis nobile,requiratur libellus.& ita intelligitur dictum Inn.cũ
glo.præalle.& faciunt not.per Bar. in d.§.vbi decretum. & hanc
diſtinct. ſequuntur cõiter ſcribentes in c.per tuas.ſ.eo. & pro ea
facit tex. in l.minor magiſtratus. & in l.præfecti. ff. de minor. in
l.in cauſæ.§.cauſa cognita.eo.ti.faciunt notata in auth.ſi omnes.
C.ſi vt ſe ab hære.ab.in c.tum ex literis. & ibi Inno.& alij,de in
integ.reſt. quod dicit d.Ant. in d.c.per tuas. procedere cum gra-
no ſalis, ſ.qñ nullitas intentatur coram iudice ad quem principa
liter:ſecus ſi coram iudice a quo, quia cum ipſe debeat,eſt infor-
matus de facto ſuo, etiam ſine alio libello admittitur petitio, vt
nullitas retractetur ab eo. & facit tex. in c.ab excõicato. ſ.de re-
ſcrip.Et pro illa opi.adducit dictum Spec.in d.§.iuxta. verſi.quid
ergo ſi appellans.ꝙ tñ loquitur,qñ incidẽter coram iudice a quo
petitur retractari nullitas: quo caſu clarum eſt, ꝙ non requiritur
libellus. non autem loquitur,qñ principaliter.hoc modo poteſt
rñderi ad c.ab excõicato.Doct.tñ præallegati indiſtincte loquun
tur,& eadem eſt ratio, vt detur libellus coram iudice à quo,quæ
eſt coram iudice ad quem, quando principaliter agitur, ſ. quia
vtroq; caſu imploratur officium iudicis nobile, ut ſ.in 2.q.princ.
30 †Sed nunquid requiratur [a] litis conteſtatio in cauſa nullitatis? &
a colligendo dicta Bal. in d.§.qui prouocauit. q.3. & etiã Bal.in l.j.
in prin.in 3.col.ff.de fer.& in l.j.C.de or.iud.& notata ꝑ d.An.&
Imo.in d.c.per tuas.ſ.eo.per D.de Rota in d.deciſ.337.Aut agitur
ſuper nullitate incidenter: & tunc quia ſuper incidenti non eſt
lis conteſtanda,c.prudentiam.§.6.ſ.de offi.dele.ideo nec illo ca-
ſu requiratur litis conteſtatio. & not.Pet.in d. verſi. quid ergo ſi
appellans. Aut principaliter imploratur nullitas: & tunc ſi pars
eſt præſens,& illo caſu requiritur litis conteſtatio, ſicut in cauſa
appellationis, d.c.per tuas. & ibi dictum eſt. ſicut & in cauſa re-
ſtitutionis in integ.auth. ſi omnes. & ibi not.C.ſi.vt ſe ab hære.
abſt.Inno. & poſt eum Panor.in c.tum ex literis. ſ.de reſt.in in-
teg.per Bar.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.in 6.col.ff.ex
qui.cau.ma.Et ſicut in officio iudicis nobili,c.fi. & ibi Imo. ſ.de
offi. iud. ideo nõn mirum ſi iſto caſu requiritur litis conteſtatio.
Parte autem abſente: & tunc tenent cõiter ſcrib.non requiri lit.
conteſta.Do.Anto.ſ.& Imo.in d.c.per tuas. & Bar.in ſimili in d.
§.ſed quod ſimpliciter. ɔ̃rium tenet Panor. in d. c.per tuas. & in
ɔ̃rium faciunt no. in c.tuæ. ſ.vt li.non conte. nam fundamẽtum
partis eſt,quia ex quo petendo ſententiam declarari nullam,pe-
titio ſolum dirigitur ad iudicem,& nihil petitur a parte, non de-
ducitur aliquid in cauſa, per quod poſſit perueniri ad miſſionẽ
in poſ.ſuper petito, vel pro quantitate petiti,ſi pars nolit litẽ cõ-
teſtari; ſed illa eſt regula, ꝙ vbicunq; ɔ̃ abſentem non poteſt ve-
niri ad miſ.in poſ. procedi põt ad diffinitiuã, nec litis cõteſtatio
requiritur. ita Bar.in d.auth.ſi omnes. per illũ tex. & ideo cũ hic
non poſſit habere locũ miſſio in poſ. nec litis conte.requiritur,
modo iſtud fundamentum eſt falſum,ſm Cano.per d.c.tuæ. vbi
dato ꝙ nõ habeat locũ miſſio in poſſeſſionẽ, tñ non proceditur
ad diffinitiuã li.non conte.quia adſunt alia remedia ad cogen.li-
tem conte.excõicationis,vt ibi, capturæ, vel indictionis mulctæ
ſi non paruerit,l.conſentaneũ. & ibi per Bar. C.quomodo & qñ
iud.cũ ergo eorum fundamentũ corruat,corruet & ſuperedifica
31 tũ,c.cũ Paulus.j.q.j. †Et ſic erit cõcluſio, ꝙ ẽt ɔ̃ partem abſentem
ſuper nullitate principaliter intentata non procedatur, niſi li.
conte.& ita vr̃ loqui Rota in deciſ.præalle.dũ diſtincte loquitur.
In hac perplexitate congruere vr̃ diſtinctio dñorum relata per
Do.de Rota in d.deciſ.337.ad fi.quã dicunt fuiſſe Rich.de Sali.di-
ſtinguentis: aut ille,qui intentat nullitatẽ,intentat ſolũ remediũ
reſcindens & non reſciſſorium, puta q̃a petit ſolũ retractari ſen-
tentiã,nõ aũt ſibi dari,peti, vel reſtitui: & tunc procedat opi.do.
An.Imo.& Bar.ex quo illa exceptio ɔ̃ certam perſonam proprie
non dirigitur, quia ab ea nihil petitur,ſed a iudice. Aut intentãs
nullitatẽ principaliter intentat, remediũ reſcindens & reſciſſo-
rium,puta petit ſententiam ɔ̃ ſe latam declarari: ecce reſcindẽs,
quia remouet obſtaculũ ſententiæ, attentat & reſciſſoriũ,q̃a vl-
tra id, quod petit ſñiam nullã declarari vel reſcindi, petit aduer-
ſariũ ſibi condẽnari ad centũ iam alias per ſe petita, ſuꝑ quibus
nulliter eſt iudicatũ. Ecce reſciſſorium, ideſt effectũ,qui reſultat
ex reſcindẽte iã facto, & illo caſu ex quo petitio dirigitur ɔ̃ certã
perſonam,& ab ea petitur,requiritur litis conte. & de iſtis reme
dijs reſcindẽte & reſciſſorio,& qñ poſſunt cumulari, per Imo.in
c.fi. ſ.de offi.iudi. Panor.in d.c.tũ ex literis. per Bar.in d.§.ſed qđ
ſimpliciter. in 6.col. & in l.fi. C.ex qui. cau.ma. poſſet tñ illa di-
32 ſtinctio morderi,vt patet ex p̃dictis.†Sed nũquid requirit̃ perẽm
ptoriũ.dicite ꝙ ſic,ſi principaliter intentatur:ſecus ſi incidenter.
ita Rota deciſ.p̃alle.339.quæ incipit,Itẽ retento themate. quia qñ
principaliter intentatur ſñia ſuper hoc lata, habet vim diffiniti-
uæ.glo.eſt in d.clem.fi. & ſententia requirit perẽptorium,qñ eſt
diffinitiua, c.conſuluit. & ibi hr̃. ſ.de of.dele.l.tres denunciatio-
tunc si oĩa illa concurrunt, quia appellans præfixit terminũ ap-
pellationi prosequendæ, iudex a quo & pars appłonẽ approba-
uerunt, puta quia iudex dedit libellos dimissorios, vel reuerẽtia-
les, pars appellata consensit appłoni: & tunc concludũt oẽs hic,
& Spe. eo. ti. §. qualiter. ver. porro appłonem esse ad curiã deuo-
lutam, & ibi tractãdã, per tex. in c. interposita. §. j. a ɔ̃rio. j̃. e. Si nul
lũ istorũ interuenit, & tunc casus etiã est clarus, q̃a cũ nõ adsit as
signatio termini, nec delatio iudicis, nec approbatio partis, non
dẽt appło in curia tractari, sed solum deuoluta erit, vt possit im-
petrari in curia iudex ad quem, qui in partib. cognoscat, non au-
tem in curia cognoscet. tex. est in c. interposita. §. j. & in tex. nr̃o
a ɔ̃rio. Si vero alterum tm̃ istorum interuenit: & tunc aut inter-
uenit tm̃ præfixio termini: & isto casu non est cã tractanda in cu
ria, sed solũ impetrabit̃ cõmissio ad partes, vt dixi reprobãdo gl.
aut interuenit termini ꝑ̃fixio cũ approbatione iudicis a quo, nõ
tñ interuenit approbõ partis appellatę, vel ɔ̃ interuenit termi-
ni ꝑ̃fixio cum approbõne appellati, non tñ interuenit approbõ
iudicis a quo: & tunc est in curia tractanda, ſm Pan. hic, & facit
tex. in d. c. interposita. §. j. põderãdo ibi negatiuã a ɔ̃rio sensu, iux
ta ea quę hñr in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. aut inter
uenit approbatio iudicis sine termini ꝑ̃fixione vel partis appel-
latæ: & tunc vr̃ innuere tex. in d. §. j. in c. interposita. ꝙ cã sit tractã
da in curia, a ɔ̃rio sensu. Si vero loquimur in diffinitiua, eadem ẽ
habenda distinctio, vno excepto, ꝙ delatio iudicis a quo nihil
operatur quo ad diffinitiuam per appłonem ab ipsa diffinitiua:
nã statim interposita appłone a diffinitiua inuitis dentib. iudicis
a quo, appło eius iurisdõnem suspendit, c. non solum. j. rñso. eod.
tit. lib. 6. ideo eius delatio non est in consideratione. faciunt quę
7 hñr in c. cum appel. eo. tit. lib. 6. †Habetis secundo ex gl. vnum ef
fectum, quem operatur termini pręfixio: quia facit, vt cã appło
nis veniat in curia tractãda. Sed vt dixi, glo. cõiter nõ tenet, ergo
effectus nõ bonus. Tres tñ no. effectus assignat hic Panor. quos
operat̃ termini ꝑ̃fixio ab ipso appellante facta. Primus est, quia
purgat suspitionem, quæ poterat resultare ɔ̃ appellãtem, qđ cã
differendi iudiciũ appellaret, iuxta ea quæ hñr in c. cum sit. s̃. eo.
Secũdo, quia ab aduersario non põt ꝑ̃ueniri iste terminus in im
petratione, c. oblatę, s̃. e. Tertius est, quẽ sentit gl. q̃a operatur quo
ad partes vim peremptorij, c. sepe. & ibi vidimus. s̃. eo. Et iõ ex ꝑ̃
dictis hẽtis elicere, q̃ dẽat esse forma perẽptorij sine mandati, ꝙ
dat̃, qñ appellatũ est ad curiã: nã illis casib. in quibus cã appłonis
venit in curia tractanda, non sufficit dare mandatũ ad impetran
dum & ɔ̃dicẽdũ, sed dẽt apponi, & prosequen. imo appellato pe-
tente, vbi est ab interlocutoria appellatum ad curiã, ita ꝙ cã ve-
nit in curia tractãda, tenet̃ appellãs vel venire vel dare mandatũ
ad ꝓsequẽdũ ẽt negotiũ principale, c. j. §. post hæc. e. tit. li. 6. & su-
per negocio principali vel venire vel mittere cũ instructione, d.
§. post hęc. ita Imo. & Bal. hic. vbi aũt cã nõ est in curia tractãda,
tunc sufficit mittere procu. ad impetrandũ & ɔ̃dicẽdũ, d. c. inter-
posita. §. j. est tñ vnus casus, in quo appellatio licet de nã sui & ex
ipsa interpositione vel aliquo præmissorũ non veniret tractãda
in curia, tñ ex accidenti ibi tractanda esset: puta, appellans iura-
uerit, ꝙ hẽt suspectos iudices in partib. ꝑꝑ ꝑhorrescẽtiã aduersa
rij, quaꝑꝑ petit vt causa in curia tractet: isto casu tractabitur cã
in curia, quia non põt consequi iustitiæ complementum. ita hic
Do. Ant. & in c. veniens. in pen. col. de renun. & hic Panormita.
ita Rota decisio. sua xlij. quę incipit, Item si peteretur. & sic no-

tate extensionem ad c.statutum.§.j.de rescrip.li.vj.Sed quia di-
ctū est in tex. ꝙ si procuratorem cū minus legitimo mādato mi
serit appellans, ꝙ reputabitur contumax & condemnabitur in
expensis: pone, ꝙ appellatus in curia prosequitur appellatio-
nē non obstante absentia aduersarij, put potest, vt vidimus in c.
p tuas.s̄.eo.nūquid illo casu cōdēnabitur in expensis appellans.
& gl.in ca.j.in verbo, defecerit.de electio.lib.vj. videtur conclu-
dere quod sic. In contrarium tenet Ioan. And. ibi in nouella,
seipsum declarans. & tex. tenet, Panormi.quia ex quo non ob-
stāte absentia appellātis, vel minus legitimo mādato proseqtur
appellationem, nō habet quid conqueratur de contumacia ad-
uersarij, & ideo non debebit ea contumacia mulctari in expēsis:
bene fatetur, ꝙ in fine causę veniet condemnandus tanq̄ teme-
re appellans, sed non vigore contumacie, & sic habes limitatio-
nem ad ea quę habent in c.ij.de dolo & contu.lib.vj.in l.sanci-
mus.C.de iud.in c.querelam.s̄.de pcu.dum concludit ibi, ꝙ pro
sua singulari contumacia quis est condēnādus in expensis, Sed
nunquid ɔstitutus pcurator ad impetrandū dicat pcurator iu-
dicialis, an extraiudicialis.& dic ꝙ dicit extraiudicialis, fm Imo.
hic, & Io.And.per ea quę habentur in c.ex parte decani.s̄.de re-
8 scri.† Sz nunqd hic pcurator ad impetrandū, si in curia oppona
tur ꝙ causa debet ibi tractari, & sic nō hz legitimū mandatū, vt
hoc tex.poterit super illo articulo, an causa sit tractanda in curia,
vel ne, cōparere. Et dicit Spec.in tit.de pcura. §.vt autē.ver. sed
pone.& Imo.& Pan.hic ꝙ sic, per ea quę habent in c.cum olim.
9 el j.s̄.de offi.delega.† Sed pone, ꝙ pcurator est datus ad impetrā
dum & prosequendū, & nō psequitur, nūquid fiet preiudicium
domino. & dic secundum Imo. ꝙ sic, quia est quid ei imputetur
quare negligentem procuratorem eligit, c.j.s̄.vt li.non conte-
sta.faciūt notata per Bar.in l.j.§.si procurator.ff.si quis ius di. nō
ob.habetur in c.cum mādato. ff.de min. Et sic habetis inferre, ꝙ
licèt expresse renunciando procur. nō possit preiudicare dño in
causa appellationis, prout voluit Bald.in l.fi.§.fi.C.de temp.ap.
tamen tacite negligen.potest preiudicare domino etiam quo ad
desertionem appellationis.& ita tenet Ang.& Imo.in his termi
nis in l.ab executore, ad fi.ff.eo.& faciunt quę vidimus in ca. ex
10 ratione.s̄.eo.quę notat Bal.in c.ex parte, circa fi.s̄.de rescri.† Sed
nunquidprocur.ad audiē. sententiam poterit appellare. & dicit
11 hic Bal.ꝙ non.allegat Archi.2.q.vj.c.non solet.† Sed nunquid da
tus pocur.ad litem contestan.poterit appellare.& dicit hic Bal.ꝙ
sic, per tex.quē dicit singularem ad hoc in l.qui procur.dat.ff.de
procur.dum vult, ꝙ datus procur.ad lit.contestationē potest etiā
alia iudicialia facere.ergo & appellare sicut procurator datus ad
12 iudicium. l.inuitus. C.de procura.c.non iuste.s̄.de procu.† Sed
nunquid negotiorum gestor poterit appellare.& dicite ꝙ nō va
lebit appellatio, nisi dominus ītra tempora ad appellandū ratum
habuerit, l.liberto.§.fi.ff.de neg.gest.iuncta l.bonorū.ff.rem ra.ita
Bal.hic, & est.glo.in c.vt circa.in ver.adherentes. de electio.li.vj.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus non potest esse in iudicio sine authoritate tutoris.*
2 *Appellare tertio ab eadem sententia non est permissum.*
3 *Sententia dicitur interlocutoria, quando pronunciatur super articulo iuris.*
4 *Sententia quod tertio prouocari non potest, est interlocutoria, non diffinitiua.*
5 *Causa, quæ vertitur inter meros laicos subditos ecclesiæ, & Papa eam delegat, quam qualitatem personarum requirat.*
6 *Iterum dictio, quandoque bis, quandoque pluries importat secundum subiectam materiam.*
7 *Appellare tertio non licere, qualiter hæc verba sint intelligenda.*
8 *Appellare tertio ab eodem grauamine & eadem parte, quando liceat.*
9 *Appellari pluries an possit vna voce.*
10 *Appellatio secunda nil operatur, quia primæ statur.*

CAP. LXV.

SVa. Ab eadem sententia tertio non licet appellari.
h.d.& concordat l.vnica.C.ne lic.tertio.prouo
ca.Diuiditur in tres partes. In prima ponit impetra-
tionem super cā.tertiæ appellationis.In secunda ibi;
cumq; R.ponit interlocutoriam dictam. impetrationem annul-
lantem.In tertia, nos prædicto.ponit mandatum Papæ ipsam in
1 terlocutoriam confirmans & exequens.†Nota primo ibi, per tu
torem. ꝙ pupillus non pōt esse in iudicio sine auctoritate tuto-
ris.facit l.clarum.C.de auth.præstan. & quod habetur in c.fi. de
iud.in 6.& aliquid in c.ex parte M.j̄.eo.Nota ex tex. ibi, corā iu-
dice Tuscanen.ꝙ qñ causa vertitur inter meros laicos; & agitat
coram iudice seculari in terris subiectis Papæ, appellatur ad Pa-
2 pam.facit c.si duob.s̄. eo. †Nota ex tex.ibi, quæ bis iuncta decis.
ꝙ ab eadem sententia non est permissum tertio appellare: & iō
latis trib. sententijs conformibus executio venit fienda absque

3 alia exceptione, cle.j.de sen.& re iud.†Nota etiam ex tex.ibi; in-
terlocutus fuit. ꝙ qñ pronunciatur super articulo iuris, illa sñia
dicitur interlocutoria.ita hic Bal.nam pronunciare ꝙ non est li-
citum tertio prouocare, est super articulo iuris, & tūc hæc appel
4 latur interlocutoria sñia.†Nota ex tex. ibi, non potuisse de iure.
fm eundem Bal.ꝙ licet per sñiam, qua pronunciatur non posse
appellari, finis imponatur causę, l.vnica. C.ne lic.tertio prouoc.
tamen illa sñia, ꝙ tertio prouocari nō pōt, est interlocutoria, nō
diffinitiua: faciūt quę hñr in cle.fi.de ap.& dic ꝙ ē interlocutoria
mixtam naturam hñs, s.effectum diffinitiuę, vt voluit Rota deci.
sua 88.quæ incipit, Item si a pronūciatione. sicut in simili de sñia
qua pronunciatur applōnem desertā. & Rota decis.420. quæ in-
cipit, Item si a diffinitiua. & Bal.in l.2. C.de episco.aud. & in l.si
5 ples quasi desertā. C.qūo & qñ iudex. † No.ex tex.ibi, P.& eius
collegæ, iūcto tex.s̄.ibi, obtinuit delegari.ꝙ licet delegōnes apli-
cę per decre.statutum.in prin.de rescri.in 6. debeant fieri solum
in dignitate constitutis, vel canonicis ecclesiæ cathedralis, tñ qñ
cā vertitur inter meros laicos subditos ecclesiæ; si Papa delegat
causam, non requirit eam qualitatem personarum, quibus fiat
delegatio, quæ requiritur in d.c.statutū. Et ideo laicis tales cau-
sas Papa delegat, vt hic, quod an hodie procedat, vr̄ dubium: nā
Spec.in titu.de deci.§.j.ver.quid si delegatus.& Inn.in d.statutū.
quod olim incipiebat, præsenti.tenent hodie hāc decre. esse cor
rectam per illam decre.statutum.Sic etiam in simili olim non re
quirebatur, ꝙ essent in dignitate iudices delegati a Papa, c.cum
olim.ibi, F.Monacho Alcobacię.el 2.j̄.de priui.habetur in cle.&
si principalis.j̄.de rescriptis. Et tamen hodie reperitur correctū
d.decr.statutum.& cum decre.illa generaliter non aperiens ma
gis de causis clericorum quàm laicorum, ideo generaliter de-
bet intelligi, c.quia circa.j̄.de priui.& facit ratio, de qua per gl.in
d.c.statutum.in prin.in ver.canonicis.nam propterea delegatio
Papę non sit, nisi constitutis in dignitate vel canonicis ecclesię
cathedralis, quia videt indignū, ꝙ personę inferioris status per-
sonā Papę repñtēt: quę quidem ratio ita hz locū in delegatione
facta inter meros laicos sicut etiā in delegatione facta inter cle-
ricos.In ɔtrariū facit, quia iuriū correctio est euitañ.c.cū expe-
diat.de ele. li.vj. Sed tex. noster pmittit delegari cām laicorum
meris laicis, etiā qñ delegatio sit a Papa: ergo non dicemus hāc
decre.correctam per decre. statutū. Nec obstat simile de c.cum
olim.quod hodie corrigitur, quia diuersa est ratio: nam qñ dele-
gatio fit inter clericos, quia clerici tractare non possunt cās agē-
do, quas etiam iudicando tractare nō pñt, c.sñiam sanguinis. &
ibi habetur.j̄.ne clerici vel mona.ideo Papa de necessitate puui-
dit, & iusta fuit puisio, ꝙ tales cāæ nō delegent nisi clericis in di
gnitate constitutis, vel canonicis ecclesiæ cathedralis: quia cum
inter clericos nō possit litigari de cā sanguinis, ideo in ea gene-
ralitate, ꝙ cāæ clericorū committunt clericis in dignitate, etiam
non venit aliquod absurdū, vt de cā criminali clerici habeant co
gnoscere: quia cū illa generalitas loquat tm̄ de clericis litigātib.
& inter eos nō possit eē iudiciū sanguinis: ergo nec in cōmissio
ne veniet tale iudiciū & sic gñalitas illa nō trahetur ad absurdū.
Sed si intelligemus decre.statutū.loqui etiā in laicis inter se liti-
gantib.posset sequi absurdum, quia inter laicos pōt bene esse li-
tigium sanguinis, & in generalitate illa videtur Papa mandare
absurdū, dū vult ꝙ fiat delegatio clericis in dignitate constitutis
gñalr, & aliter non valeat, quia vr̄ mādare vt etiā de iudicio san-
guinis fieret delegatio clerico, ꝙ nō est dicendū: posset.n.esse, ꝙ
laici iudiciū sanguinis inuicē herent. Non ob.qđ dr̄ de generali-
tate ca.statutum.quia gñalitas illa restringit ad idoneitatē, l.j.C.
de sacrosan.eccle.l.vt gradatim.§.sed si.ff.de mun. & hono.ideo
intellegitur tātū de illis, de quib.verisilr pōt loqui, s.de causis cle
ricorū per supradicta: & quia inhonestū est, vt clerici negotia lai
corum tractent siue iudicia, c.te quod.11.q.j.& faciunt no. p Do.
Ant.in c.2.s̄.de iu.& hanc opi.firmat hic D.Ant.& Pan.Io.And.
dicit seruandū quod curia seruat, nec in iure firmat pedes.Imo.
fœdere distinctionis cōcordat opi. aut loqmur de causis laicorū
tpalib.& tūc delegatio ēt fiat laicis, vt hoc tex.aut loquimur de
causis laicorū, sed spūalib.puta in vinculo matrimonij: & tunc
fiat delegatio clericis, iuxta formā c.statutū. & procedat opi.In-
noc.& ita si causa esset mixta inter vnum laicum & alium cleri-
cū; quia isto casu magis dignū trahit ad se minus dignum, & sic
cā iudicabitur potius vt spūalis q̄ vt laica, iuxta gl.in c.vnico, cir
ca fi.de iure patro.lib 6.c.quod in dubijs.j̄.de consecra.eccle. vel
6 alta. † Glos.in verbo, iterum.in fine, habetis no. glos. secundum
Bald.& alios, ꝙ ista dictio, iterum, quandoq; bis importat, qñq;
pluries, fm subiectam materiam.& faciunt quæ habentur in l.si-
deicom.§.si quis decem ff.de lega.3.in l.veluti. ff.de eden. in l.p
salutem. & ibi p Bal. ff. de iureiur. Et ideo infert hic Bald.quod
si in

si in compromisso dicatur, q arbiter possit prorogare terminū semel & iterum, q illo casu non poterit prorogare nisi bis, nec poterit in immensum excedere prorogationem termini: imo si diceretur, q possset prorogare toties quoties voluerit, illo casu licet facultas prorogandi sit in eum remissa, & habeat latas habenas, iuxta notata per Bal. in c.j. in prin. tit. quo tpe mil. tñ non poterit vltra tres menses terminum prorogare, vt voluit Bal. in l.j. C. vt in poss. leg. Sed melius loquitur Bal. in c. fi. s. de consue. dicens, q illo casu non poterit prorogare nisi vsque ad quantitatem primi termini in compromisso assignati. & facit tex. in c.2.5.q.2. facit quod notat Ioan. And. & post eum Imo. in c. nonnulli. s. de resc.

7 †Gl. in verbo, tertio appellare. in fi. habes primo ex glos. qualiter intelligatur quod dici solet; non licere tertio prouocare, quia intelligitur ab eodem grauamine & ab eadem parte, sed a diuersis grauaminibus quoties grauatur, toties prouocare poterit, 2. q.6. c. quoties. & vidimus in c. directę. s. e. item diuersæ partes poterunt plusquàm bis appellare, quia actor bis appellabit, & reus bis. & sic consideratis simul omnib. partib. quatuor erunt appellationes ab eodem grauamine, & non vltra: tñ si actor bis appellabit, & reus postea appellet, licet actor nolens tertio prouocare, non fuisset auditus ex seipso, tñ beneficio rei appellantis poterit ipse aduersus hanc tertiam sñiam, a qua reus appellauit, si in aliquo fuit grauatus, insistere ad tetractationem eius, & sic in directo obtinebit quod tertio impugnabit sñiam. ita Bal. & Imola hic, & faciunt quæ vidimus in d. c. directę. & quæ hñr in ca. ex parte. s. de rescri. & dixi in c. ex ratione. in simili, qñ ab appellante deserta est appellatio, s. eo. & hoc pp ęquitatem, l. petendæ

8 C. de tẽpo. in integ. restitu. pet. †Sic ergo facite regulam ſm gl. & tex. hic, q non licet tertio prouocare ab eodẽ grauamine, & eadem parte. & concordat tex. in d. c. si quis in quacunque. 2. q. 6. & in l. vnica. C. ne lic. tertio puo. Fallit primo, qñ beneficio aduersarij a tertia sententia appellantis actor, qui bis appellauerat, p indirectum admittitur, vt proxime dixi. Secundo fallit parte nõ opponente, q bis fuerat prouocatum: nam isto casu si tertio prouocauit, & pars non opponat, valebit appellatio, & sic nõ est ipso iure nulla tertia appellatio, sed demum parte opponente. ita Bal. hic, qui dixit hunc tex. ad hoc esse singularem, qui nullibi hoc innuit nisi ibi, interlocutum esset. & ibi etiam male hoc sentit. faciunt no. per Do. Ant. & Bal. in c. super literis. s. de rescri. In 9rium est gl. in cle. si appellationem. eo. ti. licet Inn. ibi in 6. colū. tenet primam opi. Tertio fallit, qñ princeps ex certa scientia cõmitteret causam applonis, & hoc appareret: nã isto casu valeret commissio. ita Bal. & Imo. hic. Et faciũt quæ hñr in cle. & si principalis. de rescri. in c. pastoralis. §. præterea. s. de offi. dele. in ca. ex multiplici. j. de deci. in c. ad hec. & in c. cum ordinem. s. de rescri. Et hoc casu transibit in priuilegium, nõ autem erit rescriptum, vt volunt Docto. maxime Do. An. in c. j. in intellectu illius tex. s. de rescri. Quarto fallit, qñ in viam priuilegij princeps vel generaliter vel specialiter alicui hoc pmitteret, quia cum illud sit de iure positiuo, q non liceat tertio prouocare, princeps hoc potest tollere, per ea quæ no. Inn. in c. q in ecclesiarũ. s. de consti. hr in l. fi. C. si con. ius vel vtil. pu. faciunt notata per Bal. in d. l. vnica. C. ne lic. tertio prouoc. Et ita tenet hic Imo. subijciens hoc procedere in priuilegio, sed in rescripto ad lites in dubio, nisi appeat ex certa scientia, tale rescriptum erit subreptitium, & non valebit, ex quo committit tertio causam appellationis. & facit ratio, quia in impetratione rescripti in causa applonis de applone est habenda mentio: alias rescriptum erit subreptitium, c. ex parte. ibi no. s. de rescrip. vidimus in capitulo, bonæ. in cap. oblate. s. e. in c. bonæ. vbi habetur. j. de confirma. vti. Quinto fallit, quando in rescripto esset clausula, non obstante quod bis sit prouocatū. nam tunc talis clausula, non obstante. habet vim priuilegij, & clausulæ ex certa scientia. ita Bal. in l. fi. j. col. C. sentẽtiam rescin. non pos. Sexto fallit, quando vna vocis prolatione ter vel quater vel millies appellatur, puta dicendo, appello millies a sententia vestra. nam iudicatur tantum pro vna. tex. est in ca. Lotharius. 21. q.2. & etiam vult gl. hic in fi. Septimo fallit, quãdo Papa in rescripto dedisset priuilegium, vt posset libere appellare: nam tunc vt priuilegium aliquid operetur, intelligitur libere possit appellare, idest vt etiam tertio appellare possit. Do. Anto. in c. j. in prima charta, de rescrip. quod dictum est notabile, si est verum. Octauo fallit, quando vno contextu scripturæ appellationis pluries appellatur, puta dicendo, appello appello appello. nam illo casu p vna censetur, iuxta gl. in simili in l. 4. ff. de pigno. act. faciunt notata in cle. j. eo. titu. & voluit hic Pan. voluit Imo. post Do. Ant. in c. dilecto. ad fi. s. eo. faciunt notata per Bart. in l. cum procura. § j. & ibi Imo. ff. de ope. no. nunc. de nullitate tamen vltra quam tertio poterit opponi. ita Spec. in tit. de exce. §. nisi. ver. intelligitur.

9 & ideo cautius est dicere sententiam nullam. † Sed quia videtis glo. hic velle, quòd vna voce pluries potest appel. reuocat hic in dubium Pan. nunquid appellari poterit, & aliquid operet ipsa geminatio, etiam si super appellatione non sit appellatum. & articulũ late prosequitur Do. Ant. & Imo. post Inn. in ca. dilecto. ad fi. s. e. ponit Abbas antiquus, & Io. And. in c. bonę. s. eo. Card. in cle. j. §. simili. de sen. & re iud. Gem. post gl. in c. si is cui. de offi. dele. lib. 6. ponit Bar. in l. cum procur. §. j. & ibi Ang. & Imo. ff. de ope. no. nunci. Imo. in l. j. §. libelli. ff. e. ti. Bar. in l. applone. vbi notabiliter, & in l. si libellos. & ibi Ang. & Sal. C. eo. ponit Bal. in c. j. §. sancimus. in j. & 2. col. tit. quo temp. mil. in vsi. feu. Bal. in addi. ad Spe. eo. titu. col. 7. in addi. quæ incipit, sed pone q quis. & posui s. in commento Rubricæ. Archi. in §. biduum. versi. aduersus. 2. q. 6. & sunt tres opi. prima fuit opi. Inn. in d. c. dilecto. quam sequitur Io. An. post Abb. in d. c. bonæ. q si appellaui a grauamine, puta prima die latæ sententiæ, q postea infra 10. dies a tempore latæ snię potero geminare appellationem, & iterum appellare ab eodem grauamine, & q plus est, potero vtrãque prosoqui. & hæc opi. licet cum aliquali distinctione, magis placet Bal. in d. l. appellatione. Secũda fuit opi. in d. l. cum procurat. §. j. quam etiam tenuit Ang. in d. l. si quis libellos. & ita Ludo. de Ro. respondens ad contraria in consi. 41. incip. In dei &c. in pręsenti consultatione, qui tenuit, q præsupposita validitate primę applonis, si geminauero appellationem intra tempora 10. dierum, nihil valebit secunda, quia non habet quod operetur. non enim potest dici, q sententiã infringat, quia per primam est rupta, l. furti. in princi. ff. de his, q no. infa. l. 2. ff. de pęn. l. j. §. fi. ff. ad Turp. non etiam deuoluit, quia per primam iam est deuoluta. & facit quod in simili dr in l. si vnus. §. pactus ne peteret, vbi in simili de pacto de non petendo, in gl. magnã. ff. de pac. sed Bal. in d. l. appellatione. & in d. §. sancimus. dixit, q Bar. vehemẽter errauit: nam est certus effectus, quem põt operari ipsa secunda appellatio, s. quo ad tempus prosequendę app. quia incipit currere a tempore interpositę appellationis, cle. sicut, eo. tit. ideo pone primam applonem prima die latæ sententiæ interpositam, secundam 10. die interpositam, iste per secundam appellationem lucrabitur 9. dies saltem, quia processus appellationis poterit durare 9. dieb. plus quam durasset processus primę applonis. Præterea fallitur Bar. quia appellatio non extinguit pronunciatium, sed suspendit, ca. venientes. s. de iureiuran. de quo dixi in Rubrica. Sed semel suspensus poterit iterum suspendi, c. ita quorundam. j. de iudę. ergo licet snia sit suspensa per primam applonẽ, nihil obstabit, quo minus suspendatur etiam per secundam. Tertia fuit opi. Ang. in d. l. cum proc. §. j. & Do. Ant. in d. c. dilecto. qui dicit, q per secundam appellationem vr renunciatum primę, sicut in simili per ſm procuratorium reuocatur primum, l. si quis procuratorio. §. fi. ff. de procur. c. si quemquam, de procura. lib. 6. per ſm testm̃ reuocatur primũ, l. cum in secundo. l. posthumus. ff. de iniuſ. rup. test. §. posteriore. Insti. quib. mo. test. infir. & clarum est, q applone interposita potest libellum suum emendendo vel mutando renunciare intra tp.i. l. si quis libellos. C. eo. faciunt quæ videbimus in c. interposita. §. ille deniq; j. e. ſm Bar. in d. l. cum procu. §. j. quẽ sequitur Ang. in l. si quis libellos. C. eo. & Bal. in add. ad Spe. eo. ti. ver. sed pone.

10 †Facite rẽam, q secunda appellatio nihil operatur, sed stamus primę, & ideo geminatio est superuacua. Fallit primo, qñ fuisset appellatum minus solenniter in prima appellatione, quia secunda applo illo casu valet, & prodest geminare. Intelligimus. n. de appellatione valida, cum de applone loquimur, l. si iure. in prin. ff. de le. 1. ita Bar. in d. l. cum procur. §. j. Secundo fallit, si appellatum est primo viua voce, & postea geminatur applo, quia in scriptis appellat. Nam isto casu geminatio hr pro vna applone, & ideo vз sicut in simili in testamen. ita Bar. vbi s. & Do. Anto. in c. dilecto. ad fi. s. eo. qui intelligit hoc verum, nisi ex coniecturis aliud appareat, puta ex diuersitate diei annotata in applone: nam tũc apparet, q noluit esse vnum tantum actum bis iteratum, sed voluit duos esse diuersos actus. Tertio fallit, qñ esset appellatũ primo viua voce cum protestatione de appellando in scriptis: nam illo casu vt actus plene interpretetur in fauorem appellãtis, interpretamur hanc appellationem fuisse condõnalem. s. appello viua voce, si in scriptis non appellauero. & ideo secunda applo tanq̃ purificata cõdõne valebit, & resoluet prima. ita Imo. notabilr in l. j. §. libelli. ff. e. in l. cũ pcu. §. j. ff. de ope. no. nũc. Et iõ cautela est, qñ prima applo interponitur, q fiat protestatio de appellãdo scd̃o loco: & illa protestõ facit primam applonẽ cõdõnalẽ, vt appello, s. si secundo nõ appellauero. & est vtile pp lapsum fatalium, vt s. declaraui ex mente Bal. Quarto fallit, si applo fuit interposita ab interlocutoria, secũda aũt a diffinitiua, ita tñ q i applone a diffinitiua deducat grauamẽ interlocutorię, a qua fuerat

appellatū:puta ſm mām c.ſi.eo.titu.lib.6.Iſto caſu,& ſecunda appellatio & prima valebunt.& tñ idem grauamen in vtraque deductum eſt.ita Ang.in d.l.ſi quis libellos. & Bal.in l.generaliter. §.j.C.de re.cre.& iureiur.faciunt notata per Imo. in d.c.dilecto. Quinto fallit, quotienſcunq; ex diuerſa cā,ſed ſuper eodem grauamine,vtraq; applo interponitur: nam tunc & prima applo valet,& ſecunda,& eſt vtile,pp ea quæ hñr in clem.appellanti.eo. titu.Ita voluit Bal.in d.l.appſone.C.eo.& in l.2. C.de epiſco.au. facit gl.in c.ſi is cui.in verbo,durante.de offi.deleg.lib.6. & dixi abunde in c.vt debitus.s.eo.Sexto fallit,qñ interponitur appellatio ad diuerſos iudices:nam prima iterpoſita ad vnum iudicem ſi alia geminetur ad alium iudicem ab eodem grauamine, valebit ſecunda & non prima. iſte eſt caſus ſm gl. & ibi cōiter ſcrib. in l.ſi quis libellos.voluit Do.Anto.in d.c.dilecto. Septimo fallit,qñ prima appellatio eſſet interpoſita ab interlocutoria, ſecūda a diffinitiua: nā per ſecundam non abſorbetur prima,ſed pōt vtraq; proſequi ſicut in præcedenti limitatione,qñ a diuerſo grauamine.ita Bal.in l.generaliter.§.ſed iuramento. C.de reb.cred. & iureiuran.Vltimo fallit, qñ eſſet interpoſita appellatio expſſe ad finem renunciandi primæ:nam tunc poteſt & valebit ſecunda,d.l.ſi quis libellos.ſm alium intellectum. & voluit Do. Ant. Imo.& Pan.in d.c.dilecto.& hic Panor.Tñ hoc tene menti,ꝙ ad hoc vt geminatio aliquid operetur,requiritur ꝙ intra tpa 10.dierum fiat a die ſententiæ.ita Bal.in d.l.appellatione. & notāt oēs in locis in prin.quin.quæſtionis allegatis. Item aliud requiritur, ꝙ fiat antequam iudex dederit libellos dimiſſorios,ſiue reuerentiales.ita Bal.in l.eos.§.apoſtolos.in 2.col.C.eod.nam poſt datos apoſtolos dimiſſorios vel reuerentiales non poterit a modo geminari appellatio,cum iudex a quo ex toto careat iuriſdictione, ideo ſecundæ appellationi deferre non poſſit,c.cum appellationib.& c.j.eo.titu.libro 6.Secus dixit Bal. ſi dediſſet refutatorios libellos iudex a quo:nam cum poſſet reuocare hos libellos, vt habetur in d.c.cum appellationibus.& c.ſi a iudice,coram eo poterit geminari appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellari de ſubdito vel delegato epiſcopi ad archiepiſcopum non debet.*
2 *Appellatione interpoſita ad archiepiſcopum vel epiſcopum,poteſt cognoſcere eius officialis.*
3 *Appellationem debere gradatim ad iudicem interponi,quando ſit verum.*
4 *Appellandum eſt,poſtquam iudex denegauit exceptionem admittere,& non ante.*
5 *Iudex qualiter pronunciare debeat in cauſa appellationis ſuper attentatis.*
6 *Attentata duplici via reuocantur.*
7 *Attentatorum retractatio an fieri debeat ante determinatam cauſam appellationis.& nu.8.*
9 *Appellandum eſt gradatim tam de iure ciuili quam canonico.*
10 *Delegatus ſi ſubdelegat in totum vices ſuas, non eſt ad ipſum ſubdelegatum appellandum, ſed ad primum delegantem.*
11 *Appellandum nō eſt a vicario epiſcopi ad ipſum epiſcopum,ſed ad ſuperiorē. Limita vt nu.12.& 16.*
13 *Præfectus prætorio non habet ſuperiorem, ad quem poſſit appellari de ſuis ſententijs.*
14 *Appellari nunquid poſſit a ſententia delegati vicarij epiſcopalis ad ipſum epiſcopum.*
15 *Appellari an poſſit a ſententia delegati ab epiſcopo ad vicarium eius.*
17 *Supplicari an poſſit de ſententia vicarij ad epiſcopum, aut econtra. & numero 18.*
19 *Sententia vicarij an coram epiſcopo nulla dici poſſit.*
20 *Iudex an ſuam interlocutoriam reuocare poſſit.*
21 *Appellatio ſimpliciter interpoſita an valeat,nullo iudice expreſſo.*
22 *Appellatio hoc modo interpoſita, appello ad maiorem, & coram quo poſſit proſequi,an valeat.*
23 *Appello ad iudicem competentem, an valeat hæc appellatio.*
24 *Appellatio alternatiua reſpectu iudicum,an valeat.& nu.25.& 26.*
27 *Appellari ad Papam an poſſit omiſſis medijs.*

CAP. LXVI.

1 Dilecti. De ſubdito vel delegato epi ad archiepm appellari non debet.hoc dicit,ſm Io.And. vel pinguius ſm Pan. Appellatio omiſſo medio interpoſita,cauſam non deuoluit, ſi de hoc excipiatur. h.d.Diuiditur in duas partes.In prima querela.Secunda dat iudices.ſecunda ibi,quo circa.Nota primo tex.ibi,gradatim.ꝙ appellatio eſt gradatim interponenda per ſingulos gradus & ordines
2 iuriſdictionum de minore ad maiorē,& latius dicam in gl.†Nota ex tex.ibi,officialis archiepiſcopi.ꝙ interpoſita appellatione ad archiepiſcopum vel epiſcopum,poteſt cognoſcere eius officialis.& dicitur officialis epiſcopi ille,qui eſt vicarius generalis. vicarius autem in ſpiritualibus, nec etiam vicarius foraneus, nō dñr proprie officiales, ſed delegati ad vniuerſitatem cauſarum, gl. eſt no.in cle.ſi principalis.in verbo,officialis. & ibi no.de reſcrip.& eſt ratio,quare cognoſcit vicarius de applone interpoſita ad epm,vel archiepm,quia appellatio vr interpoſita ad tribunal ſuæ iuriſdõnis,& vicarius eſt idem tribunal cum epo,ca.2.de conſue.lib.6.& eandem hēt iuriſdictionem per oia, c.j.de offic. vic.lib.6.& c.j.de offi.ordi.lib.6.ideo non mirum,ſi de applonib. huiuſmodi cognoſcit.faciunt quæ habent in ca.Romana.§.j.eo. tit.lib.6.& ideo cum capitulum ſede vacante ſuccedat in iuriſdictione epiſcopi,c.cum olim.s.de maio.& obe.c.vnico,de maio. & obe.lib.6.appellatione interpoſita ad epiſcopum vr ꝙ capitulum ſede vacante poſſit cognoſcere, & ita vicarius capituli.& p hoc facit gl.no.in cle.2.in verbo,epiſcopi.de reſcri.q voluit ꝙ ēt in exorbitantib.prout eſt illa cle.appellatione vicarij epi contineatur vicarius capituli ſede vacante.& ſequitur ibi Zab.& etiā Car.licet Do.Anto.& Imo.dicant in exorbitantib.non procede
3 re, quia eſt odioſum.†Nota ex tex.ibi,exceptionem.quod id qđ dr,ꝙ appellatio dēt gradatim interponi ad ſuperiores, alias non valet: illud eſt verum parte exceptionem opponente: & ideo ſi pars non opponeret exceptionem, vel oppoſita exceptio eſſet & non admiſſa,& a tali non admiſſione non appellaret,appellatio interpoſita per ſaltū,& ſic omiſſo medio valeret, vt hoc tex. qui ponderat appellationem & exceptionem,quia exceptio nō
4 admittebatur.†Nota ex tex. ibi, denegabat.formam appellandi quando exceptio opponitur,quia non ſtatim eſt appellandum, antequam deneget exceptionem admittere,ſed debet appellare poſtquā denegauit admittere, & non prius,quia appellare eſſet appellare a futuro grauamine,quod nō admittiř in iudicialibus. ſimilem tex.habemus in c.dilecto.s.e. & dixi de hoc articulo in
5 c.vt debitus.& c.cum ceſſante.s.eo.† Nota ex tex.ibi,nō tenere. formā qualiter iudex ad quē pnūciat in cā appellationis ſuper attentatis: quia pronunciat ea non tenere. & ideo dixit hic Hoſti.& poſt eū alij,ꝙ tuta eſt practica petere expſſe i libello appellationis attentata reuocari, quia tūc iudex tenebitur pronunciare ſuper eis expreſſe:non tamen ſm Imo. hic,& alios eſt neceſſariū hoc petere, quia interpoſita ſimpliciter appellatiōe,licet nō petatur reuocari attentata in libello,tamē acceſſorie iudex in cā appellationis ea reuocabit, l.cū ex cā.ff.eo.c.ſignificante.s.e. c.exhibita.s.de iud.ſi tamen particulariter in libello vnum vel duo attentata petanť reuocari,& iudex pronunciet,vel pro ipſo appellāte reuocādo attentata,vel contra eū,ſententia iſta nō preiudicabit in alijs attētatis,de quibus non eſt habita mentio. ita Inn.hic,& poſt eū Imo.facit l.cū queritur.ff.de except.rei iu.
6 †Et ſic ex pdictis habetis,ꝙ attentata duplici via reuocantur.primo principaliter implorādo offm iudicis ſuper retractatione attentatorū,vt nota.in c.nō ſolū.eo.ti.li.vj.vidimus in c. bonę.s.e. & notat Io.An. in c.cū teneamur.s.e.ſecūdo acceſſorie,ſ.poſt appellationē iterpoſitā deducēdo attētata in pſecutiōe appellationis.& no.Rota in deciſ.ciij.quę incipit,Itē ꝙ attentata,& notat hic Hoſti.poſt Innoc. imo poſſet appellatione interpoſita omittere pſecutionem eius, & ſolū ſuper attentatis inſiſtere dūmodo pbet appellatū feciſſe diligētiā in pſecutiōe attentatorū,c. ſolicitudinē. s.e.habetis in c.Romana.§.ſi vero.eo.ti.li.vj. ita h c Inno. & iō infert ad notabi.q.poſt eum Imo. pone lata interlocutoria,a qua eſt appellatū,iudex a quo tulit ſnīam diffinitiuā,a qua etiam appellatur:pars vult ſolū cām. attētati circa executionē,nō pſequēdo applonē primā,nec facta mētione de appellatione prima, nūqd poterit: rñdet ꝙ ſic.plus voluit,ꝙ iſto caſu pēdente tēpore litis ſup retractatione attentatorū currant fatalia ſecūdę appellationis a diffinitiua interpoſitę, quia pceſſus ſup attentatis in nullo reſpiciet ſecundā appellationē,ſed tm primā, pter quā dicit retractanda eſſe attentata. tñ licet Inno. & Imo. nō aperiant,nō curreret tempus primę appellationis, ſed ſtabit in pēdēti:quia ſi iſte obtinebit retractari attentata, tunc tempus iſtius pendentię retractationis attentatorum ſubducetur de medio tēporis primę appellationis,nec illud tēpus oputabitur in talib.primę appellationis:ſecus ſi ſuccumbat in retractatione attētatorū,quia tūc tēpus pendentię huius cōputabiť, quaſi ſe impedierit.ita Rota in d.deciſ.ciij.& nota dictū Inno.ad limitatiōnē huius pcluſionis D.de Rot. & faciūt pro hac cōcluſione q̃ vo
7 luit Bal.in l.3 maiores.C.de inoffi.teſta.† Sed operę precium eſt ſcire nunquid illa retractatio attentatorum dēat fieri ante determinatam cām appellationis ,an vero finē applonis expectabit.
8 †Et facite rlam,ꝙ poteſt & in prin. & in fi.& quocunque tempore fieri,dummodo conſtet appellatū.& hoc eſt verū,ꝙ pōt quaſi in hoc priuilegiatus appellans petere ante oia reuocari attentata,in quacūq; parte appellationis voluerit hoc petere. gl. eſt no. in c.non ſolum.in verbo,ante omnia. eo.tit.lib.6. & voluit Rota deciſ.ſua 57.quæ incipit,Itē ꝙ attentata.& deciſ.185.quæ incipit, Item

Item ſi pars. Fallit primo, niſi appellans eodem libello cumulet
cām applonis & attētatorum, & patiat lit. conteſtari ſup vtroq;:
nam licet attentata hēant priuilegiū expediti ꝓceſſus, vt voluit
gl.no.in cle.2.vt li.pen.tñ huic priuilegio pars pōt renunciare, ſi
cut dicimus in cle.ſæpe.in gl.in verbo, partib.de ver.ſigni.tacite
aūt vr̄ huic priuilegio renunciare, ex quo ordinate incipit proce
dere dando libellum principaliter ſuper attentatis in litem con
teſtando: ideo oportuiſſet eum fuiſſe cautū, vt in li.conteſt.pete-
ret ante oīa reuocari attentata, & ſic non renunciaret tacite pri-
uilegio attentati.ita Spe.eo.ti.§.pe.ver.ſed ponc. & ita Archi. in
d.c.non ſolum.& ſeq̃tur ibi Gem.cū grano ſolis, ſ.niſi in libello
pars hęc expreſſiſſet, ꝙ ante oīa attentata reuocent: nam tunc li.
conte.non pręiudicat priuilegio attentati.Pet.de Ancha.tñ in d.
c.non ſolum.& ibi Io.And.& Rota in locis proxime allegatis te
net indiſtincte ɔ̃rium, ꝙ li.conteſt.non vr̄ pars excludi a priuile-
gio attētati, ſed qñcūq; voluerit in oī parte litis poſſit eo vti.& fa
cit pro eis gl.in d.cle.ſepe.in verbo, partibus. Secundo fallit poſt
conclonem in cā applonis ante latam ſniam in ipſa cā applonis:
nam intra illud medium tp̄s conclonis in cā & ſniæ ferēdæ vſq;
adeo clauſum eſt os parti, vt nulla exceptio quantumcunq; pri-
uilegiata admittat̄, c.paſtoralis.ibi Bal.in ſimili, ad fi. s̄.de cā poſ.
& proprie.faciūt notata ꝑ Bal.in l.q̃uis adulterij.C.de adul. Ter
tio fallit, qñ eſſet retractatio talis, q̄ honeſte pluries iterari non
poſſet, puta, pen.ap.interpoſita in cā funeraria, funus ipſum eſt
extra ſepulturam extractum in viam attentati: petit eccleſia ſibi
reſtitui funus, quod iā alibi erat ſepultū: iſto caſu ne in caſum ap-
pellationis iam interpoſitę, ſi appellans ſuccūberet, eſſet neceſ-
ſe funus iſtud de loco ad locū totiens tranſmutare in viam atten
tati, non reſtituetur funus, niſi finita applone.ita Gemi.in d.c.nō
ſolum.faciūt quæ hñr in c.cum liberum. j̃.de ſepul. Quarto fal-
lit, qñ peteretur retractatio attentatorum, quę penderet prorſus
ex retractatione diffinitiuę: nā tūc nō habet locū retractatio at-
tētati, niſi diffinitiua, retractata, l.chirographis.§.fi.ff.de adm.tu.
9 ita Bal.in l.applone.C.eo.†Gl.in verbo, poſt hmōi poſt applonē.
in fi.hēs ex gl.rlam, ꝙ rlr de iure canonico ſicut de iure ciuili gra
datim eſt appellandum: quod ſentit gl.dum in hac conclone in-
termiſcet allegationes legum, & ſi gradatim non fuerit appella
tū, non valet applo. Fallit primo, ſi exceptio non fuerit oppoſi-
ta, ꝙ gradatim non eſt appellatū: nam tūc procedet applo omiſ-
ſo medio, parte non excipiente.ita gl.hic per tex.in c.referente.
j̃.de præb.& iura in ea allegata. Et dicit Cald.in Rubrica de app.
conſi.j. ꝙ ſolo cōſenſu partium pōt appellari omiſſis medijs, &
ita ſi procurator tacet & non opponit exceptionem, ꝓcedit ap-
pellatio omiſſis medijs.Cald.in d.cōſi.j.& cōiter tenet, quicq̃d
dicat Arc.in c.ſi delegatus.de offi.dele.lib.6.& voluit Rota deciſ.
ſua 387.quæ incipit, Item ſi tres. & dicit Imo.hoc ſeruan. in pra-
ctica, licet in ɔ̃rium faciat c.j.in prin.de fo.compe.li.6.vbi etiam
ſi eſſet ex prorogatione vel conſenſu partiū appl̄oni renuncia-
tum, nō pōt archiep̄s inter ſubditos ſuffraganei cognoſcere. Sed
ille tex.non loq̃tur in cā applonis, ſed in negocio principali, ſ.
ꝙ non pōt in negocio principali cognoſcere omiſſo applonis ar
ticulo.de applone ipſa, ibi nihil dr̄, ideo ſtabimus deciſioni glo.
Adducit etiam Imo.ɔ̃ gl.quæ habentur in ca.ſignificaſti.s̄.de fo.
compe.vbi clericus non pōt prorogare iuriſdōnem in alium iu-
dicem ſine conſenſu ſui epi. Sed non loquuntur in negocio ap-
pellationis. In ɔ̃rium ēt adducit Pan.l.j.§.pe.ff.eo.vbi dr̄, ꝙ ſi per
errorem fuerit appellatum ad maiorem magiſtratū q̃ debuerit
appellari, & ſic omiſſo medio; ꝙ illo caſu appellatio valet & diri
gitur iuris diſpōne ad competentē iudicem: ergo a ɔ̃rio ſi ex cer-
ta ſcientia fuiſſet appellatum omiſſo medio, non valebit applo,
& ſic non erit neceſſarium ꝙ pars opponat exceptionem. Soluit
Pan. ꝙ licet ibi decidantur duo caſus: primus, ꝙ qñ ad maiorē ap
pellatur per errorem, ꝙ applo valet, ſed dirigitur ad competētē.
ſecundus, ꝙ qñ appellatur per errorem ad maiorem magiſtratū,
ꝙ applo non valet: ſed ibi nihil dr̄, ꝙ qñ ex certa ſcientia appella
tur ad alium, q̃ debuit appellari. & incōuincibilr̄ ex illo tex. nō
poteſt ſumi arg.a contrario: nam ſequeretur, ꝙ vellet ille tex. ꝙ
ſi ex certa ſcientia appellatum eſſet ad minorem magiſtratum,
ꝙ valeret applo, ex quo vult ꝙ qñ per errorem appellatū eſt ad
minorem, non valet: quod eſt abſurdum, & ɔ̃ ea quæ notantur s̄.
in rubr. Vel aliter ſoluit Pan. ꝙ ille tex. loquitur de iure ciuili, gl.
noſtra loquitur de iure canonico, & dicit directo ɔ̃ tex. in l.Impe
ratores.ff.eo.vbi etiam ſi ex certa ſcientia appelletur omiſſo me
dio, etiam ad Imperatorem, non vult ille tex. vt ſentit Panor. in
hac ſolutione, ꝙ appellatio non valeat imo vult, ꝙ valeat, & cen
ſeatur interpoſita ad competentem, & ſic erit inter ius canoni-
cum & ciuile dr̄ia: ſed non illa quam voluit Pan. ſed quia de iu-
re canonico parte excipiente non valet appellatio omiſſis me-
dijs, vt hic. De iure autem ciuili valebit, & cenſebitur interpoſi-
ta ad competētē, nec expectatur exceptio partis. Erit etiam alia
dr̄ia, quia de iure ciuili appellari non pōt ad ſummum principē,
ſ.Imperatorem omiſſo medio, d.l.Imperatores. de iure autem ca
nonico appellatur ad Papam omiſſo medio, 2.q.6.c.ad Romanā.
gl.hic in fi.& latius dicam j̃.in 2.fallentia.& de ratione diuer. in-
ter ius ciuile & canonicum dixi s̄.in rubrica: tñ vnum ſingulare
tene menti, ꝙ ſcholares hñt hoc priuilegium, vt poſſint appella
re ad Imperatorem omiſſis medijs. Ita Bal.in auctentica, habita.
C.ne fi.pro pa.per illum tex. qui ſpecialiter ſubijcit Imperatori
ſcholares, & ſub eius protectione. ponit Pan. in diſputatiōe ſua
quæ incipit, Gandulphus.in 28.col. Secundo fallit in applone ꝑ
errorem interpoſita ad maiorem magiſtratum q̃ debuiſſet inter
poni: nam tunc appellatio valebit, & reducetur ad competentē
iudicem tam de iure canonico q̃ ciuili.tex.eſt in d.l.j.§.pen. quē
ita intelligit Pan.in j.ſol.ad illum tex.ff.eo.quod procedit, qñ ad
maiorem eſt appellatum. Sed ſi appellatum eſſet ad minorem
ſiue per errorē, ſiue ex certa ſcientia, appellatio eſt ipſo iure nul-
la, etiam parte non opponente.ita Imo.in d.§.pen.per illum tex.
& eſt ratio, quia peccat in ſubſtantialibus appellationis, quorū
iſtud eſt maximum, vt appellatio interponatur ad maiorem, vt
dictum eſt s̄.in rubrica, ideo ad minorem interpoſita eſt nulla.
Tertio fallit ſic ſtante conſuetudine, vt vult hic gl.quæ in hoc be
ne loquitur.eſt tex.in c.Romana.§.j.eo.tit.lib.6. facit bonus tex.
in c.ſi duob.s̄.eo.quia cōſuetudo poteſt inducere, vt omiſſis me
dijs appelletur, & etiam præſcriptio: nam licet præſcriptio non
poſſit facere vt ad principem non appelletur: pōt tamen vt omiſ
ſis medijs ad principem appelletur.ita Bal.in auctenquas actio-
nes.C.de ſacroſan.eccle. & ſapit huiuſmodi conſuetudo potius
præſcriptionem quam conſuetudinem, quia tollit de iure tertij
& alteri acquirit, quod eſt proprius præſcriptionis q̃ conſuetu-
dinis, iuxta ea quæ notat Bar.in l.de quib.ff.de le.quę notat Pan.
in c.cum eccleſia Sutrina.s̄.de cauſa poſ.& in c.fi.per Io.And.&
Do.Anto. s̄.de conſue. Et ideo ad hanc conſuetudinem inducē.
requiretur titulus, vel ſaltem curſus tanti tp̄is, cuius initij me-
moria non extet in ɔ̃rium, qui ſapit titulum, c.j.de conſti.li.6.gl.
eſt no.in c.non eſt, de conſuetu.lib.6. Quarto fallit in priuilegio,
qñ ex priuilegio conceſſum eſt alicui, vt ad eum poſſit appellari
omiſſis medijs, c.Romana.§.j.& ibi no. faciunt quæ hñr in c.ſuꝑ
quibuſdam.§.j.j̃.de verb.ſigni. quia maior eſt virtus priuilegij q̃
conſuetudinis, vt ibi probatur. Quinto fallit, qñ ep̄s haberet litē
cum ſuo ſubdito, & eſſet actor, ſubditus vero reus: quia tunc eli-
guntur arbitri, qui iudicant de hac cauſa, ca.ſi clericus. 11.q.j.no.
in c.paſtoralis.in princ.s̄.de offic.ordi.& iſti ſunt arbitri iuris, ex
quo iuris diſpōne eligunt̄, ſicut in ſimili in c.ab arbitris. de offi.
dele.li.6.in l.fi. C.de iud. Et ideo ab eis poſſet appellari, d.c.ab ar
bitris.& illo caſu appellandum eſt ad Papam, & non ad alia me-
dia de neceſſitate.gl.eſt ſingularis in d.c.ab arbitris.quam hic cō
mendat Imo.& Pan.ex qua habes elicere, ꝙ vbicunque ab arbi-
tro iuris appellatur, ꝙ tunc nullum aliud ē remediū appellandi
niſi princeps. Sexto fallit, qñ archiep̄s litigaret contra ſubditum
ſui ſuffraganei, qui ſubditus eſſet reus: nam cum actor debeat ſe
qui forum rei, ca.cum ſit.ca.ſi clericus. s̄.de foro competen. agi-
tabitur cauſa illa coram epiſcopo: & ideo ſi appellare voluerit,
vel ſubditus vel archiepiſcopus a ſententia epiſcopi, non erit
appellandum ad medium, & ſic archiepiſcopum, ne ſit iudex in
facto proprio, contra ea quæ habentur in cap. cum veniſſent. s̄.
de iud.in l.vnica.C.ne quis in ſua cauſa iudi.& ideo appellari po
terit ad Patriarcham omiſſo medio, & alium quemcunque ſu-
periorem, quaſi medium ſit impeditum, capi. ſi is cui.de officio
delega.lib.6.& capitulo, ſi a ſubdelegato.eodem titu.& li. Septi-
mo fallit, quando medius, ad quem deberet appellari, haberet
coæquęuam iuriſdictionem cum illo ſuperiore, ad quem eſt ap-
pellatum, puta, aliquis rector eccleſię ex præſcriptione habet po
teſtatem cōferen. beneficia, & clericatus in ſua eccleſia & iuriſ-
dictionem ſuper eis: ipſe tñ ſubiectus eſt alteri inferiori præla-
to, puta, archipresbytero, appellatur ab illo rectore ad archiepi-
ſcopum omiſſo medio, ideſt archipresbytero, valebit ne appel-
latio? & concludit Pan. ꝙ ſic, quia illo caſu medium, ad quod de-
beat appellari, ſcilicet archipresbyter, non habet iuriſdictionem
ſeparatam ab epiſcopo, ſed coæquæuam, quia epiſcopus in ſua
diœceſi concurrit cum ſua iuriſdictione cum quocunque infe-
riore ordinario, niſi ſit exemptus, vt no.gl.& communiter ſcrib.
in ca.paſtoralis.in principio, & in capitulo, irrefragabili.in prin
cipio.s̄.de offi.ordi.ideo licet ſit appellatum omiſſo archipresbi
tero, proprie non dicitur appellatum omiſſo medio, quia archi-
presbyter, & epiſcopus eandem iuriſdictionem repræſentant
hoc caſu. Ita hic Panormita. & faciunt notata in d.capitu. Ro-

mana.§.j.Octauo fallit,qñ esset medium, ad quod debebat appel
lari a principio recusatum tanquam suspectum : puta, recusatur
eps vt suspectus, delegat non suspecto, appellatur a snia delega-
ti;de iure appellandum est ad delegantem,r's illo casu ad ipsum
delegantem non appellabit,quia suspectus est, & sic poterit ap-
pellari archiepm omisso medio epi delegantis, vt no.in cap.si is
cui.de offic.dele.lib.6.latius in c.si quis contra clericum. s.de fo.
comp.& dixi in c.cum speciali.s.eo.in prin. Nono fallit, qñ me-
dium,ad quod esset appellandum, esset excõicatum vel suspen-
sum,d.c.si is cui.& faciunt quæ hñr in c.si a subdelegato. ff.de of
fi.dele.lib.6.Decimo fallit in quocunq; legato,siue nato,vt in ca.
j.s.de offi.leg.siue misso ad certam puinciam, de latere, siue nõ
de latere,ca.1.de offi.leg.lib.6. nam ad huiusmodi legatos põt ap
pellari omissis medijs,d.c.j.& hr in c.Romana.§.j.eo.ti.lib.6.Vn
decimo fallit in patriarcha; nã ad Patriarchã põt appellari omis-
sis medijs.Ita Inn.& post eum Pe.de Perusio, & Pan.in ca.anti-
qua.j.de priuil.tñ Io.An.& Do.Ant.ibi tenent õrium, Arc.tenet
primum in Patriarcha Constantinopolitano & Alexandrino lo
quens,in c.si clericus.11.q.j.in §.anteriorum.ver.illo.2.q.6.Duode
cimo fallit in Papa, quia ad Papam põt appellare omissis medijs
c.ad Romanam.c.quisquis.2.q.6.& vult gl.hic, & in d.ca.Roma-
na.§.j.in versi.curiam. quod tñ non procedit in delegato Papæ :
nam a snia subdelegati delegati Papæ,qui non in totum subdele
gauitnon, est appellandum ad Papam,sed ad ipsum delegatum.
subdelegantem,nec posset omisso illo medio appellari ad Papã
ca. super quæstionum.§.porro.s.de offic. delega. nisi in casu ca-
pituli,super quæstionum.§.si vero.ca. si duo.ca. si a subdelegato.
de offi.deleg.lib.6.Item nisi ipse subdelegatus detulisset appella
tioni interpositæ ad Papam:nam tunc priuat non solum se, sed
etiam subdelegantem iurisdictione, ideo sustinetur applo ad Pa
pam interposita.Ita Lap.& post eum Gemi.in c.si delegatus. de
offi.deleg.lib.6.& Pan.in d.§.porro.& Rota decisio.385.quæ inci
pit,Item si appelletur. Item nisi pars appellata omitteret excipe
re õ appellationem ad Papam interpositam a subdelegato, quia
tunc sicut in casu nostro procedit appellatio parte non opponẽ
te,omisso medio interposita, vt dictum est in prima fallẽtia. Ita
qñ appellatur a subdelegato delegati aplici ad Papam,licet non
debeat appellari,tamen procedit appellatio parte non opponẽ-
te.Ita Archi.& post eum alij in d.c.si delegatus.Item procedit,ni
si delegatus subdelegasset in totum vices suas,quia tunc appellã
dum esset ad Papam,d.§.porro.& illa distinctio procedit etiã de
iure ciuili,iuxta notata in d.§.porro.quicquid dicat Bar.qui visus
est velle õrium in l.j. ff.quis & a quo.in delegato autem inferio-
ris a Papa subdelegante procedit hæc 12.fallentia, quia indistin-
cte ad Papam appellari poterit omissis medijs,per ea quæ hñr in
10 d.§.porro.& nota.in c.cum Bertol.s.de re iudi. † Habetis secũdo
principaliter ex gl.q si delegatus subdelegat in totũ vices suas,
vel etiam si sit delegatus ad vniuersitatem causarum,subdelegat
vnam causam tantum in totum, q non est appellandum ad ip-
sum subdelegantem,sed est appellandum ad primum delegan-
tem,quia illo casu in totum subdelegãs caret iurisdõne, d.§.por-
ro.& ideo ex gl.infert hic Bal. & post eum Pan. q licet vulgaris
sit regula, q delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur
ordinario,c.cum cãm. & ibi vidimus.s.eo. tñ quo ad hanc pote-
statem,vt ad eum appelletur,nõ æquiparatur ordinario,sed par-
ticulari delegato.ita gl.hic sentit,& ponderant eam Do.de Rota
11 in decis.sua 347.quæ incipit,Itẽ licet.†Habetis tertio ex glo.quod
a vicario non est appellandum ad ipsum epm, sed ad superiorẽ,
quod procedit vsque adeo, vt etiam partibus cõsentientib. non
valeret appellatio ad epm interposita a suo vicario, quia consen
sus partis non potest substantialia actus mutare,c.fi. & ibi gl.de
re iudic.lib.6. Nec õ naturam actus disponere,l.2. ff.de vsufru.ea.
re.q vsu consu.l.pacisci. & ibi hr. ff.de pac. ideo cum appellatio
pro substantia requirat,vt ad maiorem interponatur, vt dixi s.in
rubrica. consensus partium non poterit facere vt appelletur ad
partem,sed eps & vicarius sunt vnum tribunal,& sic par ptãs,er
go &c.c.Romana.eo.tit.lib.6.& c.2.de cens.lib.6. ita Ioã.And.&
Gemi.in d.c.2.imo si eps vellet alteri delegare cãm appellatiõis,
non tñ per hoc posset appellari de vicario ad episcopum, quia
negari non potest, quin episcopus sit idem tribunal cum vi-
cario,& delegatus vtitur iurisdictione episcopi, c.sane.el secun-
do.s.de offi.dele.l.j.§.fi.de offi.eius. ideo non valebit appellatio,
licet alteri delegetur,ita Ioan.An.in d.c.2. Sed quid de vicario fo
raneo,nunquid ab eo possit appellari ad episcopum.dubium ex
hoc nascitur,quia proprie non repræsentat ex toto episcopum,
nec videt eius officialis,vt vult gl.in cle.& si principalis. in ver-
bo,officialis.de rescri.nec habet iurisdictionem ordinariã, sicut
alij vicarij,de quib.loquitur Inn.in c.sua,s.de offi.vicarij.sed ha-
bet delegatam ad vniuersitatem causarum,vt no.in d.clem.& si
principalis.& ideo non est vnum tribunal cum episcopo, sed or
dinario delegante,etiam in totum appellan. est ad ipsum. l.j.§.j.
ff.quis & a quo.& vult glo.nostra hoc per illum tex.ergo de isto
foraneo dr appellandum esse ad episcopum. In õrium facit, qd
pur participat de iurisdõne epi in parte si nõ in toto. ergo idem
dicemus in parte quo ad partem, quod dicemus in toto quo ad
totum,c.pastoralis.ver.idem in totum. s.de offi.dele.l.q de tota.
ff.de rei ven.Conclusio est,q potest appellari ad epm a foraneo
iudicante.ita gl.in d.cle.& si principalis.in verbo, foraneo. in d.
c.2.& ibi notant oẽs,de cõsue.li.6.& rõ est, de qua dixi in primo
motiuo:& iõ dixerũt Do.de Rota in decis.sua 372.q incipit,Itẽ si
eps, q si eps delegauerit vicario suo specialiter aliquã collatio-
nẽ beneficij,vel vnam causam,q illo casu poterit appellari a vi-
cario ad episcopum,quia illa non facit vt vicarius,sed vt delega-
tus. quod intelligit Pan. verum, nisi opponeret q in fraudem,
16 re de nocte. † Succedit quæstio, an impedito currat tempus illud x. dierum ad appellandum. & tex. noster, & d. l. 2. de his q̃ per met. per locũ a sp̃ali videtur velle ꝙ nõ: nam sp̃ale est hic, q̃n metu impediunt̃ partes, ne appellẽt, vt currat t̃ps, nisi ꝓtestentur: ergo in ɔ̃rũ erit ius cõe. tñ Imo. hic tenet ꝙ requirat̃ ꝓtestatio in casu, alias curret t̃ps, & possit pars quocunq; loco de impedimẽto ꝓtestari, ne currat t̃ps x. dier. ꝑ tex. in c. pastoralis. §. fi. s̃. de ordi. l3. Barto. teneat ɔ̃rium in d. l. j. §. dies. Ang. ɔ̃si. 328. incipiẽ. In Dei &c. ex facto ꝓposito. & Panor. in c. cũ sicut. s̃. de eo qui mit. in poss. in fi. l3 posito ꝙ pars appellet in absentia iudicis a quo, & partis aduersę, an debeat dare copiã appellationis ꝑ se interpositę, siue ꝓtestationis, de qua hic. & ꝯcludit d. Ant. ꝙ parti dari nõ debet, quia ex quo instrumẽtũ appellatiõis nõ est in iudicio ꝓductum non dicit̃ esse cõe: ergo nõ erit danda copia parti, per ea quę habent̃ in c. j. s̃. de ꝓba. Imo. hic tenet ɔ̃rium, quia respectu cõteti hoc instrumẽtũ est cõe: ideo dẽt dari copia parti, c. C. perpetuus. s̃. de fide instr. & ibi no. iudici aũt a quo, si appellatũ est a diffinitiua, ex quo omnino tenet̃ deferre, & regulariter cã non est exprimẽda appellationis, non est dãda copia applõnis ad eũ instruendũ, quia hoc est superfluũ, cum omnino teneatur defer-

deferre,c.j.eo.tit.li.vj.in appellatione aũt ab interlocutoria vel
etiam a diffinitiua in casibus exceptis,in quibus requirit exp̃ssio
causę,bñ copia est danda iudici, vt informetur de causa appella-
tionis,& sic sciat,an debeat deferre appellationi vel reijcere eã,
per ea quę no.Gemi.in c.appellatio.vbi ita distinguit, & in c.ab
17 eo.e.ti.li.vj. † Sed nunq̃d apostoli erũt in hac ꝓtestatiõe petẽdi.
& voluit Spec.in.4.parte,eo.ti.§.sequit.ver.notañ.ꝙ non,& ꝯclu
dunt.Bal.Ange.& Sali.in l.2.C.de his q̃ per met.iud.non app.ꝙ
non est necessariũ petere apostolos,quia solus iudex a quo põt
eos dare,per ea quę habent in c.ab eo.& in c.vt super, & in c.cũ
appellationibus.e.ti.lib.vj.& ideo nec isti boni viri,nec etiã iu-
dex ad quẽ, poterit apostolos dare:ergo ab eis non sunt peteñ.sʒ
cautum est,vt in ꝓtestatione sicut protestat̃ se impeditũ,ne pos-
sit appellare,ita protestet̃ ꝙ libẽter peteret apostolos, sed eodẽ
18 impedimẽto restet,quominus possit petere.& ita Imo.† Sed an
ita in appellatione extraiudiciali, sicut iudiciali,habebit locum
hęc protestatio, & dicite ꝙ non,quia appellatio extraiudicialis
nõ requirit p̃sentiam partis: ideo ea absente non erit necesse ꝓ-
testari,sed appellari poterit.ita Imo.hic,q̃cquid dicat d.Ant.lʒ in
ꝯrium faciat text.in c.cum nobis olim. vbi in p̃sentia partiũ ex-
traiudicialiter appellabatur,s̃.de elec.sed ibi est facti ꝯtingentia,
19 non iuris ministeriũ.† Quid mõ si pars impediat metu,nõ solũ
ne appellet,sed etiam ne ꝓtestet: quia tãta tirannia est iudicis,ꝙ
pars non audet solũ non appellare,sed nec ꝓtestari.So.dicit hic
Bal.& in c.ceterũ.s̃.de rescri. ꝙ talis metus excusabit hũc,si non
20 protestabit:& ideo habebitur ꝓ facta.† Sed nunquid debeat inti
mari appellatio interposita in absentia.& dicite ẽm Card.in c.e.
causam. in prin. 27.q.de ele.quicquid dicat Ang. de Are.in l.2.§.
dies.ff.q̃ñ ap.sit,cuius decis.confundit per decisio.Rotę in nouis,
366.quæ incipit,Item si appelletur,& ibi recte ponderanti colli-
gitur rñsio ad fundamẽta Ang.distinguendũ esset,& clarius ẽm
Imo.hic post D.Ant.Aut quærimus quo ad validitatem ipsius ap
pellatiõis:& tunc si est facta in casu per misso, s.cum non põt ha
beri copia, & tunc nulla requirit intimatio,nec iudici,nec parti,
ita Inn,in ca.dilecti,s̃.eo.nec habet redire pro apostolis,vt in de-
cisio,Rotę præallegata.Aut quærimus quo ad reuocan. attenta-
ta, & sic suspendendam iurisdictionem iudicis, vel impedien,
partem,vt non attentet; & tunc debet intimari iudici quo ad eũ
impediendum,capitu.si duobus.s̃.eo, & etiam parti quo ad eam
impedien.cle.j.eo.titu.& ita Rota decisi.sua 308.quæ incipit, Itẽ
21 ꝙ attentata.† Si tñ intimata esset appło parti,sed non iudici, attẽ
tata per iudicem in vtilitatem partis essent reuocãda, sicut esset
intimatio facta iudici.Gemi.in c.non solum.eo.tit.lib.6. Lap.al-
leg.39.Do.Ant.hic,& in alleg.per Lap.videte eum, & Lap.alle.
121.ibi de forma intimationis in beneficialib.de his Imo. & Car-
22 din.in cle.j.e.tit.† In causa autem beneficiali requiritur rł̃r inti-
matio appellationis,nec sufficit dari copiam, sed req̃ritur quod
vel in auctentica forma detur copia,vel illi scriptura sub auctẽ-
tica forma confecta legatur,& simplex copia dimittatur,contra
quem appellatur:si tñ copiam auctenticam petierit, debebit ei
sub forma auctentica dari.ita Rota decis.168.inci. Si in cã benefi
ciali,dicit quoque Pan.in c.cum parati.in fi.col.s̃.eo.vbi pars nõ
est in culpa,quare appellationem non intimauit iudici a quo,pu
ta quia iudex erat nimis in remotis, ꝙ tũc talis appellatio tuetur
appellantem,& attentata per iudicem a quo erunt nulla.Inn.in
c.dilectis.s̃.eo.per ea quæ notat Io.An.in c.ad probandum. s̃.de
re iudi.Contrarium tenet hic Imo. quia licet pars sciat appella-
tionem pendere,nõ tenetur ipsa opponere exceptionem istam
iudici procedenti in fauorem suum ad vtilitatem aduersarij, q̃a
debet esse diligens aduersarius,vt opponat ipse iura sibi compe
tentia.& facit c.si duobus.& faciunt q̃ ibi dixi,s̃.eo. Nec ob. no-
tata in c.ad probandũ.quia ibi speciale est odio excõmunicati.
& faciũt quę notat Panor.in c.veritatis.s̃.de dolo & contu.& ibi
Do.Anto. Glo.fi.nihil habet.Et tandem possumus dicere cum
Martiale, libro quarto Epigrammatum suorum, ad fi.

Obe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos,
Tu procedere adhuc, & ire quæris,
Nec summa potes in sceda teneri,
Sic tanquam tibi res peracta non sit,
Quæ prima quoque pagina peracta est.
Iam librarius hoc & ipse dicit,
Iam scriptor quæriturq; deficitq;:
Obe iam satis est, ohe libelle.

Plurima superessent huic tractatui Appellationũ addenda,cum iura nostra suapte natura concatenentur, quę tũ ne verbosos cõmentarios faciam,tum vt alijs mãm exercendi ingenij dimittã: (in magnis.n.voluisse satis est) ꝯsultò p̃tereo. Si quid per incuriã p̃termissum aut ignauia peccatũ: occupatiõib.meis nõnunq̃ etiam imbecilitati ingenij mei adscribatis: obtusus enim & defessus verbosis repetitionibus, quas in secundo percurrimus, quem expeditũ quotidianis lectionib.iamiam habebitis,non potui expectationibus vestris ac desiderio meo ad plenum satisfacere. Quicquid boni in hoc opere perpẽdetis, ad laudem Dei sit oĩpotentis, ac diui Ambrosij patris mei.Et hęc dicta sufficiant.

F I N I S.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Quaterniones, præter O, duernionem.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D L X X V I I I.


L
A

IO. ANTONII A S. GEORGIO
PRAEPOSITI
MEDIOLANENSIS,
AC CARD. ALEXANDRINI,
I. C. PRAESTANTISSIMI,

In Quartum Librum Decretalium Commentaria,

ERVDITISSIMORVM HOMINVM
Adnotationibus illustrata,

Omnibus iuris vtriusque studiosis, forensiumque causarum patronis vtilissima, ac necessaria.

Cum Summarijs, & Indice rerum ac verborum memorabilium locupletissimis,

Hac in editione summo studio, atque diligentia ab innumeris mendis repurgata.





VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXVIII.

AD ILLVSTREM PRINCIPEM, ET REVERENDISS. IN CHRISTO PATREM ET DOMINVM, D. ASCANIVM

Mariam Sfortiam, vicecomitem, sedis Apostolicæ prothonotarium dignissimum.



IOANNIS ANTONII A SANCTO GEORGIO, PRAEPOSITI ECCLESIAE S. AMBROSII MEDIOLANI,

In commentum Quarti Libri Decretalium Præfatio.



OSTRA quàm dura sit necessitas, Reuerendissime pater ac Princeps illustris, quàm rigida censura actiones nostræ examinentur & castigentur, ex eo sæpenumero coniecturam facio, quod vsu frequenti tritum esse videmus. Probitas laudatur, & alleget: imò inuidorum dentibus opprimitur, imperitorum multitudine pessundatur, & pauci admodum sunt qui per virtutis semitam ad decus & gloriam animum attollant, aut eò se peruenire posse confidant. Idque propterea euenire autumo, quod non artifices de ipsis artibus, vt Fabius optat, sapientes inquàm de ipsa sapientia iudicant, sed imperitorum turba ac ignauum vulgus supercilium quoddam seueritatis, & doctrinæ sibi assumentes, & bonorum studia carpunt eos, qui virtutis semitam sibi delegerunt sectandam, damnantes sub varia insimulatione a fortiter ceptis deterrere nituntur, atque vt desistant, & secum ocio marcescant, efficere quibus possunt dolis conantur. Quippe quod doleant, si quisquam est qui supra vulgarem eorum sensum, supra obcęcatum eorum intuitum irretitam illecebris mentem emolitum delitijs robur, aliquid audere videatur. Quippe quòd inuideant, si quisquam èst, qui ipsis tacentibus, atque tum vanò nomine tumescentibus, tumq; e sua arbitrantibus tantum I. texeram & calculum supputantibus, aliquid meditatione dignum in medium efferre statuat. Quippe quòd rumpantur, si quisquam est, qui per inusitatum iter arduum, talem non detritam orbitam, sed multorum ignauia rarissimam ad decus aliquod conscendere, & suo exemplo alios excitare moliatur. Ego quidem cum semper eos fecerim, maximos eos præcipuos habuerim, qui posteritati in his, in quibus versati sunt, studijs pro ingenio, pro allegantia, pro doctrina sua consulere, & futuro sibi successores præparare, at surgentes veluti virgulas germinare, elaborabunt, illud durum opus esse virtutis, potissimum per quod nostris seculis, & futuris prospiceretur, idipsum autem plus in bene, & sanctæ institutis quàm in præclaræ gestis consistere solonis & draconis instituta, quæ omnem maiorum bellicam gloriam superarunt, & ad nostram vsque ætatem peruenerunt locupletissimè testantur. proinde eos optimè de seculo meritos existimo, qui eorum instituta in decem tabulas; & qui post illa in tot libros digesserunt, qui digesta Imperialibus codicibus & institutionibus aut confirmarunt, aut in melius reformarunt. qui sanctorum patrum decretis eadem sanxerunt, atque auxerant. Non paruas etiam illis deberi gratias iudico, qui suis scriptis, hæc quæ dixi, salubria instituta illustrarunt, & nouo disceptãdi genere scolasticorũ ingenia perspicatiora reddiderunt. Illos autem qui a maioribus nostris tradita diligenti indagatione in vnum colligere, & labenti memoriæ nostræ pleno aliquorum tractatum compendio succurrere studuerunt, nemo profecto sanæ mentis damnàbit: imò commendabit & extollet plurimum, non quòd de suo quicquam attulerunt, sed quòd in suis laboribus per difficilem & sua mole grauem, ac in varias partes diffusam scientiæ partem aliquam in vnum collegerint, atque maiorum scripta recensendo iuxta comicum illud: Nihil dictum quin prius bene & apposite disseruerint. eos igitur damnandos solum restat qui per viam tempus vacuum abire permittunt brutorum more, solum iugiter curando ventri inuigilant, aut diuitijs cumulandis, quæ ludibria sunt fortunæ inhiant. Nec enim aliud nos veritas Euangelica admonet, dum narrat dominum peregre profectum varia talenta in seruos distribuisse, vni decem, vni quinque, vni duo, vni vnum: et redeuntem longe vberius quàm superlucratus fuisset vnumquemque donasse. Illum autem increpasse, qui talentum suum in terram defodisset, nisi quòd pro gratia nobis a domino tradita insudemus, & nobis & proximo & posteritati subueniamus. Sensi sæpe & plurimum R. pater, a multis meam profectionem accusari, & quasi transfugam ex clero nota me affici, quod ab ecclesia mea, vbi sancta mihi quies esse poterat, discessissem, hucque ad iuris palestram me contulissem. his obiurgationibus, veluti stimulis incensus sum, vt dum hoc legendi munere fungor, aliquid laboribus meis depromerem, per quod & iniuncto muneri satisfacerem, & illis silentium indicerem, dum aperto cognoscerent quam iniuria me carpsissent. Si Temistocles cum minus probaretur a parentibus, quod nihil circa rem familiarem insudaret publicis, rebus tantum intendens, ac ob eam rem a patre Neocle exhæres esse iussus esset, ea contumelia magis se erexit, & in sententia perstitit plusquàm solito reipublicæ gubernandæ, amicis subleuandæ, famæ comparendæ incubuit, ita vt nihil in republica sine illo gereretur. Reprehenderunt in me (quod eorum pace dixerim) non bene intelligunt: quod enim vberius ocium quàm in sacris canonibus explicandis dies, noctesque immorari. Quæ excelsior & sublimior mendicatio quàm scripta sanctorum patrum tractare, quod tutius & sanctius negocium, quàm in tractandis moribus, in dictando iustitiæ exercendæ modo & ordine occupari. Hæ meæ sunt artes, non retro ego respexi ad aratrum, aut pedem retraxi, quinimò propius ad vineam domini accessi diligens, quantum mea fragilitas fuit, agricola in opere faciendo me exerceo. Bonos sero surculos. Pono ordine vites, & sic vt fructum in tempore producere possint. Nec quidem temere, aut arroganter a me quisquam factum putet, qui cum tot viri clarissimi in iure pontificio scripserint, cornicula inter pauones, aut anser inter olores me inserere, aut obstrepere præsumam. Non ea mente ad scribendum me conuerti, sed ne inertem ducerem. Scio non esse datum omnibus, vt summum in sua arte locum, aut honorem attingere possint. Verum audendum censui: Audentes fortuna iuuat. Scio enim quia Virgilio aut Homero in poetis. Ciceroni aut Demostheni in rethoricis. Aristoteli in physica. Socrati aut Platoni in philosophia. Paulo aut Vulpiano in legibus. Innocen. aut Grego. in canonibus. Nemo est qui æquari, aut proximè accedere possit. Propterea si reliqui, quos poesis, rhetoricorum studia, physica, philosophia, ius ciuile, aut pontificium delectarunt, se a scribendo in illis continuissent, non profecto tantum literarum studia celebrarentur. Pulchrè Cicero inquit in oratore ad Brutum. Par est hominis omnia experiri, qui res magnas, & magno opere expetendas concupiscat. Quod si quem, aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis & tertijs consistere. Videbam ego, & in dies ante oculos meos versatur, quàm asperum certamen mihi immineat ad huius certaminis præparationem multa tentanda molendum vsque in pristinum nocturnis chartis impalescendum totis viribus literis inhærendum putaui, vt mihi ad ingenij exercitationem, ad vitæ meritum aliquid accedere possit; vt scolastici mei habeant, quod pro viatico quod in dies erogant in foro meo mercentur. Quartum igitur hunc librum legendi assumpsi, tum propter rei dignitatem quandoquidem de sacramento matrimonij tractent, tum propter materiæ vbertatem & frequentatum vsum. Personant enim iudicia causis matrimonialibus, tum propter animarum salutem. Nouit namque scrutator omnium Deus, quàm multi alienas vxores pro suis possident, quot illicita matrimonia contrahantur, nonnunquàm & licita & firma indebitè dissoluantur. Innumeri Græco illo prouerbio abutuntur. amicorum omnia communia, eam communionem ad vxores vsque prorogantes. Hoc autem commentum ad te destinaui, non quòd arbitrer me hoc munusculo posse tuis erga me beneficijs satisfacere, sed vt sub tuo nomine ad grauissimos quosque viros deferri possit legi ac eorum iudicio comprobari. Accipe itaque multis collecta vigilijs, & non muneris dignitatem, neque enim amplitudini tuæ par esse potest, sed sinceram erga te mentem & fidem integram intuere, atque pro tua solita clementia complectere. Et quotiens in manus tuas liber iste incidet, incidat autem fac quæso sæpissime, in mentem iudicas tuam humilis seruuli tui hoc opus esse, quod deditam Reuerendissimæ dominationi tuæ omnem suam vitam testatur. Vale.

ELENCHVS TITVLORVM ET CAPITVLORVM IN COMMENTARIIS PRAEPOSITI MEDIOLANENSIS, SVPER QVARTO DECRETALIVM.

IOAN. ANTONII A S. GEORGIO, PRAEPOSITI MEDIOLANENSIS ET CARDINALIS ALEXANDRINI, IVRECONS. PRAESTANTISSIMI,

In Librum Quartum Decretalium Commentaria,

Eruditissimorum hominum Adnotationibus illustrata, feliciter incipiunt.

De sponsalibus & matrimonijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Continuatio rubricæ.
Coitus omnis est prohibitus præter vxorium.
2 Sponsalia quid sint, & vnde dicatur, & quod secundum antiquos dabatur aduersus sponsalia actio ad interesse, nunc autem secus.
3 Sponsalia quotuplicia sint.
4 Matrimonium quid sit.
5 Matrimonium solum est inter mares & fœminas, & propterea Deus tempore instituti matrimonij non creauit duos masculos.
Quare in diffinitione adijciantur illa verba, coniunctio, &c.
Matrimonium dicitur maris & fœminę coniunctio in singulari & non in plurali, quia quis non potest habere eodem tempore plures vxores & econtra.
Matrimonium quare dicatur post copulam, ante autē dicantur sponsalia.
In matrimonio ponderatur animorum coniunctio ad differentiam coniunctionis, quæ sit inter bruta animalia.
Matrimonium si in eo agitur, vt proles non suscipiatur, non valet.
Quare in diffinitione adijciantur illa verba, indiuiduam &c.
6 Statutum loquens de sponso vel sponsa, non habet locum in marito vel vxore.
Statutum loquens de marito vel vxore, non habet locum in sponsa per verba de futuro.
Matrimonium facit solus consensus.
Matrimoniū q̄q; ponitur pro sponsalibus, et ecōtra sponsalia ꝑ matrimonio.
7 Matrimonium vnde dicatur.
Quare dicatur potius matrimonium quam patrimonium.
8 Matrimoniū Lacedemoniorum qualiter fuit per Ligurgū institutū. & nu. 9.
Matrimonium, ista dictio per plurima sinonima nuncupatur.
9 Matrimonium de iure ciuili non est proprie inter seruos sed consortium, siue contubernium, secus de iure canonico.
10 Matrimonium iure diuino inuentum est tempore Adam & Euæ in Paradiso delitiarum.
11 Matrimonium ob duas causas introductum est.
12 Matrimonij bona sunt tria, fides, proles, & sacramentum.
Matrimonij vsus an possit impleri sine peccato. & nu. 13. & 15.
14 Castitas est triplex.
Matrimonium est sacræ rei signum, & in quo ab alijs sacramentis differat.
15 In matrimonio confertur gratia, sicut in alijs sacramentis.
16 Matrimonium est triplex, scilicet, initum, consummatum, & ratum.
Aliter etiam distinguitur, quia aliud est verum, & aliud est præsumptum, & aliud nudum, aliud vestitum.
17 Matrimonium contrahere an sit præcepti.
18 Matrimonij effectus quis sit.

1 

Atere, & abstine. †Cum liber iste superiorib. annectat̄, s̄m Host. in sum. huius tit. quia duo sunt genera Christianorum, vnum clericorum, q̄ui diuinis & ꝯtinentię vacare debēt: aliud laicorum, qui tꝑalibus vacant, & vxores hr̄e possunt, c. duo sunt genera. 12. q. 2. s̄. in 3. lib. præcedenti vidimus de clericis, & qualiter dēnt continere. verum quia continere est laboriosum. c. de his. 28. di. & pauci sine vitio carnis inueniunt̄, c. quia tua, 50.
a di. & melius ē nubere q̄ vri,[a] s̄m Apl̄m, c. nuptię. 20. q. j. & oīs cohabitatio vel etiam membrorum vsus ad voluptatis vsum est ꝓhibitus, c. nemo. 32. q. 4. & solus vsus matrimonij est permissus, c. dicat aliquis. c. meretrices. 32. q. 4. nec ex multitudine peccātium peccatū excusatur, c. multi. 2. q. j. in fi. c. flagitia. 32. q. 7. Ideo congruēti ordine post tractatū continentium subijcitur iste liber, in quo tractat̄ de mr̄imonio, & impedimētis eius: & quia matrimoniū est subiectum, ideo primo de eo ponit̄, c. si cōfirmationē. in arg. de elec. lib. vj. regula, accessorium, de reg. iur. eo. lib. Et quia spōsalia pręcedūt matrimonium, & ad finem eius subordinantur, l. oratio. ff. de spon. c. 2. & c. de illis. & c. ex literis. el 2. & ibi videbimus, j̄. eo. Ideo ponit de spōsalibus has ob res, cū dicat Apostolus, Alligatus es vxori, noli q̄rere solutionē: solutus es ab vxore, noli quęrere vxorem: ideo nō sunt visa illa verba aliena, quę dixit Cato apud Gelliū in Noctib. Atticis, Patere & abstine. vt huic li. pro ti. inscriberētur, si vxorē habes patere, noli quęrere solutionē: si nō habes, abstine, noli quęrere vxorem. Vel aliter s̄m eundē Ho. Cōtinuatur ad pręcedentes iste liber: Vidimus s̄. de contractibus & obligationibus, quę circa res effectum habent. nunc restat videre de contractibus, qui circa personas effectum habēt: & huiusmodi est matrimonium. igitur &c. Vel aliter s̄m Gof. in sum. & cōiter scribentes hic. Vidimus s̄. de cleri. & re. eorum: verum quia in laicis circa matrimonialia ecclesia hebet ptātem, & sunt fori ecclesiastici, c. cām. & c. lator. j̄. qui fi. sint leg. ideo cum restaret tractandum de rebus laicorū, & in matrimonialibus laici subsint ecclesię: ideo ponit hic tractatum de matrimonijs & impedimentis eorū, & incipit a sponsalibus tanq̄ pręambulo, vt prędixi, & matrimonio tanq̄ subiecto: sed voluit primo tractare de clericis in lib. pręced. quia sunt digniores. c. deniq;. 4. di. c. solitę. s̄. de ma. & obe. Vel aliter, s̄m gl. s̄. in suprascriptione huius voluminis in fi. glo. j. & sequitur hic Do. Car. cū iste liber Decr. sit diuisus in quinq; libros, & iā viderimus tractatum tertij libri, ideo congruenti ordine succedit tractatus quarti libri, de matrimonijs & impedimentis eorum. Et primo in specie premittit rubricam de sponsalibus & matrimonijs. Omissis his quę solent superfluò in principijs librorum disputari, an libri ad librum, vel rubri ad rubrum sit fienda cōtinuatio, habetis colligere ex ista rubri. quod sponsalia & matrimonia sunt quid diuersum, quod pȝ ex quo hic copulatiue ambo ponuntur: nam
b de nā copulę, &, est vt ęque principal̄r cōiungat diuersa,[b] iuxta
2 gl. in c. querelam. j̄. de simo. in rub. ff. de iu. & fac. ign. †Et capiēdo primū, quid sint sponsalia. & rn̄dent Doct. ꝙ sponsalia sunt promissio futuri matrimonij, tex. in c. nr̄ates. 30. q. 5. in l. j. ff. de spō. & dr̄ sponsalia a spondeo, es: q̄a volentes maiores nr̄i ad mr̄imonia descendere, inuicem sibi primo despondebant, i. promittebant, l. 2. ff. de spō. vt voluit Gellius in li. 4. c. 4. & ꝓpea s̄m libros antiquos qui sacr̄a matrimonij non cōsiderabant, dabatur actio ad interesse pro ipsis sponsalib. vt Gellius in loco præallegato. Sed Iurisconsulti agnita maxime fide, cum mr̄imonia dēant esse libera, vt videbimus in c. cum locū. & ca. gemma. j̄. eo. noluerunt dare aliquā obligationē nec actionē ex his spōsalib. ad interesse l. Titia.

ADDITIONES.

a ¶Quam vri. j. ad Corint. 7.
b ¶Coniungat diuersa. Vide Bar. in d. rubr. de iu. & fac. igno. alleg. in tex. & omnino per Bal. in l. j. 6. q. C. quando non pe. partes.

l. Titia. in prin. ff. de verb. obl. l. j. & fi. C. eo. ti. videbimus in c. gemma. j. e. Scd'o quero, quotuplicia sint sponsalia. Et dicite primo, quod spõsalia duplicia sunt: quedam nuda, & hec sunt quę sola promissione fiunt, c. si inter. c. requisiuit. j. e. quedam sunt vestita datiõe arrarum, vt in l. fi. C. eo. & videbimus in c. gemma. j. eo. Itẽ iuramento vel fidei interpositione, quę inuicem ęquiparant. ad hoc, c. 2. & ibi videbimus. j. e. Item annuli traditione, c. fi. j. tit. j. Itẽ munerum trãsmissione, c. j. j. de matrimo. contrac. ꝯ interdic. ecclesię. & his locis videbimus. Itẽ copula carnali, & tũc transit in aliã speciẽ, s. mr̃imonij, c. his qui fidem. & ibi videbimus. j. e. alio mõ Do. Anto. hic diuidit sponsalia: q̃a quædam vera & expssa, vt d. c. si inter. q̃n interuenerunt verba: quedã præsumpta, vt q̃n sola subarratione interueniente, q̃a tũc voluit hic Io. An. in summula huius rub. ꝙ nõ presumatur mr̃imoniũ sed sponsalia, ꝑ ea quæ hñr in c. si. qui facit potius ꝯ eum, j. tit. j. & ibi videbimus. hr̃ in c. illud. s̃. de præsum. & cum Io. tenet Arc. in c. j. eo. tit. lib. vj. licèt gl. sit ꝯ. in c. tenor. s̃. de re iu. Tertio querendum esset, qualiter ꝯhantur sponsalia: de quo dicam in c. si inter. j. eo. Quarto querẽdum esset qualiter firmentur, de quo in c. ex literis. el ij. & c. de illis. j. eo. Circa secũdam partẽ rub. Quæro primo, quid sit mr̃imoniũ.

4 †Et dicite, ꝙ matrimonium est [a] maris & fœminæ coniũctio
a indiuiduam vitę consuetudinem retinens, prout est tex. Insti. de pa. po. in prin. 27. q. 2. i prin. facit tex. in c. illud. s̃. de presum. Et addunt aliqui, maxime gl. Insti. s̃. alle. diuini & humani iuris cõicatio, per tex. in l. j. ff. de ri. nup. vbi sunt ista verba. & ita transit Ho. in sum. de matrim. §. quid si matrimonium. & transit Io. And. & D. Ant. hic. D. Car. hic tenet ꝯrium, quia dicit ipse ꝙ per illa verba, coniunctio, intelliguntur illa verba diuini, & humani iuris cõicatio, quia ibi verbum, ꝯiunctio, intelligitur, i. legitima & solennis, arg. c. cum adeo. s̃. de rescri. c. ff. cui. de preb. li. 6. facit l. sciẽdum. ff. de ver. ob. Quo sic p̃supposito, clare patet illa verba esse superflua, q̃a nisi esset diuini iuris cõicatio, q̃a pariter ambo essent sub fide Christi, matrimonium nõ teneret, & sic nõ esset legitima ꝯiunctio, l. ne quis. C. de iudę. ca. caue. 38. q. j. videbimus in c. gaudemus. j. de diuor. Item nisi esset humani iuris cõicatio, q̃a nollet eam vt vxorem tractare, nõ esset ltima coniunctio, c. fi. & ibi videbimus, j. de condi. appo. alias si ista subauditio esset necessaria ad diffinitionem, q̃a non intelligeretur illud verbum, ꝯiunctio, de ltima, absq; eo ꝙ exprimar, diffinitio esset defectuosa in alio, q̃a ꝑpter multa impeditur mr̃imonium. Et ideo debuisset ĩ prin. diffinitionis exprimi ꝯiũctio ltima. & hoc ingenue fatetur

5 D. Ant. †Et prosequẽdo verba diffinitionis in diffinitione dr̃, maris & fœminę, q̃a matrimoniũ est solum inter masculum, & fœminam, nõ autem inter hoies eiusdem sexus, s. inter masculum & masculũ, vel etiã fœminam, & feminam, c. flagitia. 32. q. 7. & iõ Deus tp̃e quo matrimonium instituit, de quo statim dicam, non creauit duos masculos vel duas fœminas, sed vnum masculũ & vnã fœminam, vt denotaret ex promiscuo sexu ꝯfici mr̃imoniũ, tex. in c. mulierẽ. 32. q. 5. Et ideo alię coniunctiones ab ista sunt illicitę, c. nemo. 32. q. 4. & seuere puniunt hmõi delicta, quæ sodomiam redolẽt, ca. clerici. j. de exces. prela. d. c. flagitia. l. cum vir. C. de adul. Et ꝑꝑ ista veniunt grandines & terremotus per loca, vt in Auct. vt nõ luxurientur ꝯ nãm, circa prin. Et dicit maris & fœminę in singulari, q̃a quis nõ põt hr̃e eodem tp̃e plures vxores, & eꝯ, c. gaudemus. j. de diuor. Coniunctio dr̃ in diffinitione, quia proprie matrimonium dr̃ post copulam cõsummatam esse ꝑfectum: ante aũt dr̃ initiatum, vt statim dicam, hr̃ in c. ex publico. s̃. de cõuer. coniug. Et est rõ, quia per cõiunctionem aiorum denotat vnitatem, quę est inter aiam & Deum: ꝑ cõiunctionẽ corporũ denotat vnitatẽ q̃ est iter Chr̃m & eccliã, c. debitũ, & ibi tex. s̃. de biga. Et ponderatur in mr̃imonio animorum cõiũctio, 27. q. 2. c. sufficiat. & §. iuxta. ad differentiam coniunctionis q̃ fit inter aialia bruta, q̃b. sola corpora coniungunt & non aius. Et intelligr̃ ſm Do. Car. vt dixi, ꝙ ista coniunctio fit legitima, & ideo nõ cũ Iudeo, vel alias infideli, d. c. caue. 28. q. j. & d. l. ne quis. & ideo causa prolis suscipiendę, nec alr̃ valet mr̃imoniũ, si aliter ageret, ca. fi. j. de fri. & male. videbimus in c. fi. j. de cond. appo. Indiuidua dr̃, ad dr̃iam concubinarum, quas licitum est expellere, imo arctamur ſm legẽ nostram. & sic cum eis nõ habemus indiuiduã consuetudinẽ, ideo ad eas accedere prohibemur, vel tenere, c. meretrices. c. dicit aliq̃s. 33. q. 4. gl. est in l. in concubinatu. ff. de cõcubi. & sic licet concubina teneatur indubitato effectu, alias nõ dr̃ cõcubina, vt vult Bar. in l. fi. ff. de cõcu. Et dẽt teneri in domo, vt ibi, alias filij non essent nãles, & facit gl. in c. innotuit. de elec. & ibi no. & consuluit Oldr. in cõsi. 196. ꝙ incipit, Pactum tale, quidam nobilis. & no. Imo. in c. in presentia. s̃. de probat. & Pan. & alij in c. tanta. j. qui fi. sint legi. tñ cũ debeat concubina eijci, non põt cũ ea matrimonium dici. & dr̃ etiam indiuidua ante cõsummatã copulam respectu animi: quia licet multa possent euenire per quę elideretur matrimonium, puta ingressus monasterij, c. ex publico. s̃. de conuer. coniug. tñ eius debent esse propositi cũ ꝯhunt, ꝙ agant facere indiuiduum vinculum inuicem, ca. solet. 32. q. 2. licet non ſp fit indiuidua ante copulam, tñ eo proposito quo initur, dr̃ indiuidua, sicut Imperator dr̃ Augustus ꝑꝑ propositũ augendi, Insti. in proę. s. in suprascriptione, & ibi glo. sic dicemus cãm dotis perpetuam, l. j. ff. de iure do. q̃a eo proposito datur vt perpetuo duret: vitę consuetudinem retinens, ꝑꝑ seruitia mutua ad q̃ inuicem obligant vir & vxor, c. mulierẽ. 33. q. 5. hr̃ in c. literas, maxime per Bal. s̃. de resti. spol. Et ideo dr̃ ꝑꝑ hoc, Relinquet homo

b patrem & matrẽ, & adhærebit vxori, [b] c. gaudemus. ver. q̃a. j. de diuor. & c. his ita. 32. q. 2. nec hẽt alter ex coniugatis ptãtem sui ipsius, c. si tu abstines. 27. q. 2. c. quicquid. 32. q. 2. Et per prędicta habetis inferre, ꝙ est dr̃ia inter sponsalia & matrimonium, vt patet

6 ex diffinitionib. †Et ideo dixit Do. Anto. ꝙ statutum loquens de sponso vel sponsa, non hẽt locum in marito vel vxore, nisi lex aliud exprimat, l. solent. ff. de his qui no. infa. l. si quis offici. §. j. ff. de ri. nup. l. si vxor. §. diuus. ff. de adul. l. item apud Labeonem. §. sponsum. ff. de iniu. & eꝯ infert Pan. hic, ꝙ statutum loquens de marito vel vxore, nõ habet locũ in sponsa per verba de futuro, per ea quæ habentur in c. ex publico. s̃. de conuer. coniug. Secus est in persona per verba de pręsenti, quia illa dr̃ potius vxor, cũ matrimonium fiat solo cõsensu. §. sufficit. 27. q. 2. alle. ipse Pan. bonum tex. in l. si cui fuerit. ff. de condi. & demon. de quo tñ articulo per Bal. in l. nihil. ff. re. amo. l. si pater. ff. ad l. Pompe. de parricidijs. per Bal. in l. cum ante. & ibi Saly. C. de do. ante nup. in l. j. & ibi Ludo. C. vnde vir & vxor. in l. nõ fine. C. de bo. quę lib. in l. si ante. solu. ma. & cõsuluit Mediolanẽ. nr̃, d. Signo. de Homodeis in consi. suo 146. quod incipit, In quæstione vertente inter d. Vianinum Guascu. & aliqua addam in c. si inter virũ. & ibi Pan. ponit, j. eo. Pan. in consi. j. quod incipit, Facti contingentia. & in ca. tertio loco. de presum. gl. in l. 3. in prin. ff. de don. inter vi. & vxo. Quãque tñ ista noia confunduntur, quia ponitur matrimonium pro sponsalibus, vt est tex. & ibi gl. in c. de illis. j. eo. el 2. & econtra sponsalia ponunt ꝑ matrimonio, 27. q. 2. §. in summa causæ.

7 Secundo quero, vñ dicat matrimonium. & glo. cõiter approbata 27. q. j. in summa. dicit ꝙ dicit mr̃imoniũ quasi matris munium, i. munus, siue officium, quia cum matrimonium sit inuentum ad prolis procreationem, & deinde ad educationẽ, 27. q. j. c. nuptiarum bonum. c. fi. j. de fri. & male. §. his ita. 32. q. 2. & in prole plurimum versatur officium matris, ideo mr̃imoniũ dr̃. Nec ob. si dicatur, ꝙ res debet denominari a digniori, c. cleros. 21. dist. & maritus est dignior q̃ sit vxor, c. cum apud. c. mulierem. c. hec imago. 33. q. 5. vbi dicitur, ꝙ est famula mariti. ergo debuit denominari a patre & non a matre. & sic debemus dicere patrimonium & nõ mr̃imoniũ. Soluit glo. ꝑallegata & Doctores hic, ꝙ licet pr̃ sit dignior q̃ mr̃: tñ cũ in ipsa prole, q̃ vt dixi est ex primarijs causis quare fuit inuentum mr̃imoniũ, mr̃ plurimũ laboret, quia ante partũ onerosa, in partu dolorosa, post ꝑtũ laboriosa, c. ex literis. s̃. de cõuer. infide. Iõ in hoc releuat, q̃ in tot grauata fuit, vt mr̃i-

c moniũ ab ipsa denoiet, [c] ar. c. j. s̃. de paro. l. eũ qui. in prin. ff. de iu reiur. Sed alia magis vr̃ ꝯsona rõ, quã sensit Iuriscõsultus in l. q̃a mr̃. ff. de in ius vo. Nã in ꝑle mr̃ est ſem ꝑ certa, de pr̃e sumus incerti, nisi quatenus ꝑ ꝯiecturas asseq̃mur. Iõ à certiori subiecto

8 lex voluit denoiare mr̃imoniũ. †Et hoc verbũ, mr̃imoniũ, ꝑ plurima sinonima nuncupatur: quia q̃nq; dr̃ connubium, c. cõnubia. 32. q. 2. eo quia simul nubant mas & fœmina. Q̃nq; dr̃ cõiugium, eo quia simul coniungantur mas & femina, c. aliq̃n. 32. q. 2. Q̃nq; nuptię, c. nuptiarum. 27. q. ij. Et probãtur hęc oĩa in l. in eo. §. hoc caput. ff. de ritu nup. & voluit gl. Insti. de pa. pot. in prin. Et dicuntur nuptię a nubendo, i. velando, quia mulieres debent incedere velatę postq̃ nuptę sunt, c. hec imago. 33. q. 5. & c. mulierẽ. & hoc in signũ subiectionis & iugi maritalis, quia sunt subiectę marito, d. c. hec imago. & c. fœminę, eadem causa & questione. vel aliter ſm Ho. in sum. de mr̃imo. §. vñ dicatur. in fi. dñr a nube, i. obscuritate, quia actus carnalis copulę & reliqui carnales actus inter eos coniuges clam dicuntur fieri & honeste, & quo ad reliquos dñr esse in nube coopertę & clausę, vt a nemine vllo mõ

9 videantur. †Et hæc ratio ꝯsonat legi Ligurgi, de qua Plutarchus in vita eius, qua cauebatur & inductum fuit, vt iuuenes Lacedemonij ad vxores suas nõ accederent nisi nocte, & cum eis nõ habitarent multũ, sed paulisper commorati recedebant, & ad consocios

ADDITIONES.

a ¶Matrimonium est. Quid sit, & quare dicat matrimonium, vide in Spe. co. ti.
b ¶Et adhærebit vxo. Ephe. 5. Gen. 2. 3. Esdrę. 4. Nu. 9 Mar. 10 j. Corin. 6.
c ¶Ab ipsa denominetur. Vide do. Alex. in consi. 48. 4. parte.

socios se cõferebant.& hoc modo casta erant matrimonia,& sobria inter eos:hocq; obseruabãt quousq; ex muliere filium suscepissent,& ante secũ ꝑ diẽ non viuebãt.Alio ẽt vocabulo appellat matrimonium,quia dr̃ consortiũ, licet ꝓprie hoc dicat inter seruos, l.fi.C.de ser.fu.quod mr̃imoniũ seruorum lex nõ reputabat matrimoniũ, sed contuberniũ,l.cũ ancillis. C.de incest.nup.sed cũ hodie de iure canonico inter seruos ẽt possit esse coniugiũ,vt j.de coniug.ser.ideo illud nomen est abrogatũ quo ad seruos, & est translatũ ad sacerdotes,vxores vel cõcubinas habere volẽtes,
10 c.sane sacerdotes.s̃.de cle.coniug.† Tertio quęro de inuentione matrimonij. & glo.37.q.j.in sum.quã cõiter approbant Canonistę hic,& in summis,dixit,ꝙ est inuentũ matrimoniũ ĩ Paradiso delitiarum tpe quo primi parentes fuerũt creati,s.Adã & Eua, cũ Adã spũ Dei dixit illa verba, Os hoc ex ossibus meis, & caro de carne mea: & ꝓpter hoc relinquet hõ patrẽ & matrẽ,& adhęrebit vxori, Geñ.c.j.& transumptiue 32.q.2.§.his ita.& c.gaudemus.j̃.de diuor.c.debitũ.s̃.de biga.Et institutio ista cum fuerit fa-
a cta tempore innocẽtię,[a] quia nõdum primi parẽtes nostri peccauerãt, & sic nõdum erat aliqua fornicatio,nec suggestio carnis: ideo matrimoniũ fuit inuentũ tunc rõne prolis procreandę, d. §.his ita.Sed post pcm̃ cũ iam cępisset stimulus exagitare carnẽ, fuit secunda institutio matrimonij facta ad fornicationem euitandam,d.§.his ita.Et fuit facta hęc secunda institutio lege positiua ꝑ illa verba, Crescite & multiplicamini.nõ dico dicta ꝑ Gen. c.j.hoc,quia illa fuerunt dicto tpe innocentię, sed per illa verba quæ dicta fuerunt Gen.9.c.vbi post diluuium Noe & filijs dixit Deus ista verba,Crescite,&c.gl. iuris ciuilis Institu. de iure nãli gentium & ciuili,in prin.dixit, ꝙ matrimonium inuẽtum est de
b iure naturali:sed vsus de iure gentium,[b] forma de iure positiuo: quę licet posset intelligi de iure naturali diuino,tñ D.Car. hic eã sustinet, quia etiã de iure naturali.i.instinctu naturę, possumus dicere inuẽtum esse matrimoniũ : nã quodlibet indiuiduũ cupit a nã conseruari,& perpetuitatem desiderat: istud aũt sentit nã esse in eodẽ indiuiduo impossibile, & ideo quod nõ potest in indiuiduo,desiderat in se,& magis proxime q̃ possit spẽ. Et ideo cũ indiuiduum,puta Pet.in spẽ sentiat se qñque moriturum instinctu naturę,& tñ eadem natura pepetuitatem desiderat:quod nõ põt consequi ex suo indiuiduo ipse Pet. quęrit consequi ex alio indiuiduo eiusdẽ speciei,i.in hoie & sibi proximo.i.ex se descendente.& ideo ad procreationẽ prolis natura inuitat,sed essemus incerti,an istud indiuiduum ex nobis descendisset,si liceret hinc & inde cum mulierib.posse cõmisceri: ideo natura sua sit vt vnã haberemus cã prolis procreandę:& ideo instinctu naturę dr̃ inuentum matrimonium.& faciunt no.in l.isti quidem. in fi.ff.qđ me.cau. Et ita etiam apud gentiles a iure naturæ inuentum matrimonium dixit Xenophõ,vt refert Columella li.rerum rusticarum 13.Alia autem datur inuentio matrimonij apud Gẽtiles, q̃a dicitur illud Amphyonem apud Thebanos inuenisse, vt cantat Horatius libro poeticæ artis.

Dictus & Amphyon Thebanæ conditor vrbis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda.
Ducere quo vellet, fuit hæc sapientia quondam.
Publica priuatis secernere, sacra prophanis,
Concubitum prohibere vago, dare iura maritis.

Apud Iustinum lib.2.tradit Cecrope primũ regẽ Atheniẽsiũ,qui fuit paulo ante Iacob,vt refert Eusebius de tpibus,& ẽt historia
11 scholastica mr̃imonij primũ inuẽtorẽ.†Quarta est qõ,q̃ fuerit cã mr̃imonij introducẽdi.& dicite,ꝙ principales fuerũt duę cãę,ꝓlis ꝓcreãdę vt repleret numerus angelorum ꝑ lapsum Luciferi diminutus: & hęc fuit tpe innocẽtię instituta, & ẽt in hodiernã vsq; diẽ durat,c.fi.j̃.de fri.& ma. Alia fuit cã post statũ peccati primorum parẽtũ,s.fornicationis vitandę,d.§.his ita. & videbimus in c.ex parte.j̃.e.& iõ si mr̃imoniũ fieret expsso hoc,ꝙ nõ intẽdit ex ea ꝓlẽ velle suscipere,vel vult adulterari,istę ꝯditiones essent turpes,quia ꝯ originariã cãm, c.origo.32.q.4.& de his ꝯdõnibus dr̃.j.de cõdi.app.c.fi.Alię cãę sunt scđarię ꝓpter dotẽ vel pulchritudinẽ mulieris,vt legit de Iacob Gen.19.c.q̃ ꝓpter pulchritudi-
12 nẽ voluit Rachel ĩ vxorẽ.Ista nõ vitiat mr̃imoniũ, dũmodo principales causæ accedant, cã.solet.22.q.2. † Quinto quæro,quæ sint bona matrimonij.& dicite,ꝙ tria sunt,fides,proles, & sacr̃m.ca. oĩ.27.q.2.& d.§.his ita.Fides, vt ad aliam non accedat vir, vel mulier ad alium,vt videbimus in c.ex parte.j̃.eo.Item fides,vt req̃situs debitũ reddere teneat alter alteri,c.si tu abstines.7.q.2.c.sunt q.32.q.2.c.mulierem.33.q.5.vsq; adeo,vt etiam die ieiunij teneat, si exigat reddere, vel alijs dieb.solennib.de quib.in c.fi.j̃.de feri. licet exigẽs tpe ieiunij vel solẽni peccet,c.noluit.33.q.5. & ita gl. 33.q.4.in sum.Quę tñ voluit fm̃ aliquos,licet non firmet,ꝙ si maritus est certus ꝙ vxor exigit debitum,vel eꝯ cã libidinis, ꝙ non dẽt ei reddere his diebus.Ho.in sum. de matrimo.in §.q̃s sit effectus.in ver.sed nunq̃d peccat. trãsit cum predicta glo. vno addito,ꝙ in magnis solẽnitatibus,ꝓut eẽt Natiuitas Dni,vel Paschatis festũ,nõ dẽt ẽt exactus reddere.Proles aũt dr̃ bonũ mr̃imonij: quia est eius originaria cã,vt s̃.dixi, & maritus vel ẽt vxor in copula carnali si ad hoc nõ tẽdũt,vt faciãt ꝓlẽ,peccãt mortalr̃, vt d. c.solẽt.22.q.2.& c.seq.si tñ ꝯsummarẽt copulã voluptatis,non tñ dicunt aĩo ꝙ vellẽt suscipere prolẽ,pctm̃ eẽt veniale, §.criminis. 25.di. vide gl.in c.vir cũ ꝓpria.23.q.5.q̃ assignat rõnem huius, q̃a nullus est coitus sine pruritu, & sine hac voluptate, ideo peccat
13 venialiter.& ita hic Do.Ant.†Et ideo habetis inferre,ꝙ immoderatus vsus copulę cum vxore,ex quo non facit ad prolẽ,necessarius ad fornicationẽ vitandã,est illicitus & pctm̃ mortale,c.vsus. & c.p̃ced.32.q.7.Et ideo oĩs copula,q̃ non sit debito mõ, ẽt intra debita claustra,ex quo nõ facit ad prolem,pctm̃ est mortale, 35. q.2.c.extraordinaria.Et ideo prędicat diuus Aug. in tractatu suo de bono coniugali, ꝙ quicquid mali hñt nuptię, hoc ꝓuenit ex illicitis voluptatib.c.q̃cq̃d.j. q.j. Et oĩs illicitus vsus ẽt cũ vxore est reprobatus & abusus membrorum,c.in eo.32.q.4.& qualiter ẽt osculãdo ꝯmittat peccatum mortale,vide gl.magistrã.in cle.fi. in ver.7.de hęreti.Et ꝑ prædicta eleganter dixit tex. in nuptijs ẽt eẽ castitatẽ,quã maritalẽ castitatẽ appellauit,c.fi.31.q.j. & ideo
14 dixit Bal.s̃.in proę.huius vo.in 6.col. †ꝙ triplex est castitas.Virgi-
c nalis,q̃ prę cęteris præualet,[c] c.j.s̃.de sum.tri.& fi.cath.c.nuptię.
d 32.q.4.Vidualis,[d] quæ virginali proxime accedit, 27.q.j.c.j. & c.vi-
e duę.el 2.Maritalis,[e] de qua loquimur & infert ibidẽ ꝙ si testator legauerit mille ꝓ 10.mulierib.maritandis,ad hoc legatũ non veniunt viduę q̃ volũt maritari,quia intelligitur illud verbum,maritãdis,de primo matrimonio, l.boues.§.hoc sermone. ff.de ver. sig.Sacr̃m autem est ex bonis mr̃imonij,quia licet mr̃imonium non sit sacrũ,est tñ rei sacræ signũ.figuratiue.n.ante copulã designat nobis vnitatẽ,q̃ est inter Deũ,& aĩam,post copulã aũt designat vnitatẽ,q̃ ꝯcta fuit per incarnationẽ Chr̃i inter ipsum Christum & spõsam suã ecclesiã,c.debitũ.s̃. de biga. Et ab alijs sacris in hoc differt quia alia sunt sacra,istud sacrę rei signum. Itẽ ẽt in alio,q̃a illa sunt ad medelã morborũ inuẽta,& sic pctõrum,c.cũ oẽ.de conse.di.2.hoc aũt solũ est obsequiũ ꝓlis procreãdę,c.nuptiarũ.27.q.j.ita Do.Card.hic. & ꝑ hoc sacr̃m denotat id quod s̃. dixi in diffinitione super verbo,indiuiduam. Itẽ in alio differt, quia est voluntariũ,alia pro maiori pte sunt necessaria,gl.est no.
15 in c.veniẽs,s̃.de transac. †Et ideo Zochus hic quærit post Gas.an ꝑ mr̃imoniũ infundat gr̃a sicut in alijs sacris. gl.j.q.j.c.q̃cq̃d. dicit ꝙ non infunditur gr̃a,& in c.in ecclesijs.j.de simo.q̃ alle.c.cõcubina.32.q.2.& c.nuptiarũ.37.q.j.dicit ꝙ imo cõfert gratia,& infundit in sacro matrimonij,vt no.Io.An.in ca.vnico. de sac.vnc. in prin.in verbo,sancto.non tñ adest gratia Spiritus sancti ꝯsummationi matrimonij ꝑ horrorẽ & stuporẽ ĩ coitu, in quo homo quasi totus bestialis efficit,ad hoc s̃.de cle.ꝯiu. c.quod a te. & qđ ibi no.adest tñ gratia Spũs sancti, quia in eo põt hõ mereri,32.q. 4.dixit Sara.Ex quo infertur non esse verũ quod dicit Hug.31.q.j. c.q̃uo virginib.vbi dixit vsum matrimonij nõ posse impleri sine pctõ saltẽ veniali,quia imo põt esse meritorius, cũ fiat bono intuitu,sicut fuisset ĩ statu innocẽtiæ:aut põt,vt dicit Gas. reduci ad actũ virtutis & iustitię,q̃a reddit quod dẽt,12.q.2.cũ deuotissimã. Itẽ põt reduci ad actũ religionis, q̃a vult prolẽ Deo dedicare. Si aũt fieret solo actu cõcupiscentię,nulla gr̃a Spũs sancti posset eẽ in mr̃imonio,q̃a ibi eẽt pcm̃:in alijs aũt sacris a mr̃imonio adest
16 Spũs sancti pñtia,vt no.in locis pręallegatis.†Sexto quęro,quot sunt spẽs matrimonij.& dicite primo tres esse spẽs.Primo vnum dicitur matrimonium initiatum,s.cum per consensum ꝯhitur,c. cũ initiatur.27.q.2.& hoc alio modo dr̃ ꝯctũ,l.cui fuerit. alias cui lega-

ADDITIONES.

a ¶Innocentiæ. Adde Do Soci. in consi.28.inci. Circa primum quęsitum. ver.nec ob.circa medium.in j.parte,char.4.

b De iure gentium.Vide Bar.in l.j.§.huius studij.ff.de iust.& iure & per gl.Insti. de iu na.in princ.in ver.appellamus.

c ¶Præualet. Adde gl.in c.causam matrimonij.in ver. priuilegio. & ibidem vide Pan.in 2.col.de proba.& c.ille.eã.q.& per S.Tho.de Aquino.& Ricard.4.sententiarum,dist.49.

d Vidualis.Et adde,quod vidua proprie dr̃,quæ nũquam habuit,nec habet virum, a vi vocabuli, a vi quod est sine,secundum Ab.in c.ex tenore in fi.de fo.comp. vide tñ gl.aliter loquentem in l.j.ad fi.C.qñ Imp.inter tu.& pu.in ver.viduas. ꝙ proprie & stricte dr̃ quælibet virum non habens,sed habuit:sed improprie dr̃ quælibet virum non habens.vide l.malum.§.vidua.de verb.sign.Et adde ẽt, ꝙ vidua dicitur facto diuortio,l.mulieri.ff.de dona. inter vir. & vxo. Item q̃ habet virum inutilem sibi,vel absentem,gl.no.in l.fi.in ver.orbitates.C.de plagia.& ibi clarius per Bal.& Alex.in l.eleganter.§ qui reprobos. de pig.ac. vbi idem dicit de patre,qui dicitur orbatus filijs, etiam si habet filium inutilem, per tex.& gl.in d.l.fi.

e ¶Maritalis.Vide j.ad Cor.7.

leg·tum. ff.de condi.& demon. quia ſicut ſolo cõſenſu initiatur matrimonium,d.c.cum initiatur.ita ẽt ſolo cõſenſu ɔ̃hitur,§.ſufficit.27.q.2.Secundum eſt, quod dr̃ conſummatum, & hoc eſt ꝑ carnalem copulam ſubſecutam, c.ex publico. ſ̃.de cõuer.coniu. Tertium dr̃ ratum:& iſtud eſt quod ɔ̃hitur inter fideles ad dñiam matrimonij inter fideles ɔ̃cti dr̃ ɔ̃ctum,c.j.& c.caue.28.qõ.j.Alio modo diſtinguitur matrimonium, quia aliud eſt verum.ſ.quod per verba de præſenti contractum eſt,d.§.ſufficit. aliud præſumptum,puta per carnalem copulam verbis de præſenti non præcedentib.c.his qui fidem.j̃.eo.vel etiam per ſubarrationem ſiue dationem annuli,c.fi.& ibi videbimus.j.ti.j.& no.Arch.in c.noſtrates.30.q.5.vel etiam per cohabitationem ſpontaneam: de quo in addi.j.eo.in c.inſuper,j̃.qui matr.accuſ.poſ.Alio modo diſtinguitur,quia quoddam matrimonium dr̃ nudũ,i.ſolis verbis contractum.Quoddam veſtitum vel iuramento vel arris vel ſimilibus:
17 & dicite vt dixi ſ̃.de ſpon.†Septimo quæro, nunquid ɔ̃here matrimonium ſit præcepti vel ne.& primo vr̃ ar.ꝙ ſic,quia illa verba ſunt imperatiua, Creſcite & multiplicamini: quæ dicta fuerunt tempore conſtituti matrimonij,vt ſupra dixi. Ergo præceptum importãt,clemen.exiui de Paradiſo.de verbo.ſignific.no. in cap.nam concupiſcentiã. ſ̃.de conſtitutio. In contrarium autem facit,quia immo nuptiæ ſuadentur, ſed virginitas eis præfertur, ca.nuptiarum.27.quæſtio.j.c.nuptiæ.32.queſtio.j.hæc virginitas præſtat nuptijs.c.j.ſ̃.de ſum.tri.& fi.cath.Item improbatur,qa vidimus Abel nunq̃ habuiſſe vxorẽ, & tñ de eo dr̃ ꝙ iuſtꝰ fuit,3.q.7.c.in grauibus.c.conſideret.de pe.di.5. D.Gaſ.de Cal.& ẽt D.Car. fędere diſtinctionis concordãt opi.Aut nos loquimur tp̃e gratię & a prin.hoĩs:& tũc fuit p̃cepti,ſed affirmatiui.i.quando bene obligabat ad nuptias ɔ̃hendas.& ita ꝓcedat prima opi. Et ſi dicatur,nonne Abel fuit in primordium gentium, & tñ nõ ɔ̃xit nuptias,nec propterea dr̃ eſſe peccator imo iuſtus,vt p̃dixi? Solutio,dicas ꝙ q̃dã ſunt p̃cepta affirmatiua,& illa obligant ſp̃, ſed no ad ſp̃.i.ꝙ debent obſeruari: ſed tñ iuſta ſubſiſtẽte cã loco & tp̃e variantur,quia ſi eis ɔueniat, nõ eſt pctm̃, qñ iuſta ſubeſt cã.Ita dr̃ de Abel,quia ex volũtate Dei vel præuentus morte excuſet.Quędã ſunt p̃cepta negatiua,& illa obligãt ſemꝑ & ad ſp̃. ita voluit Io.An.in c.cũ ex iniũcto,j̃.de hęreti.& not.in ca.nouit ſ̃.de iud.aut vero loq̃mur nũc tp̃e legis Chriſti,& ẽt poſt genus hoĩum multiplicatũ, & tunc ɔ̃here nuptias nullo pacto eſt p̃cepti nec affirmatiui.iſte eſt tex.q̃ hãc ɔcordiã ſentit in c.q̃s ignoret.32.q.4.rõ dñię ꝓpter inopiã hoĩum tũc p̃cipiebat.& in ſiñ habetis tex.35.q.j. §.cum igit.vbi eſt tex. ꝙ ẽt in illis primordijs illa lex ꝓcedebat: iupiter &c. vt fr̃ nuberet ſorori ꝑꝑ inopiã homi-
18 nũ,q̃ poſtea creſcẽte multitudine abrogata,eſt ꝓhibita.†Octauo q̃ro,q̃s ſit effectus matrimonij.Et primo dicite, quia filij per illud dicunt ltĩmi,q̃ al̃s nõ dicerent,32 q.4.c.liberi.Inſt.d̃ pa.po.in princi.eſt effectus quo ad dotẽ, q̃ non valet ſine mr̃imonio:& videbimus in c. per vr̃as.& to.ti.de dote poſt diuor.reſti.Itẽ quia vir non habet ptãtem ſuijpſius,nec etiam vxor,c.ſunt qui.c.ſi tu abſtines,27.q.2.& dixi ſ̃.in diffinitione. Item præſtat ſolatiũ maxime in ſenib.nuptiarum,27.q.j.& ita Hoſt.in tit.de matrimo.in §.& quare,circa fi. reſtaret, vt quærerẽ qualiter ɔ̃hatur matrimonium,qualr̃ diſſoluatur, quis poſſit illud ɔ̃here, & de priuilegijs matrimonij.de quib.dicam j̃. prout occurret per ſingulas decretales.Et hæc ſufficiant circa rubrum.Sequitur modo nigrum.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium cum alienigena contractum valet,etiam non ſeruata conſuetudine patriæ,dummodo ſit eiuſdem fidei.*

2 *Dictio,ſuus,non ſemper denotat dominum.*

Statutum laicorum non poteſt aliquid diſponere circa matrimonium diſſoluendum.

Statutum non poteſt dare nouam formam matrimonio contrahendo.

3 *Contractus licet debeat regulari ſecundum ſolennitates loci, in quo ſit, ſi ibi adſint contrahentes:tamen ſi ibi non adſint,debet regulari ſecundum naturam & ſecundum ſolennitates loci,in quo fienda eſt executio.*

4 *Dictio,ideſt,eſt expoſitiua præcedentium: & quid de dictione, videlicet.*

5 *Concilij conſtitutio ſub nomine concilij editur,& non Papæ tantum: ſecus tamen quandoque ſit.*

Libelli forma contra eum,qui dimiſſa prima vxore accepit aliam.

6 *Maritus compellitur redire ad vxorem, & ſic vxor ad virum, & poteſt fieri iſta coactio etiam manu armata.*

7 *Statutum particulare laicorum an poſſit quicquam diſponere circa matrimonium,vel ab eo dependentia.*

8 *Statutum laicorum poteſt diſponere circa ſponſalia ea, quæ poteſt diſponere circa matrimonium.*

Pæna appoſita circa matrimonium,non vendicat ſibi locum in ſponſalibus.

9 *Statuta ſi ſunt diuerſa in loco viri & vxoris,quod potius attendi debeat. & numero 10.*

10 *Mariti locus attenditur in exigenda dote.*

11 *Statutum particulare laicorum circa ſolennitatem matrimonij non ſeruans an peccet.*

C A P. I.

DE Francia. Matrimoniũ cõſenſu ɔ̃hitur, & vz ſi ẽt cõſuetudo patrię nõ ſeruatur. h.d.Diuidit in duas ptes.In prima facti narratio.in 2. deciſio.2.ibi, diffiniuit.¶[De Frãcia] iſta eſt terra vicina Saxonię in Alamania, nõ aũt eſt ꝓuincia Frãcię.ita Ho.hic in tex.ibi,Frãcorum,q̃ ſm̃ Ho.fuit cõceſſa a Carolo impatore ꝑmittens marito & ecõtra vxori, vt prima nocte ſe experirentur, & ſi inuicem placerent,matrimoniũ haberet ꝓ ɔ̃cto: ſi diſplicerẽt,hr̃etur pro non ɔ̃cto.Et ideo debet intelligi tex.vt illa negatiua,non,referat ad verbum,deſponſauerat.nõ aũt ad verbũ, ſua lege.q.d.tex.ꝙ nobilis maritus cauſatus eſt,i.ſe excuſauit, ꝙ eã nõ deſpõſauit ſua lege,i.quia ſua lex permittebat vt matrimoniũ haberet ꝓ nõ facto.Io.An.tñ & cõis opi.ſcribentium tenent,ꝙ hic eſſet cõſuetudo alia dãs certam formam matrimonio, puta quia non valeret matrimonium niſi poneretur pallium, vel niſi affi-
1 nes donarent aliquid ſponſę vel ſponſo,ille duxit aliam. † Nota ibi tex. de Francia.iuncto ibi, de Saxonia. ꝙ matrimonium põt ɔ̃hi inter hoĩes diuerſarum prouinciarum. Et ſic licèt ſit prohibitum inter hoĩes diuerſę ſectę quo ad fidem, c.non oportet.& ca. caue.28.q.j.tñ nõ eſt prohibitum inter hoĩes diuerſę prouinciæ. Nota ibi,Saxonia.iũcto tex.ibi,lege Saxonum, quod paria ſunt dicere,Mediolanen.& de Mediolano.de quo in rubr. huius vol.
2 ſ.in ſalutatione,per D.Ant.& in rubri.ff.ſolu.mat.†No.ibi,ſua.ꝙ
a iſtud ꝓnomen,ſuus,nõ ſp̃ denotat dñium. [a] de quo per gl.in l.2. in prin.ff.de ori.iur.in c.j.ſ̃.de poſtu.p̃la.in c.pro illorum. ſ̃.de p̃ben.Nota ibi, lege. iuncta.deciſione,quod non valet ſtatutum laicorum diſponens circa matrimonium ɔ̃ctũ reſoluẽdum. ſm̃ exemplum Hoſt.vel etiam dans nouã formam matrimonio cõ-
natu, dum vult gl. ꝙ ex ipſo conatu præſumaṫ malitia: & tñ text.
noſter expreſſe dicit ꝯrium ſm d.Ant. quia dicit, forſitan tenta-
uit.& ſic dubitatiue, niſi rñdeatis vt dixi in tex. Et alio modo põt
rñderi vt j. dicã in tertio intellectu. & ſic videtis ꝙ ad tex.noſtrũ
Doctores non ſequunṫ glo. licèt approbent dictum pro maiori
parte. Secundus eſt intellectus Inn.quem ſequitur Io. An. ꝙ tex.
noſter procedat in infante proxima ſeptennio in ſexto anno cũ
dimidio, vt dixi in tex.& ſic non obſtant ꝯria, quia fateor ꝙ mi-
nor ſeptennio non poteſt ꝯhere ſponſalia, niſi ſit proxima ſep-
tennio. Iſte intellectus iure non probatur, ꝙ non reperitur cau-
tum ꝙ proxima ſeptennio habeatur ac ſi infantiam compleue-
rit: & ita hic Panor.poſt Cardi.& Gaſ.Calde. & quo ad text.pa-
rum congruit, quia hoc retento fruſtra text. ponderaret conatũ
copulæ & dubietatem, tñ in dicto cõiter Docto. tranſeunt. Ter-
tius eſt intellectus Hoſtien.hic, ꝙ conatus copulæ hic operetur
vt ſponſalia valeãt ẽt cum minore ſeptennio: & dicit eſſe rõnẽ,
nam licèt infantula non poſſit agere, poteſt tñ pati, l. ſi ſtuprum.
ff.de iniur. & ideo quia effectualiter copulam pacta fuiſſet, fuiſ-
ſet matrimoniũ, c.de illis.in fi.el 2.j.tit.j. Si cõſtaret copulam nõ
fuiſſe peractam, tunc nihil operaretur, c.fi.j.eo.c.extraordinaria.
35.q.3. ideo in caſu medio qñ dubitaret, an copula habuiſſet effe
ctũ vel ne, ius eligit tutiorẽ viã, & perinde iudicat ac ſi habuiſſet
effectũ quo ad impediendũ vt nõ poſſit ꝯhere cũ conſanguinea
huius, quam attentauit: & hoc modo intelligit tex.noſtrum, nec
verba eius abhorrent. Car. hic impugnat hunc intellectum, qa
ſi eſt verum aſſumptũ primũ, ꝙ ſi peregiſſet copulã fuiſſet matri
moniũ, nec text.in c. de illis. hoc dicit, cum loquaṫ de impubere
maiore infante: imo ex quo determinat hoc in impubere maio-
re infante, & venit ad hoc decidendũ, ſentit ſecus eſſe in infan-
te: alſ iſte text. eſſet de indubitabili: nã cui dubiũ, ꝙ ſi in infante
ꝑfectio copulæ facit mr̃imoniũ, quo ẽt multo magis in maiore
infante: ſed p̃t eſſe dubitatio, qa vbi vterq; erat impubes: vñ nõ
videbaṫ ꝙ ex aliqua parte poſſet interuenire copula efficax ad
mr̃imoniũ. nos loqmur, qñ vir erat pubes.& ꝓ iſta ſol.facit vul-
gata rõ: nã in d.c.de illis. Papa rñdit ad ꝯſultationẽ partis, vñ nõ
vr̃ nouũ ius velle ꝯcedere, iuxta gl.in c.ꝯſultationi.s̃.de tẽp. ordi.
in gl.fi.faciũt q̃ no.Bar.in auth.quas actiones.C.de ſacroſan. ec.
d.Ant.reꝑhendit intellectũ Hoſt.alio medio, p̄ſupponit Hoſt. ꝙ
ꝓp conatũ copulæ ius eligat tutiorẽ partẽ: & ſic vr̃ velle, ꝙ de co
natu ꝯſtaret: qđ eſt ꝯ tex.noſtrũ, ibi, forſitan tentauit, ſed poſſu-
mus dicere vt dictum eſt in textualibus, & ꝙ illud, forſitan, affir-
mat veritatẽ: ſed Gaſ.de Cal. dat aliã ſolutionẽ, ꝙ illud, forſitan,
non referaṫ ad verbũ, attentauit. ſed ad verbũ, adimplere nõ po-
tuit.& ſi dicatis, fit tranſportatio literæ. Sol. dicite ꝙ ẽt non faciẽ
do tranſportationẽ literæ ſaluabiṫ opi. Gaſ. quia quo ad intelle-
ctũ illud, forſitan. licèt ſit appoſitũ verbo, attẽtauerit. quo ad cor
ticẽ, tñ põt referri ad verbum, adimplere nõ potuit. q.d. forſitan
tentauit qđ adimplere non potuit: quia copula erat dubia, forſi-
tan tẽtauit id qđ nõ potuit: & ſic licèt ꝯſtet de actu conatus, non
ꝯſtat tñ ꝙ tẽtauerit qđ potuit, quia forte tẽtauit qđ nõ potuit: &
& ſic dicere cõiter intelligi literã. Quartus fuit intellectus d.An
to. Car. & Pa. qui dicũt hic nõ eſſe diuinandũ, ꝙ malitia ętatem
ſuppleret, ꝙ proxima eſſet ſeptennio: nec pro firmo tenendũ, ꝙ
conatus interuenerit: ſed ꝙ hic iſte iuuenis duxerat infantem in
domũ tanq̃ vxorẽ, & ſecũ cohabitauit: vnde cum caro ſit infir-
b ma,[b] dubitauit canõ forſitan, cũ ea attẽtauerit ꝙ nõ potuit. & iõ
ꝓp iſtas duas rõnes tenendũ, ꝙ matrimoniũ licèt inualidũ inter
eos

ADDITIONES.

a ¶Inſpici. Adde etiam Deutero. 22.
b ¶Infirma. Facit ad Gala. 5.

eos pcesserit:tñ qa ex diuturna cohabitatione resultabat quoddam dubiũ,qđ forsitan tētasset &c. pp hoc resultat publica honestas, quia vr̃ inhonestũ, ꝙ qui tractauit & versatus est cũ vna vt vxore,cũ potuerit et̃ vlterius forte tentasse, debeat postea hr̃e ɔsanguineā illius in vxorē.hanc ob rē decernit hic Papa nō tenere mrimoniũ cum scđa,& causatā esse publicā honestatē cũ pri-
7 ma.†Facite ergo regulā,ꝙ ex sponsalib. ɔ̄ctis cum minore septēnio non nascitur publica honestas, d.c.literas. & c.accessit.alle. in gl.Fallit primo,nisi post septenniũ postea ɔsensisset tacite vel expresse,vt hac gl.dum refert Tanc.& c.vnico. de despon.impu. li.6. Fallit secundo, nisi malitia suppleret ętatē,quæ præsumitř ex patientia,ꝙ vir secũ conetur copulā,vt hac glo. & dixi in primo intellectu.Fallit tertio,qñ ɔstaret copulā esse ɔsummatā cum ipsa minore septēnio,qa tunc inducit matrimoniũ.ita Host. hic,p ea q̃ hñtur in c.de illis.j.tit.j. & dixi in tertio intellectu & in textualibus.Fallit quarto,qñ ɔstaret de conatu copulæ, sed dubium esset an perfecisset,qa tũc resultat publica honestas ex istis spōsalibus pcedētibus sine mrimonio inualida.ita d.Ant.hic, & est hic casus fm intellectũ tertiũ s̃.positũ.Fallit quinto,qñ esset proxima septēnio per mediũ annũ,quia tũc ptɔhere spōsalia,& generat publicā honestatē.ita Inn.& Io.An.hic,& dixi in scđo intellectu.Fallit 6.qñ ex verisimilibus ɔiecturis dubitabař de conatu,cũ tñ pro certo nesciret,puta qa traduxisset infantē ad domũ: nam tunc pcedentibus spōsalibus vel mrimonio inualido,& cōcurrente hac dubitatione resultat publica honestas, vt dixi in
8 quarto intellectu.& ita pprie hic casus.†In gl.si.no.gl. ꝙ cognitio,quæ fit extra nãlia,vel et̃ non fit mãli affectu & nãli,non hēt inducere publicā honestatem,nec coadiuuat sponsalia inualida. & ita d.Ant.hic,& cōiter scribentes per c.extraordinaria.alle.in gl.nr̃a.Vltimo oppo.Host.ɔ tex. quia in dubio debuit pnunciari pro scđo mrimonio,c.videbař.j. qui mri.accu. pos.Ergo male fecit Papa hic, ex quo dubitabař de conatu, soluere fm mrimoniũ.dicit ipse Host.ꝙ factũ est fauore animæ.Nam vt dixi in tex. in dubio eligenda est quæ pro aīa facit:vnde cũ hic dubitaret an conatus habuisset effectũ,& sic cũ ista ɔsummatũ esset matrimonium,an vero non.Si fuisset cōsummatũ, iste tenens scđam versaretur in peccato in præiudiciũ animę suæ,iō ad euitationē peccati Papa eligit tutiorē viā, vt iste non teneat scđam:sed tenēdo ꝙ hic conatus esset dubius,vt vr̃ velle d.Ant.& s̃.dixi.vel et̃ dato ꝙ esset certus conatus eius,tñ effectus sit dubius,tñ fm opi. Car di. per copulā et̃ certā cũ infante non resultat matrimoniũ:ergo solutio nō bona,qa dato ꝙ millies ɔstaret de copula, nō operař effectũ mrimonij,nec affinitatis,ex quo ɔsummata est cũ infante:ergo debuit pualere fm mrimoniũ.& iō soluit,ꝙ hoc puenit, eo quia fm mrimoniũ non valebat publica honestate phibente,c.spōsalia.j.e.licèt conatus hic esset dubius, vel eius effectus, tñ certũ erat ꝙ resultabat publica honestas. & dixi in quarto intellectu,& sic erat certũ impedimentũ scđi mrimonij.Et iō non sumus in casu dubio,vt dēat pnunciari pro scđo mrimonio,sed sumus in casu claro, cũ sit clarũ impedimentũ scđi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Publica honestas magis fundatur super facto sponsalium quàm super effectu iuris.*
Factum ipsum magis consideratur quàm iuris effectus.
Accusare potest quilibet matrimonium & sponsalia de consanguinitate, & idem poterit esse accusator & testis.
2 *Allegatio generalis licite fit,licèt non allegetur locus.*
3 *Scriptura authentica facit fidem.*
Scriptura authentica quæ dicatur.
4 *Iuramentum illicitum non debet seruari,& debet puniri iurans illicitum.*
Pœnitentia manifesta est imponenda pro peccato manifesto.
5 *Publica honestas oritur ex sponsalibus contractis etiam per monachum. 6.*
6 *Monachus habet consensum de iure naturali.*
7 *Publica honestas quando inducatur ex sponsalibus.*

CAP. IIII.

AD audientiam. Hoc dicit in sũma. Ex spōsalibus ɔ̄ctis cum consanguinea oritur publicę honestatis iustitia. Diuiditur in duas partes. In prima narrat factum. In secunda prouisionem committit, quæ est ibi, sed quoniam.ibi,quidam filiorum.subaudit hic Hostien.& post eum alij,puberum & cōsentientium. per tex.in capitu.ex literis.j.cod.el 2. sed non videř de necessitate subaudiendũ, puberũ. quia et̃ sufficeret ꝙ essent impuberes,dũmodo cōsentirent,vel non ɔ̄dicerent spōsalia ɔ̄hētibus p se & parētibus,c.vnico. de despō.impu.li.6.in tex. ibi, ille,forte genitus ex prima vxore.In tex.ibi,casu aliquo.puta mortis vel alterius, q̃ sunt infiniti, l.pen.C.de vsufru.l.2.de don.cau. mortis.ff. vel fm Host. et dñm Car. casu aliquo &c. ppea dixerunt, qa suspicabanř pp ɔsanguinitatē posse dissolui sponsalia. In tex.ibi,alteri filio.s.ex secunda vxore nato.in tex.ibi,spōsam fratris.idem subaudit Host.et̃ de spōsalibus cuiuscunq; ɔsanguinei.Nã per sponsalia valida nascitur publica honestas, quæ impedit matrimoniũ inter oēs cōsanguineos vsq; ad quartũ gradũ, capi.sponsam.j.eo.sed sponsalia inualida,dummō rōne cōsensus valeāt, æquiparanř validis sponsalib. quo ad publicā honestatē, c.vnico.eo.tit.lib.6. ergo impedient matrimoniũ cum omni cōsanguineo sponsi,vel eɔ̄, cũ omni cōsanguineo sponsæ, sicut &
1 spōsalia valida.†No.j.ex tex.ibi,aliquo interueniēte. fm apostillā ibi positā, ꝙ licèt parentes suspicenř se ɔ̄here sponsalia ɔ̄ ius, ꝙ tñ ex eis oritur publica honestas:& est rō, qa negari non pōt, quin de facto ɔsensus adsit, cũ istud iure positiuo nō possit euacuari,l.si qđ in argũ.ff.de condi.inde.& facta pro infectis haberi non possunt,l.in bello. §.factæ. ff.de capti. & postlimi. reuer. publica aũt honestas magis fundař super facto sponsaliũ, q̃ sup effectu iuris: nã nascitur ex cōi extimatione, quia vr̃ inhonestũ vt quis hēat sponsam sui cōsanguinei in vxorē, vt dixi in c. pcedenti.q̃ cōis opinio potius ex facto resultat q̃ ex iure vel validitate actus.Non mirũ igitur si solũ factũ attendimus,s.an sponsalia de facto ɔ̄cta sint vel ne,nec iuris validitatē inspicimus.Nota ex tex.quidam &c. ꝙ quilibet pōt accusare matrimoniũ & sponsalia de cōsanguinitate,imo plus pbat iste fm Antoniũ, ꝙ idem poterit esse accusa.& testis,vt pbat tex.ibi,iuris firmarũt. facit quæ hñtur in c.si.de clandestina desponsatione.in c.si.j. qui matri.accusa.pñt.No.ibi,consanguinitatē.ꝙ pp consanguinitatem soluuntur sponsalia, & nulla declaranř, immo prohibenř ne ad effectũ ea perducant,c.cũ in tua.j.eo.tit.Et sic habetis,ꝙ per cōsanguinitatē matrimoniũ vel sponsalia non separanř, sed nulla redduntur:qđ patet,ex quo hic verificař ɔdō,si eam hr̃e non poterit.& facit gl.in l.diuortio.iu prin.ff.de neg.gest.in rub.C.rerũ
2 amotarum.& in l.rerũ amotarũ.ff.rerũ amotarum.†Not.ibi,quē scriptum est.ꝙ licitum est facere allegationē gñalem,licèt nō allegetur in quo loco.ita do.Car.& concordat tex.quem ibi ponderat idem do.Card.in clemen.vnica, in versi.nos itaq;.in 3.col. de iureiur.notat Imola,& idem Cardi.in clemen.constitutionē. de electio.Io.An.& cōiter Docto.in c.nostra.de cohab.cleric.& muli.& aliud habetis ex isto tex.ꝙ sufficit ita scriptum esse, nec vlterius est inuestigandum.facit tex.in c.scriptum.6.q.3.in l.pro-
3 spexit.ff.qui & a quibus.†Item habetis,ꝙ scripturæ creditur: intelligite si sit authentica,prout erat ista, quæ erat testamenti veteris,vt trãsumptiue hr̃ 8.q.j.c.olim. & q̃ dicař authētica scriptu-
a ra,habetur in c.1. [a] s̃.de fide instru.Et dicunt hic Docto. ꝙ etiam si sit in marmore scriptum,creditur, ca.sane.el 2.24.q.2.si habes. in c.cum causam.s̃.de proba.Item sufficit qñq; in terra solũ scribi,vt legitur de dño nostro Iesu Christo,inclinatus digito scribebat in terra.& est tex.vbi transumptiue hoc refertur, in c.postulatus.3.q.7. & videte gl.in c.nuper.in fi.s̃.de testi.quæ vult ꝙ istis scripturis marmoris vel in parietibus appositis credatur plenē,
b vbi non tractatur de præiudicio alicuius, [b] puta ꝙ ecclesia fit cōsecrata,vel ꝙ ego sim baptizatus.& ita Inno.in rubri.s̃.de consecra.eccle.vel altaris. quo aũt ad præiudiciũ tertij creditur solum præsumptiue.facit glo.in c.sicut.de sen.excō. No. ex tex.ibi,implere propositum. ꝙ ad ecclesiam spectat non solum prouidere circa peccata cōmissa,sed et̃ circa cōmittēda, de quo in c. nouit.
4 s̃.de iudi.†Not.ibi,de illicito iuro. ꝙ illicite iurans non debet il-
c lud seruare, [c] immo tanquā hic agēs venit puniendus, ex quo iurauit illicitũ.facit tex.in c.sicut.el j.& el 2.& in c.cum quidā. s̃.de iureiuran.Et per istud verbum,illicito.inferunt et̃ Doc. hic esse casum,ꝙ pro peccato manifesta pnīa est imponenda. facit
5 quæ habentur in c.quicunque.33.q.2.†Gl.in ver.ꝙ si ille.in fi.habetis ex glo. ꝙ quōcunque ɔ̄cta sint sponsalia, generatur ex his publica honestas:& ideo glo.in c.si quis vxorem.in ea allegato, ꝙ si monachus vel etiam sacerdos ɔ̄hat sponsalia, licèt hoc sibi phibeatur,tñ ex eis nascitur publica honestas: & ideo nec ipse aliā ɔsanguineā spōsæ accipere posset, nec ipsa aliũ ɔsanguineũ monachi

ADDITIONES.

a Habetur in cap.1.Vide ibi Inno.
b De præiudicio alicuius.Adde, ꝙ scriptura in lapidibus uel muris valet, & probat,si de uolantate partium sit facta, Bar.in l.1.in fi.princ.ff.de bo. poss.secundum tabu.adde Bar.in l.1.ff.de al.scri.aliàs non,etiam si sit antiqua, vt in sepulchris,quia non facit ius, Bal.in l.vel qđ.ff.de reli.Sed Bart.in l.1. C. de relig. & sumpt.fu.dicit contrarium in antiqua.vide etiam Spec.de proba. § videndum. versi.9.per libros antiquos,glo.Bar.& Doct.in l.monumentorum.C.de relig. & Inno.in rub.de conse.eccle.vel alta.
c Illud seruare.Adde d.meum Soc.consi.67.incip.circa. 1.q.uersi. fuit enim nunc ibi,quia tunc iuramentum.in 1.parte,char.114 ꝙ iuramentum ad hoc ut sit seruandum fit,& obliget,debet habere iudicium, iustitiam & veritatem:quod si alterum deficiat,non est seruandum.

monachi vel ſacerdotis.& cõiter approbat̃ ꝑ illũ,& tex.nr̃m,&
rl̃am tex.i c.vnico.e.ti. In hoc tñ Henri.bohic,& ẽt Gaſ.Cal. hic
in monacho tenent ꝯrium:mouent̃, q̃a monachus nõ hẽt nolle
nec velle,c.nõ dicatis.12.q.j.c.ſi religioſus,de ele.li.6.Et mr̃imo-
niũ depẽdet ex libera volũtate,c.cũ locũ.cũ ſimi.j.e. ita ẽt ſpõſa-
lia,q̃ ſunt mr̃imonij ꝑparatoria,dẽnt eẽ libera,c. Gema.& ibi vi
debimus,j.e.l.Titia,in prin.ff.de ver.ob. ſed monachus nõ hẽt li
berũ ꝯſenſum:ergo ſpõſalia ab eo ꝯ̃cta carent fundamẽto. ꝯſen-
ſus ergo nõ gñabunt publicã honeſtatẽ: q̃a ſpõſalia nulla ex de
6 fectu ꝯſenſus nõ gñant publicã honeſtatẽ,d.c.vnico.Card. † hic
r̃ndet ad motiuũ,ꝙ ꝓcedit de iure poſitiuo,ſed de nãli hẽt ꝯſen-
ſum monachus. & ſufficit ꝙ ſponſalia hñt cõſenſum iuris nãlis
nõ inſpecto iure poſitiuo, ad hoc vt gñent publicã honeſtatẽ,d.
c.vnico.ſic̃e videmus in ſeruo,cuius volũtas pendet ex dño,vt hr̃
in l.3.C.de hære.inſti.quo ad effectus iuris poſitiui:ſed q̃a de iu-
re nãli hẽt ꝯſenſum,videmus ꝙ põt ꝯ̃here mr̃imoniũ, c.1.& toto
ti.j.de ꝯiu.ſeruorũ. Gl.in verſi. ſpõſa fratris.in fi.no.ſolutionẽ ad
c.olim.vbi dr̃ ꝙ mortuo fratre ſine ſobole alter frater dẽt accipe
re vxorẽ eius in ſuam,vt ſuſcitet ſemẽ fratris ſucceſſionẽ fratris:
q̃a r̃ndet gl.ꝙ illud non eſt myſticũ.& bñ,quia figura importat,
a ꝙ cum dñs nr̃ Ieſus Chriſtus pro nobis [a] hõ factus, & ſic frater
nr̃ ſm incarnationẽ, mortuus eſt ſine ſobole,quia credentiũ ra-
rus erat numerus, dimiſſa eccleſia ſpõſa ſua,iõ oẽs nos fideles q̃
b ſumus fratres in Chriſto [b], 11.q.3.c.ad menſam.monemur,vt ac-
cipiamus in vxorẽ nr̃am ſanctã eccleſiã, & ex ea gñemus ꝓlem
Chriſto. & iõ cũ hodie veritate ſuꝑueniẽte ceſſet figura c.cum
cãm.& ibi hr̃,ſ̃.de elec.ele.j.vbi ẽt no.de elec.§.his ita.6.di.iõ my
ſticũ illud p̃ceptũ hodie non hẽt locũ,vt vult gl.& ita cõiter hic
ſcribentes,& maxime Io.de Ligna.Gl.in verbo,non põt hr̃e. in
fi.gl.format ꝯ̃rium,q̃a non p̃ſtat impedimentũ, qđ de iure non
ſortitur effectũ,regula nõ p̃ſtat, iurib.alle.in gl. Sed ſpõſalia hic
fuerunt nulla rõne ꝯſanguinitatis:ergo non impediunt mr̃imo-
nium cũ alio fratre primo ſpõſi ex alia vxore nato,qui non erat
ꝯſanguineus,gl.& clarius hic d.Ant.ſoluũt: q̃a aut ſpõſalia ſunt
nulla in ſui fundamẽto ſine inſpecto iure nãli,quia ſunt nulla ex
defectu ꝯſenſus:& tunc q̃a hoĩm opinio non põt reſultare,q̃ fa-
ciat hic publicã honeſtatẽ:iõ ex talib.ſpõſalib.nõ naſcetur impe
dimentũ publicæ honeſtatis.& ita ꝓcedat tex.in d.c.lr̃as.& d.c.
acceſſi,alle.in gl.& in c.vnico,e.ti.lib.6.& ita militaret ꝯ̃riũ.Aut
ſponſalia ſunt nulla nõ ex defectu fundamenti vel defectu nãli,
ſed ꝑꝑ aliqđ extrinſecus accidens,vel de iure poſitiuo tñ,cũ in
ſui forma & ſubſtãtia ſint ꝑfecta:& iſto caſu licet quo ad effectũ
iuris ſunt nulla, vt hoc text.tñ quia ſm ius nãle & qualitatẽ facti
reſultat opinio in animis hoĩum iſtos æſtimãtiũ ſpõſos,ꝑut erãt
apparenter, & ẽt poſſet ſubeſſe timor ſcandali,de quo dixi in c.
præcedenti.iõ ex iſtis ſponſalibus nata eſt publica honeſtas,quę
impedit mr̃imoniũ ꝯ̃hendum cum conſanguineo. & ita loquit̃
tex.nr̃.Et in forma r̃ndẽdo ad ꝯ̃rium,non obſtat dicta regula,nõ
præſtat.cum allegatis in glo.quia hæc ſponſalia licet nõ ſortiant̃
effectũ iuris poſitiui,tñ ſortiuntur effectũ facti,& generãt in ani
mis hoĩm opinionẽ,vt prædixi:iõ reſtabit impedimentũ, q̃a ius
poſitiuũ ex toto non euacuat eorũ effectũ facti. & in ſimili eſt
tex.in l.fin.in l.quid ergo.§.nũc aũt.ff.de his qui no. infa. ſm do.
Ant.Vnde altius exordiendo dixit hic do. Car. quo ad dictã re-
gulã,ꝙ aut loquimur in his quæ dependent ex animo vnius tñ,
& non hẽt locũ illa regula,l.3.§.fi.ff.de ali.leg.Nã cum legare de
pendeat ex nuda voluntate teſtõris,ſi vni legauit, & poſtea adi-
mẽdo leget alteri incapaci,licèt legatũ ſecundũ nõ valeat, valet
tñ adẽptio.Et ſic operatur impedimentũ actus, qui de iure non
ſortitur effectũ,Et ita in conſtituendo ꝓcuratorẽ,ſi vno cũſtitu-
to cõſtituo poſtea aliũ,& cõſtitutio nõ valet ſecundo loco facta,
tñ primus videbitur reuocatus,c.nõ iuſte.& ibi nota.ſ̃. de ꝓcur.
Aut loq̃mur in actu pendente ex voluntate duorũ,vel alijs acti-
bus, & tunc in delictis nõ attenditur effectus iuris,ſed ſola con-
ſummatio actus,licet inualidi,c.cũ in cũctis.§. clerici.ſ̃.de elect.
c.perpetuo de elec.lib.6.& ſic nõ habebit locũ illa regula.ita gl.
in d.regula,nõ præſtat.Aut non loquimur in delictis, ſed in alijs
actibus:& tunc ſi qñq; valuerũt vel a principio, licèt poſtea ſint
inualidata,vt in §.poſteriore.inſtitu.quib.mo.te.infir. vel a prin.
mero iure valuit actus,licèt poſſet inualidari parte opponente,
c.quod ſicut.ſ̃.de elec.vel a principio nõ valuit actus,ſed ex cer-
ta ſciẽtia ſuperioris cõualidatus eſt, c. illa. de elec.& his caſibus
non habet locũ illa regula,iuribus ſ̃. allegatis. Si vero actus eſt
nullus ipſo iure,& tunc procedit illa regula, niſi de illa nullita-
te dubitetur,q̃a tunc p̃ſtaret impedimentũ talis actus,c.conſide
7 rauimus.ſ̃.de electionibus.de quo dicite vt ibi. †Pro cõplemen-
to q̃ñ ex ſponſalibus naſcatur publica honeſtas, Henricus bo-
hic,& Gaſ.de Cal.& do.Car.diſtinguũt,& latius quàm ipſi dici
te,ꝙ aut ſponſalia ſunt incerta, puta ꝓmiſi accipere vnã ex filia
bus ſuis,cũ plures haberet,vt in c.ex literis.el 2.j.e.& ex iſtis nul
la naſcit̃ publica honeſtas.c.vnico.vbi eſt text.& gl.3.not.eo.tit.
li.6.Aut ſponſalia ſunt certa,& tunc aut ſunt pura aut cõditiona
lia.Si pura,aut ſũt valida,& ex eis naſcit̃ publica honeſtas, c.ſpõ
ſam.j.eo.aut ſunt inualida,& tũc aut ex defectu cõſenſus, & nul
lã generãt publicã honeſtatẽ, d.c. vnico. & iõ ꝯ̃cta per furioſos,
vt alterũ furioſum vel alterũ infantem, non generãt publicã ho
neſtatẽ,c.acceſſit.& c.literas.j.tit.1.& voluit Hoſt. & poſt eũ alij.
Aut ſunt inualida ex alio defectu, puta iuris poſitiui, vt in caſu
nr̃o,vel ẽt in monacho,vt ſ̃.dixi:& iſto caſu naſcit̃ publica hone
ſtas,d.c.vnico.& hoc tex.Et ꝑ prædicta infert hic Zochus, q̃d ſi
mortua vxore ꝯ̃hit cũ cõſanguinea ſua,an ſit bigamus.Gaſ.dicit
ꝙ nõ,allegat caſum in c.a nobis.ſ̃.de big.Arch.tenet ꝯ̃rium in c.
vnico.ſuper verbo,bigamos.de big.li.6. & melius,q̃a cõſangui-
nea vxoris de iure non põt dici mihi vxor,ꝑꝑ affectum tñ inha
bilis eſſet ad ordines ſuſcipiendos ſine diſpenſatione, d.c.a no-
bis.& c.nuper.de biga.&quis poſſet diſpẽſare.vide gl.in c.ſane.
de cle.cõiug.& dicã j.in c.2.qui cle.vel vouen.Arch.vbi ſ̃. intelli
git c.a nobis. de eo, qui ſciẽs impedimentũ taliter ꝯ̃xit de facto:
ſecus ſi ignoraſſet hoc impedimentũ,& bona fide ꝯ̃xiſſet. & bñ
ꝓbat ibi tex.& in c.vnico,eo.tit.lib.6.de big. cũ dicit ꝑꝑ affectũ
intentũ cũ opere ſubſecuto:& ſic loquit̃ de illo,qui ſcienter pec
cauit.Si non ſunt ꝯdõnalia,aut eſt copula ꝯſummata,& iſto caſu
obijcitur ꝯdõ,& hr̃ pro impleta,c.de illis.j.de condi.app. & ideo
ſicut ex ſponſalib.puris & validis naſcit̃ publica honeſtas,ita ex
iſtis,glo.eſt in d.c.vnico.in fi.& voluit hic Hoſt.plus ẽt naſcit̃ ex
iſta copula,quia cũ inducat mr̃imoniũ,c.is qui fidẽ.j.e. naſcet̃ ẽt
affinitas,vt vult d.gl. & ſic vnicus actus copulæ parit duo impe-
dimẽta:primũ dum purificat ſponſalia ꝯdõnalia,ſ.publicę hone
ſtatis:alterũ ex ipſa copula, ſ.affinitatis.Aut nulla copula eſt ſub
ſecuta,& tũc aut ꝯdõ eſt impleta,& naſcit̃ publica honeſtas, q̃a
ex ĩplemẽto ꝯdõnis purificant̃ ſpõſalia, & ꝑinde hr̃ ac ſi a prin-
cipio fuiſſent pura,c.ſi ꝓ te.in arg. de reſcri.li.6. Et iõ dixit gl.in
d.c.vnico.in fi.& Hoſt.hic,& ſequit̃ d. Car.in fi.col.ꝙ ſi ꝯ̃ho ſpõ
ſalia cũ aliqua muliere ſub ꝯdõne,q̃ tacite ineſt, puta ſi viuã, vel
ſi Deo placuerit: ꝙ effectus huius ꝯdõnis hẽt reſoluere ſpõſalia.
& ſic vr̃ ſentire eũ,ꝙ implemẽtũ ꝯdõnis hẽt ea purificare:ſed la-
tius dicã in ſequẽti mẽbro.Aut ꝯdõ non implet̃, & tũc aut eſt ta-
lis ꝯdõ,q̃ nõ ineſt tacite,& iſto caſu ſuſpẽdit ſpõſalia,& nõ naſce
tur publica honeſtas, d.c. vnico. aut eſt ꝯdõ q̃ ineſt tacite,puta ſi
viuã,vel ſi de iure poſſum:& tũc talis ꝯdõ nõ ſuſpẽdit.Ita Io.An.
in nouella,in d.c.vnico,q̃ ita reſtringit gl.ſuã ibi in fi.& faciũt q̃
hñtur in c.ſignificaſti.ſ̃.de elec.& in l.3.ff. de leg.j. vñ dicit ipſe,
ꝙ dicta in gl.illa, vt per ſpõſalia ꝯdõnalia ẽt ꝯdõne q̃ tacite ineſt,
nõ generat̃ publica honeſtas:puta ſi de iure poſſum, intelligit̃.ſ.
in defectu ꝯdõnis: q̃a apparente ꝙ de iure non põt ꝯ̃here, nulla
naſcet̃ publica honeſtas.& ita Io.mona.ibi ꝑ text. in l.ſi ita.§.illi
ſi volet.ff.de le.j.& ita ſentit Hoſt.ꝑ tex.in l.ſi q̃s Semproniũ.ff.
de hæ.inſti.Sed nõ video, quar̃ iſta diſtinctio poſſit ꝓcedere:nã
vult,ꝙ ꝑ pendentiã ꝯdõnis, q̃ tacite ineſt,nõ ſuſpẽdant̃ ſpõſalia,
& ſic ꝙ gñent publicã honeſtatẽ ꝯdõne nõ attẽta.& ſic vult Car.
& Gaſ.cal.hic,& poſtea volunt ꝙ defectus ꝯdõnis illius reſoluat
ſpõſalia,vt non gñent publicã honeſtatẽ.ſic.n. habuit ſuſpẽdere
ꝯſenſum,& publica honeſtas naſcit̃ ex ꝯſenſu,vt hic tex. Q̃uo er
go p̃t defectus ꝯdõnis,q̃ nõ habuit ſuſpẽdere hũc ꝯſenſum, ipm
reſoluere.& ſic vr̃ ꝙ publicã honeſtatẽ gñent. Nec obſtãt iura ꝑ
eos allegata in §.illi ſi volet.q̃a ibi exprimit̃ ꝯdõ, q̃ tacite inerat
alio mõ,q̃ ineſſet. Nã iſtud ẽ verũ,ꝙ legatũ nõ q̃reret̃ legatario
inuito,& p̃t illud nolle acceptare: tñ ĩ pricipio acq̃rendi legatũ
hoc nõ ineſt,vt ĩſpiciam9 an velit legatũ necne:qđ p̃tz,cũ legatũ
q̃rat̃ ignorãti,l.cũ pr̃.§.ſurdo.ff.de le.2.hic aũt teſtõr legando Ti-
tio ſi volet,alr̃ diſponit,q̃a vult nullo mõ q̃ri legatum Titio, niſi
pri9 apꝑeat de volũtate:iõ cũ exprimat alio mõ q̃ inſit, nõ mirũ
ſi talis exp̃ſſio operat̃.ſz in caſu nr̃o nos loq̃mur,q̃ñ exprimit̃ eo
mõ quo ĩeſt.Nõ ob.lex,ſi q̃s Sẽproniũ. q̃a ſicut hẽt duo r̃nſa, &
duob.modis p̃t ĩduci,ita ad ſingula dabo ſolõnẽ Et prĩo dũ dicit
in prĩo r̃nſo,ꝙ legatũ factũ mihi,ſi Titi9 capitoliũ aſcẽderit,vz,&
tz,lz iſta ꝯdõ ſit in mera volũtate Titij, tñ ſi dixiſſet ꝙ ſi Titi9 vo-
luerit nõ valere legatũ, ecce ꝙ multa exp̃ſſa nocẽt q̃ tacita non
nocẽt.& q̃a vt dicit Bar.in l.nõ nunq̃.ff.de ꝯdi.& de.nõ exprimi
tur eo mõ quo ineſt:nã lz in volũtate Titij ſit aſcẽdere capitoliũ,
tñ põt eſſe ꝙ ẽt inuitus aſcẽderet, & iſto caſu purificaret̃ ꝯdõ le-
gati.

ADDITIONES.

a ¶Pro nobis.Facit j.Pe.3.& 4

b ¶In Chriſto.Adde 8.q j.olim.2 1.q.2.qđ aũt.de p̃ſum ꝑ.literas. Car. in cle.j.§.ſi de exceſ.præla.& Abb.in c.1.in prin.de his quæ fi.a ma.par ca.

gati.ecce ergo ꝙ nō semꝑ ista ꝯdō, si Titiꝰ capitoliū ascēderit, ve-
rificat̄ ēt si voluerit, q̄a imo ēt ipso nolēte verificat̄, dummō ascē
dat capitoliū. Non ob. s̄m exemplū d.l.si quis Semproniū. si quis
hæres institutus mihi hæres erit, filius meus exhr̄s esto. ista ex-
pressio vitiat exhæredationē: & tn̄ tacite inest in exhæredatio-
ne, vt hæres institutus adeat hæreditatem, l.filiū.§.sed cū exhære
datio.ff.de bo.pos.ↄtab. quia soluit Bar.in simili in d.l.3.ff.de leg.
j. Nam ad exhæredationis validitatem a principio non requirit̄
ꝙ hæres adeat, nec hæres habeat expectare validitatem exhære-
dationis aliter quo ad hoc vt adeat: immo filio exhæredato hæ-
res poterit adire, & tunc post aditionem plurimum robur susci-
pit exhæredatus, non tn̄ quia ante valeret: sed in casu illo voluit
testator implicare quandam ↄ̃rietatē, s. ꝙ exhæredatio non valet
nisi hærede adeunte. & clarum est, ꝙ hæres non pōt adire suspē-
sa validitate exhæredationis ex toto, non mirum si illa expres-
sio id vitiat. & facit tex.in l.3.§.si quis.ff.de lib. & posthu. In casu
aūt nostro præsupponitur cōditionē exprimi eo modo, quo in-
hæret: ergo nullum debet operari effectum, siue condō deficiat,
siue stet in suspenso. & sic aut volumus intelligere quod expri-
matur alio modo quàm inest condō, & tunc non pōt procedere
opi. Io. And. in nouella, nec Cardi. hic dum voluit, ꝙ nihil opera
tur: quia immo operaretur, & sponsalia restarent condōnalia, &
sic non generarent publicā honestatem, d.§.illi si volet. & notat
Bar. in d.l.3.ff.de leg.j. Aut exprimitur condō quæ tacite non in-
est: & tunc ex sponsalibus condōnalibus ante purificationē nul
la nascitur publica honestas, d.c.vnico. Et procedunt hæc in cō-
ditione de futuro. de cōditione aūt de præterito vel præsenti ve
rificatur, nascitur ex talibus sponsalibus sub condōne de præte-
rito vel de præsenti ↄ̄ctis publica honestas, l. cum ad præsens.ff.
si cer.pe. & ita cōiter scribentes hic. Vltimo vt nihil omittā post
Zochum quæro s̄m Gas. Iuraui tibi tradere vnam de filiab. meis
in vxorem, nūquid ad aliquid est efficax ista obligatio? dic si nul
lam de iure hr̄e pōt de filiab. meis, nulla est obligatio, nec iur̄m,
quia ciuili modo intelligendū est iur̄m. Si aūt tu potes hr̄e, & de
certis filiabus est iuratum, illa, de qua iuratū est, dr̄ ꝙ ego debeo
facere quantū possum, vt illa tibi tradatur, ff.de eo qđ certo loc.
l.2. & quod notatur j̃.eo.ti.ex lr̄is.2.facit enim hō quod potest, &
legem adimplebit.22.q.2.facit homo. si aūt quamlibet earum tu
potes hr̄e, in ptāte mea est quam velim tradere, vt in regula, in al
ternatiuis.de reg.iur. in 6. & si me offerente vnam cum effectu,
stat per te vel per eā quominus illā accipias, liberor ego, l.stipula
tus.ff.de verb.oblig. aut iuraui certā tibi dare, puta Titiā: & tunc
aut iuraui pure aut sub ↄdōne. si pure, ego debeo laborare tunc
quantū possum, aliter vero non teneor, arg.c.quanto.de iureiur.
& c.1.eo. tit.li. 6. si ↄditionaliter s̄m condōnem de qua in tex.no
stro, debeo laborare vt habeas illam de qua iuraui: & si illa non
vult, vel casu mortis vel alio impedimento impediet̄, tunc si te-
nuerunt sponsalia, vt quia sciuit, & ea sponsalia habuerit rata ta-
cite vel expresse, tunc aliā non posses hr̄e ꝑꝑ impedimentū pu-
blicę honestatis: & iō non possum aliā tradere vt in casu nr̄o. fa-
cit c.in literis. & c.accessit.j̃.eo.tit.sequenti, & c.vnicū. eo.tit.lib.
6. Si aūt illa nesciuit, teneor ad illā tradendā si possum, & si illam
nō possum, debeo aliam tradere. Super tex. non sunt alia, nec gl.

S V M M A R I V M.

1 *Libere aliquid posse facere dicitur, qui illud potest sine alicuius licentia, licèt aliqualiter ex illo facto veniat puniendus.*
Dictio, libere, quibus modis sumatur.
2 *Matrimonium præsumptum inducitur per sponsalia, si subsequatur copula carnalis.*
Sponsa an impunè possit alteri nubere propter longam absentiam sponsi. 4.
3 *Sponsa per uerba de futuro non tenetur sequi sponsum vagabundum.*
Vxor an teneatur sequi virum.
5 *Sponsalia quibus modis dissoluantur.*
6 *Spōsalia in casibus, in quibus dissoluuntur, debēt dissolui per iudiciū ecclesiæ.*

C A P. V.

DE illis autem. Si sponsus de futuro ante car-
nalem copulam per longum
tp̄s se absentat, cum alia pōt ↄ̃here spōsa. h.d. Diuidi-
tur in duas partes. secunda ibi, hoc tibi volumus. Vbi
ponitur decisio. No.ex tex. ibi, doctores. qualiter ↄ̃hunt̄ sponsa-
lia de futuro: quia ↄ̃huntur per verba, quorum executio in futu-
rum tp̄s confertur: & ideo sponsalia de futuro nuncupantur, ca.
1 nostrates.30.q.5. †No.ibi, ꝙ liberum. s̄m do. Ant. & Panor. ꝙ ille
dr̄ posse libere aliquid facere, qui illud pōt sine alicuius licentia,
licèt ex facto illo aliqualiter veniat puniendus, prout hic isti mu
lieri licitum est per diutinam absentiam sponsi ↄ̃here, sed tn̄ pu
a nitur de periurio: & sic verbū, libere. [a] videtis ꝙ importat, idest
sine licentia. & facit tex.in c.fi.de testamentis.lib.6.in c.licet epi
scopus.de præben.e.li.in c.de mulcta.s̃.de præben. & facit gl. in
cle.fi.in verbo, libere.de iurepa. vbi intelligit libere, i.sine aucto
ritate superioris. Alibi ponit libere, idest sine dispensatione, c.la
tor. & ibi not.j̃.de homi. Alibi libere, i.sine ↄ̄dictione, c. ordina-
rij. & ibi glo.de off.ordi.lib.6. his modis potest hic capi. Qn̄q; po
nitur, i.sine retentione, c.1.de regularibus.lib.6. qn̄que, idest sine
solennitate, l.j.ibi, liber sit stillus. s̄m vnum intellectum, C.de sa
crosan.eccl. qn̄q; importat, vt cum iuris solennitate fiat actus, &
sic nudam permissionem importat, d.l. s̄m alium intellectum: &
voluit Bal.in c.1.per illum tex.s̃.de rescri. qn̄q; tn̄ ponitur, i. sine
pœna, licèt hic non, c.si pro debilitate. & ibi no.s̃.de offic.deleg.
2 †Not.ex text. ibi, in facto processum. a ↄ̃rio sensu, ꝙ sponsalibus
consummatis per copulam non pōt vxor propter absentiā spon
si alteri nubere. Et est ratio, quia copula post sponsalia inducit
præsumptum matrimonium, c.is qui fidem.j̃.e. & post matrimo
nium non licitum est alteri ex coniugatis propter absentiam al
terius nubere alij, c.in præsentia. & ibi videbimus, j̃.eo. Not.ibi,
de periurio. ꝙ licèt ꝑꝑ absentiam sponsi longam sponsa poterit
alteri nubere, & sic soluuntur sponsalia, tn̄ punitur ipsa sponsa:
& sic licèt hoc sit malum, vt fidem frangat nubendo secūdo, tn̄
ꝑꝑ dubiū maioris mali cōparatiue Papa permittit minus, i. ꝑꝑ
dubium fornicationis Papa permittit periurium. & ideo Ioā. de
Deo, vt refert hic Hostiē. & Io. An. infert hic esse casum eius, de
quo vidimus in c.præterea.s̃.eo.in gl. ꝙ ibi Papa permitrit disso
lutionem spōsalium ex mutuo ↄsensu, non q̄a mero iure possit
a spōsalibus pro parte recedi, sed potius permittit dispēsatiue vt
maius malū euitetur: de quo ibi dixi. Et ad istū tex. rn̄det Io. And.
ꝙ verum est hic, ꝙ Papa permisit dispensatiue ꝑꝑ dubium ma-
ioris mali, & necessaria fuit dispensatio huius decretalis, q̄a me
ro iure non poterat spōsa discedere e sponsalibus, cū nō appare
ret ꝙ ↄcurreret voluntas viri. Sed in c. p̃terea. ↄcurrebat vtriusq;
partis. Et sic habetis ex p̃dictis inferre, ꝙ ꝑꝑ maius malum vitan
dum permittit̄ minus malū, licèt puniat̄: de quo in d.c. præterea.
domi. Ant. non placet iste intellectus, q̄a non est verū assumptū
ꝙ ꝑꝑ maius malū permittetur minus hic, qđ patet: nam ↄ̃uenié-
do sponsalibus certum erat periurium, expectando spōsum du-
bia erat fornicatio: & sic non vr̄ ęquum, ꝙ ꝑꝑ maius de quo du-
bitatur, & fortè non accideret, debeat permitti minus malū, qđ
est certum. Vnde soluit do. Ant. tex. nostrum aliter, ꝙ hic mero
iure sponsa potuisset discedere per absentiā non obstante iur̄o:
quia in iur̄o & sponsalibus vr̄ inesse condō rebus sic stantibus,
c.quēadmodū.s̃.de iureiur. vnde sponso se absentante longa ab-
sentia mutatur rerū status, q̄a cogit̄ diu expectare: qđ non vr̄ co
gitatū in ↄ̃hendo sponsalia, imo vr̄ actū ↄ̃rium, cū subordinētur
sponsalia ad mr̄imoniū, & per mr̄imoniū cupiat mater fieri, c.fi.
de frigi. & malefi. & ideo resoluta cōdōne q̃ tacite inest, pōt ista
discedere a sponsalibus, q̄a vr̄ sic tacite inter eos actum. Et si di-
catur, qn̄o ergo fuit alia mulier de periurio punita, ex quo mero
iure a sponsalib. potuit recedere, cū qui peccat lege permitten-
te, pęnā non incurrat vel non mereat̄, c.q̃ peccat.23. q.4. l. Grac-
cus. C.de adul. Soluit d. Ant. ꝙ hic nō fuit ipsa mulier punita de
periurio pęna ordinaria, sed solū extraordinaria pęna. Et hoc po
tius factū est ad euitandū malū, quod summopere ↄsiderat̄ ab ec
clesia, c.cū in tua.j̃.eo. & c.2.j̃.de ope. nou.nun. potius q̃ quia ip-
sa peccauerit. Nam cū apparenter appareret de spōsalib. & iur̄o,
scādalizati fuissent hoīes, ex eo ꝙ ista mulier impune ↄ̃uenisset
spōsalib. & iur̄o: ideo text. dicit, pœnitentiā imponendā illi mu-
lieri. Hodie bidellus noster fecit collectā suā, qui ita gratiose fe-
cit sermonē cum gratiarū actione, ꝙ ęqualiter oēs ꝓuocauit ad
3 risum tam doctorē legentē, q̃ scholares audientes. † Glo. in ver.
transferentes. habetis in gl. ꝙ sponsa per verba de futuro non te
net̄ sequi sponsum vagabundū, & cōiter in hoc approbat̄. aliud
b vult gl. ꝙ vxor teneatur sequi virū vagabūdū. [b] & ita ēt tenet gl.
in c.1.j̃.de ↄiugio ser. in c.1.j̃.de ↄiugio lepro. in c.vnaquęq;.13.q.2.
tenent hic indistincte cōiter scribētes vsq; ad dn̄m Antonium
inclusiue. Sed do. Cardi. & Panormi. & Bart. in l.Męuia.§.j.ff.de
annuis legatis. Bal.in l.quæ manumittitur. C. de operis liberto-
rum. Cy.in l.libertę. C. de operis libertorum. cū distinctione ꝓ-
cedunt: vnde eorū dicta simul iungēdo distinguite, aut maritus
vagat̄ inhonesta vagatione & reprobata, puta q̄a trāsiuit ad infi
deles

ADDITIONES.

a ¶Libere. Vide do. Alex. de Imo. in l.si mihi & Titio. ante pen. col. de uerb. obli.
b ¶Vagabūdum. Facit, quia vxoris & uiri unica est domus. & licet etiam uir esset peruersus, uxor cum uiro debet permanere, ut per do. Soc. consil. 386. incip. Visa protestatione. uersi. secunda ratio est. in secunda parte, char. 205. sed ab extra quid, an maritus uagabundus tenetur alere vxorem nolentem eum sequi, sed uolentem stare ubi sibi placet, honeste tamen, uide Bal. in l.j. C. de ope. li.

deles,& non tenentur ſequi,c.gaudemus.c.q̃ro.j. de diuor. Aut
vagatur,vel peregrinatur ob honeſtam cãm, vel neceſſariam,&
tunc aut eſt breuis vagatio,& tenetur ſequi,& ita põt ſaluari gl.
cũ concor.Aut eſt longa vagatio, & tũc ſi a principio ſciuit hãc
naturam mariti,tenetur ſequi, quia vr̃ mores approbaſſe. Si ve-
ro ignorauit a principio,non tenetur ſequi: & ita ſentit gl.in d.
c.vnaquæq;.ſm vnam opi. & eadem membra facit in dubio, qñ
non appareret de cã vagationis, quia diſtinguitur vt dixi qñ eſt
honeſta cã vagationis.Gl.in verbo,liberum.in fi. iſta gl.duobus
modis põt intelligi quo ad verba illa,ſm leges &c.Primo modo
ſm Io.An.& cõiter ſcriben.ꝙ velit gl.ꝙ quatenus in tex.dr̃ libe-
rum eſſe ſponſæ propter abſentiam mariti tranſire ad aliud ma
trimonium,limitetur ſm leges,i.expectato prius triennio. Et ſe
cundum hunc intellectum theoricè procedendo, dum quærit̃,
4 qñ propter†abſentiam viri mulier poſſit alteri nubere:diſtingui
te,aut loquimur in matrimonio per verba de pñti, & tũc nunq̃
põt alteri nubere, niſi ſit certificata de morte mariti abſentis, c.
in pñtia.j.eo.& ibi videbimus de mõ certificandi: aut loquimur
in ſponſalibus,& tunc aut ſponſus licet ſit abſens, tñ eſt in pro-
a uincia,& ſolum bieñiũ expectabitur[a],l.2.C.eo.ti.aut eſt abſens,
& extra prouinciã,& tũc dẽt expectari per trienniũ,l.2.C.de re-
pudijs.allegata in gl.Pan. tñ hic ex mente Cy.in d.l.2. C.de ſpõ
ſa.tenet,ꝙ per ſolũ bienniũ ſponſus abſens eſt expectandus, nõ
diſtincto an ſit extra prouinciã, vel in prouincia. & ad l.2.allega
tam in gl.dũ ibi ſit mentio de triennio,dicit ꝙ ponit facti accidẽ
tia: tñ prima diſtõ magis eſt conſona dictis iuribus. & ita tenet
hic Car.& procedunt prædicta, qñ non cõſtaret de cã abſentiæ,
vel ſi conſtaret,non erat neceſſaria: ſi aũt abſentia fuiſſet neceſ-
ſaria,& tunc donec durat abſentia,dẽt expectari, nec hẽt præfi-
xum tp̃s certũ.l.ſæpe.ff.eo.ti. poſſet tñ ſponſa moræ impatiens,
ſi abſentia in lõgũ traheret̃,implorare officiũ iudicis, vt daret li-
cẽtiã ſibi ꝯhendi cũ alio, cũ nõ poſſet tm̃ expectare:& iudex im
partiet̃ officiũ ꝑꝑ fornicationem vitãdã, & licẽtiã dabit. ita hic
Hoſt.& alij poſt eũ, & faciũt no.in c.Iordane.j. de eo, q̃ cogno.
cõſan.vxo.ſuæ.in c.ex publico.s̃.de ꝯuerſ.ꝯiug. Scd̃m intellectũ
hẽt hęc gl.vt velit notare drĩã inter ius canonicũ & ciuile,q̃a de
iure ciuilr̃ ſpõſa dẽt expectare ſponſum abſentẽ ꝑ trieñiũ, d.l.2.
allegata in gl. De iure aũt canonico poſſit nubere alteri libere,
ex quo veriſir̃ nõ ſperat̃ cito redit⁹ mariti,vel ſpõſi: & ẽ rõ drĩæ,
nã ius ciuile ſolũ bonũ publicũ ꝯſiderat, nec ad pctm̃ aduertit.
Ius aũt canonicũ ꝯſiderat peccatũ,vt no.in rl'a,poſſeſſor malæ fi-
dei.de reg.iu.li.6.in c.fi.s̃.de p̃ſcri. Et ꝑpea cũ ꝑꝑ abſentiã mari
ti iminet periculũ fornicationis, iõ ius canonicũ ꝑmiſit ſponſæ
poſſe cũ alio ꝯ̃here, ex quo nõ ſperat̃ reditus ſpõſi de ꝑximo. &
hic intellectus placet Panor.q̃ ad hoc põderat tex.noſtrũ in ver
bo,liberũ.ſi.n.hẽt expectare ꝑ trienniũ,nõ eſſet liberũ mulieri-
bus ꝯ̃here.Itẽ ponderat,ꝙ tex. nr̃ nihil exprimit de certo tꝑe ex
pectandi,ergo nec ſubaudire debemus,c.ad audientiã.s̃.de deci.
5 Gl.in verbo,ſteterit.ibi,ad cautelã.& ſic†ſentit gl.opin.D.Anto.
de qua dixi in tex.ꝙ hic non fiat impoſitio pñiæ, quia mulier de
liquerit:ſed ad cautelã,i.ſcandalũ euitãdũ. In fi.gl. habetis ex gl.
enumeratos tres caſus,in quibus ſoluuntur ſponſalia. Septẽ ca-
ſus ponit gl.37.q.2.§.ex his.al's incipit,ſed quod colligitur.Trede
cim enumerat Io.An.& poſt eũ D.Ant.in ſum.huius rubr.Duo-
decim enumerat Hoſt.in ſum.eo.ti.de ſponſ.§.fi. Vñ dicite pri-
mum eſſe caſum,ſ.ꝑꝑ abſentiã ſponſi. de quo in gl.præcedenti.
Scd̃s eſt caſus ꝑꝑ fornicationẽ carnalẽ,c.quẽad.in gl.alleg.Ter-
tius per ſponſalia de pñti,& ſic matrimoniũ poſtea ꝯ̃ctũ, c.ſi in-
ter virũ.& iuribus alle.in gl.Quartus,qñ ſponſalibus eſt aſſigna-
tum tẽpus per partes,intra quod debeat purificari matrimoniũ:
nã lapſo illo tꝑe licitũ eſt cũ alia ſiue alio ꝯ̃here, licet ille, ꝑ quẽ
ſteterit,vt mr̃imoniũ nõ habuerit effectũ,debeat puniri, c.ſicut.
& c.ex lr̃is.j.eo.Quintus,qñ tp̃s eſt aſſignatũ ſponſalibus a iudi-
ce,intra quod purificent̃ in mr̃imoniũ; nã ex cã põt iudex vidẽs
imminere periculũ fornicationis,præcipere partibus,vt j.tale tẽ
pus ſponſalia purificentur,per ea, quæ hñr in c.ex publico.s̃. de
cõuer,ꝯiuga.& in d.c,Iordane. hoc tꝑe aſſignato elapſo, poterit
ſponſa cũ alio ꝯ̃here,vel eꝯ̃,licet ille, ꝑ quẽ ſteterit,veniat puniẽ
dus.ita Hoſt.in ſum.eo.ti.§.fi.in prin.Sextus, qñ ſuperuenit poſt
ſponſalia morbus talis, ꝙ cũ periculo ſponſa verſaretur cũ ſpon
ſo:hoc caſu reſoluuntur ſponſalia, puta per leprã,c.ſi.j.de coniu.
leproſorũ.Et ita ſi medio tꝑe fuiſſet effectus frigidus, vel malefi
ciatus,vt no.in c.quẽadmodũ.s̃.de iureiu.Septimus,ꝑꝑ fornica-
tionẽ ſpũalẽ.i.quia alter deſpõſatorũ incidiſſet in hæreſim: hoc
caſu reſoluuntur ſponſalia,c.cũ nõ ſolũ.c.iã nunc.28.q.j. Octau⁹,
propter affinitatẽ ſuperuenientẽ inter ſponſum,& ſpõſam,c.ex
lr̃is.c.fraternitati.j.de eo,qui cog.conſang.vxo.ſuæ.hoc caſu diſ-
ſoluuntur ſponſalia.Nonus,per ingreſſum religionis: altero.n.
deſponſatorũ religionẽ ingrediente,diſſoluuntur ſponſalia,c.ꝯ-
miſſum.j.eo.c.ex publico.& c.ex parte.el 2. & ibi no.s̃. de ꝯuer.
coniug.Decimus,qñ ꝯ̃ctę ſunt inter impuberes,& facti maiores
ꝯdixerunt:nã tunc ẽt diſſoluuntur, niſi apparet, ꝙ facti maiores
ratificaſſent,c.de illis.j.ti.j.c.vnico.de deſpon.impu.li.6.Vndeci
mus,ꝙ ex mutuo conſenſu ipſorũ deſponſatorũ ſponſalia ſoluũ
tur,c.2.s̃.eo.Duodecimus,propter capitalem inimicitiam inter-
uenientẽ inter ſponſum,& ſponſam: nã tunc licitũ eſt alteri tm̃
ex eis petere diſſolui ſponſalia.ita Hoſti.in ſum. vbi s̃.in ver.ſed
pro Deo.mouetur per rõnẽ c.2.s̃.eo.ibi,ne forte in deterius ꝯtin
gat.& c.requiſiuit.j.eo. nã ꝑꝑ capitales inimicitias de facili ſeque
rent̃ homicidia inter iſtos,ſi cõiungerent̃. mouet̃ ſcd̃o, nã poſt
cõſummatã copulã ſi inter maritũ,& vxo.ſit capitalis inimicitia
& vxor diſceſſerit a marito,& ſic eũ ſpoliauerit quaſi poſſeſſiõe
maritali,non fit reſtõ vxoris timentis ſæuitiã, & capitales inimi
citias mariti,niſi p̃ſtita cautione,& ſibi nõ eſſet prouiſum ꝑ cau
tionẽ,prout veriſir̃ eſt,qñ ſunt inimicitiæ capitales,vt vult tex.ĩ
c.accedens.el 2.s̃.vt li.non ꝯte.non fit reſtõ ꝯiugis,ſed remanent
ſeparati:& tñ poſt ꝯſummatã copulã ſunt duo ĩ carne vna, & te-
nent̃ ad mutua ſeruitia,nec debent ſeparari, vt dixi in rub.in dif
finitione.ergo a fortiori,ſi ꝑꝑ capitales inimicitias fit ſeparatio
illius mutuæ ſeruitutis, multomagis fiet ſeparatio ſponſaliũ, ex
quibus nõ orit̃ tm̃ vinculũ,nec viciſſitudo tanta ſeruitutis.Deci
muſtertius,ꝑꝑ famã,ſiue ſcandalũ quod oriret̃,ſi qd̃ inter deſpõ
ſatos eſſet impedimentũ: nã tũc diſſoluunt̃ ſpõſalia, c.cũ in tua.
j.eo.& c.2.de ꝯſan.& affin.Decimuſquartus eſt, ſi viuente prima
vxore iſta ſpõſalia ſunt ꝯ̃cta cũ alia & poſtea maritus machinat⁹
eſt in mortẽ primæ vxoris,vt poſſit accipere hãc ſpõſam in vxo-
rẽ:vel polluit iſtã ſecũ cohabitando in vita vxoris primæ:nã hoc
caſu nõ põt ꝯ̃here matrimoniũ cũ hac ſponſa, & diſſoluunt̃ ſpõ
ſalia,c.2.& c.ſuper.j.de eo,qui dux.in matrim.quã pol.ꝑ adul. &
toto tit.Decimuſquintus eſt,ꝑ ſuſceptionẽ ſacri ordinis:nã licet
ſacer ordo nõ diſſoluat ſpõſalia ꝑ verba de pñti ꝯ̃cta, vt hr̃ in c.
vnico,de voto.lib.6.in c.ex parte.s̃.de ꝯuer.ꝯiu.tñ diſſoluit ſpõſa
lia ꝑ verba de futuro ꝯ̃cta,§.ecce.27.q.2.& ita D.Ant.poſt Io.An.
s̃.in rub.Decimuſſextus,ꝑ ſcd̃a ſpõſalia ꝯ̃cta ꝑ verba de futuro,
ſed ſecuta copula:nã tũc diſſoluunt̃ prima, q̃a iſta ſcd̃a ſunt p̃ſũ
ptũ matrimoniũ,c.is,q̃ fidẽ.j.eo.Ita Io.An. & D.Ant. vbi ꝓxie.
& faciũt q̃ videbimus in c.fi.j.eo. Decimuſſeptimus,ẽ cognatio
legalis,puta adoptio:vel ſpũalis, puta ꝯp̃rnitatis poſt ſpõſalia ſu-
perueniẽs:nã tũc diſſoluunt̃ ſpõſalia, Io.An.vbi ꝓxime,& Hoſt.
in c.veniẽs.& ibi D.Ant.j.de cogn.ſpir.Decimuſoctauus eſt ꝑꝑ
affinitatẽ,q̃ ſuberat,ſed occultã tꝑe ſpõſaliũ, ſed poſtea detectã:
nã tũc diſſoluunt̃ ſpõſalia,D.Ant.in c.veniẽs.j.q̃ cler. vel vou.&
videbimus ĩ c.p̃terea.& c.ex lr̃is.j.eo. Decimuſnonus eſt ꝑꝑ de-
fectũ ꝯdõnis,cũ fuerint ſub ꝯdõne ꝯ̃cta,c.ſuꝑ eo.& c.verum.j.de
cõd.app.& faciũt q̃ hñr in c.vnico.eo.ti.li.6. Vigeſimus eſt caſus
ꝑꝑ ſuſceptionẽ habitus religioſi,licet nõ ſolẽnẽ, c.veniẽs.j. qui
cle.vel vou.ibi caſus ſm vnũ intellectũ. Vigeſimuſprimus eſt in
ſolo voto cõtinentiæ:nã ſi poſt ſponſalia voueat vnus ex deſpõ-
ſatis continentiã, diſſoluantur ſponſalia,tex.in d.c.veniens. ſm
aliũ intellectum. & his duobus vltimis caſibus matrimoniũ nõ
diſſolueretur,c.vnico,de voto, lib.6. Vigeſimuſſecundus eſt ca-
ſus propter ſæuitiã ſponſi:nã tunc põt ſponſa a ſpõſalibus diſce-
dere,ita Panor.in d.c.veniens.j.qui cler.vel vouẽ.per ea quę hñr
in c.lr̃as.s̃.de reſtit. ſpol. & faciunt quæ s̃. dixi in caſu inimicitiæ
6 capitalis.Sed operæpreciũ eſt ſcire, nunquid† in his caſibus,in
quibus ſponſalia diſſoluuntur, mero iure hoc fiat,an vero requi
ratur ſnĩa iudicis ſeparatoria.& dicit hic Io.An.& poſt eum Car
di.& Hoſ.in ſum.eo.ti.§.ſi verò,ver.& no.ꝙ regul'r requiritur,vt
diſſoluantur ſponſalia per iudicium eccleſiæ, c.ſeculares.33. q.2.
c.multorum. 35. q. 6. Fallit ſm eos, qñ per ingreſſum religionis
diſſoluerentur, quia tunc mero iure fit diſſolutio abſq; ſnĩa ho-
minis,d.c.cõmiſſum.& d.c.ex publico. Fallit ſcd̃o, qñ diſſolue-
rentur per ſpõſalia ꝯ̃cta per verba de pñti, quia tunc ẽt a iure fit
diſſolutio ſine ſnĩa hoĩs, d.c.ſi inter virum. cum alijs s̃.alleg.cir-
ca hunc caſum Vos addite & tertio.Fallit, qñ diſſoluerentur ꝓ-
pter affinitatẽ de nouo detectã.nã iſto caſu affinitas reddit nulla
ipſa ſponſalia ex iuris diſpoſitione, vt dixi in c.ad audiẽtiã.s̃.eo.
Et cum ſint nulla, ergo non indigent facto hoĩs ad anullationẽ,
l.nã & ſi ſub conditione.ver.rumpendo.ff.de iniuſ.rup.c. ad diſ-
ſoluendum.j.de deſpon.impub.Fallit quarto, qñ diſſoluerentur
ſponſalia per ſecunda ſponſalia ſecuta copula:nam cum ſint ma
trimonium præſumptum iſta ſecunda ſpõſalia,idẽ erit,qd̃ in ſe-
cunda fallen.cum ſit eadẽ rõ,arg.c.cum dilecta. cum vulgar.s̃.de
confir-

ADDITIO.

a ¶Expectabitur.Vide Bal.in l.is,qui.C.de ſponſalibus.

con firmatio. vti. vel inuti. Fallit quinto, qñ diſſoluerentur ꝓpter defectum conditionis, quia tunc perinde habeatur, ac ſi ɔ̃ctum non eſſet, d.c. ſuper eo. fruſtra quærimus ſententiā hominis diſſolutoriam. Fallit ſexto propter ordines: nam tunc cum ſoluantur ſponſalia à iure, nec iſtud ſit proprie diuortium, fruſtra expectamus ſententiam hominis, d.§. ecce. 27. q. 2. tñ ille text. ſtringit in ɔ̃rium, prope finem, dum vult, ꝙ beata virgo Maria, quæ fuit Ioſeph deſponſata, cum non eſſet eius coniunx, tñ verbo Dei, & ſic iudicis, fuit in ſacratiſſima paſſione dñi noſtri Ieſu Chriſti tradita beato Ioanni. Fallit ſeptimo in ſuſceptione habitus etiā non ſolenni: nam cum per eam diſſoluantur ſponſalia propter votum continentiæ, quæ eſt maius bonū, ideo præparetur minori bono ēt ſponſalibus a iure ſine facto hominis, ſicut videmus, ꝙ matrimonium ſubſequens tollit ſponſalia ipſo iure, quia fortius vinculum tollit minus, d.c. ſi inter virum. Fallit octauo in voto continentiæ per rationem proxime dictam. De his duob. caſibus vltimis veritatem videbimus in c. veniens. j. qui cler. vel vo. vbi communiter datur a ius intellectus ad illum tex.

S V M M A R I V M.

1 *Voluntas coacta non habet locum in matrimonijs.*

Coacta voluntas licet ſit voluntas, non tamen eſt libera, vbicunque requiritur libera voluntas.

2 *Metus precedens purgatur per conſenſum ſuperuenientem.*

3 *Interrogationi incertæ non eſt reſpondendum, licet ſub diſtinctione poſſit reſponderi.*

C A P. VI.

De muliere, quæ. De re incerta non ſequit certa ſcientia. h.d. Vel aliter. Ad incertā interrogationē nō cogitur quis rñdere. h.d. Et deciſio iſta parū operat ad titu. No. ex tex.
1 ibi, inter vim, & vim † ſit dria, ꝙ qñ ſuper facto meticuloſo petit conſilium, debet qualitas metus exprimi, an fuerit talis, qui caderet in ɔſtantē virū, an vero nō: qa vanus metus non impedit actū, l. metū. la piccola. ff. qđ met. cau. c. cū dilectus, §. qđ met. ca. Itē dēt exprimi qualitas metus ex alio, qa alia eſt vis ɔciſa, & ita remouet cōſenſum ab actu etiā in his, quæ imprimunt characterem, gl. eſt not. in c. maiores. ſ. de baptiſmo. habetur in cle. fi. per Card. de æta. & qual. in c. ſacris. ſ. quod met. cau. Alia eſt vis cauſatiua, & iſta non remouet conſenſum ab actu, quia coacta voluntas tñ eſt voluntas, c. merito. 15. q. j. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod met. cau. Et ideo Papa generalē petitionē concilij hic repręhendit. Et ſi dicatis, ſi oīno coacta voluntas eſt voluntas, d. §. ſi metu. matrimoniū meticuloſum valebit, quia matrimoniū ex voluntate ſola valet, §. ſufficit. 27. q. 2. ſoluit D. Anto. ꝙ in his, quæ pendent ex libera volūtate, metus irritat actū ipſo iure, c. 2. & ibi gl. quod met. cau. l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cau. Et eſt ratio, quia licet coacta voluntas ſit voluntas, non tñ eſt libera, vbicunque requirit libera voluntas, cū metus deleat ſubſtātiale actus: non mirū ſi actus vitiatur. ita in propoſito in matrimonio cū debeat eſſe libera voluntas in ɔ̃hendo matrimoniū, c. cū locū. & c. gēma. j. eod. non mirū, ſi per metū vitiatur matrimoniū. No. ibi,
2 conſenſus † interceſſerit. ꝙ ſubſequens conſenſus habet purgare
a metū [a] in matrimonio adhibitū: de quo in c. ad id. & c. cū locū. j. eod. Et ideo hic Papa etiam reprehendit conſultationē, quare non expreſſit, an per ſubſequentē conſenſum ſit metus purgatus. & ſic habetis iuncto precedenti no. inſtructionē, qualiter in proponendo facto, & petendo conſilio debeatis vos habere.
b No. ibi, certū nobis &c. ꝙ ex facto ius oritur, [b] & deciſio iuridica: & ideo cū factū hic ambigue narraretur, non fuit de iure rñſum. facit c. de ſymoniacæ. de ſymon. l. quidā referunt. ff. de iure codicil. in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquili. No. ibi, nihil
3 inquiſitioni tuæ, † ꝙ incertę interrogationi nō eſt reſpondendū de iure, licet ſub diſtinctione poſſit reſponderi, vt etiam vult gl. hic per iura in ea allegata. facit l. vt reſponſum. C. de tranſactio. alibi tñ reſpondetur, ſed cū iurgio, vt in l. Domitius Labeo. ibi, aut fatua eſt quæſtio tua. ff. de teſta. & dicit hic Ioan. de Ligna. illud ibi factū, quia erat iuriſconſultus, qui reſpondebat alteri iuriſconſulto, cū turpe eſt ignorare id, in quo verſatur, & ſic fatue conſulere. alibi reſpondet Impe. diſtinguendo & bene, l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſtit. & ideo dicit hic D. Cardin. per tex. noſtrū, ꝙ cū quidā medicus iuiſſet ad ęgrotum, qui multum lamentabatur, ꝙ dolore torqueretur, & leuiter hinc & inde corpus ſuū arctaret, interrogando an ibi, vel ibi doleret, & ęgrotus continuo reſponderet, non. tandem interrogauit ipſum, vbi dolorem haberet: reſpondit ille, neſcio: tamen doleo. fecit medicus receptam, recipe §. neſcio quid. & ſic dimiſit eum.

ADDITIONES.

a ¶ Purgare metum. Sed nunquid per oſculum in ſponſalibus per ſponſum ſponſæ metus illatus in matrimonio contrahendo purgetur. dic quòd non, vt per D. Alexand. de Neuo in conſi. in cauſa prædicta &c. poſt conſi. 44. Alexan. de Imo. in quarta parte. Item adde, quòd nec dicitur purgari, ſi poſt per tres, vel quatuor horas fiat contractus dotis, quia etiam in eo præſumitur metus durare. Io. An. Car. in conſi. 2. ſupra tit. quod met. ca. & Alex. de Imo. conſi. 45. 4. parte. Item nec ſi ſponſa coacta ad ſponſalia ſit tranſducta ad domum viri, & poſt modicum tempus reuertatur, quia non præſumitur a ſponſo, vel viro cognita carnaliter. nec matrimonium ratificatum, ſecundum Alex. in d. conſil. in fi. & Pet. de Anch. in conſi. 20. Facit dubium &c.

b Oritur. Adde Spec. de aduo. §. 6. ver. cum autem. & ſeq. & in tit. de diſput. & alleg. §. j. uer. hoc autem.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium ad ſui ſubſtantiam requirit duo, ſcilicet ſcientiam, ideſt diſcretionem, & ætatem.*

Verba debent intelligi ſecundum communem intelligentiam, attenta qualitate verborum, & proferentium. & nu. 4.

2 *Iudex ſi iudicet ſecundum communem opi. non debet ſindicari, etiam ſi male fecerit, quia contraria opinio ſit verior.*

3 *Iudex non arctatur ad ſequendam communem opin. quando probabili ratione, vel ſubtili ingenio, ipſe tenet opin. ſingularem.*

1 c. ad id. j̃. e. †No. ibidẽ, inuitã. iũcta decisiõe, ꝙ metus annullat matrimonium ipso iure: quod patet, ex quo ista ɔtraxit cum alio marito, & Papa confirmat illud matrimoniũ: licet ponderando tex. non multum stringat, quia tex. præsupponit quod ille erat iam mortuus, ideo Papa confirmat hoc sequens matrimonium. Sed de articulo, an metus annullet matrimonium ipso iure, videbimus in c. sequẽti. No. ibi, in vxorem tradiderunt, quod pater nõ potest filiam inuitam alteri dare in vxorem, quod tñ intelligit Pan. si filia est inducta ad matrimoniũ alio metu quã reuerentiali. Si autem esset inducta ꝑꝑ reuerentiã patris, dicit ipse ꝙ valet matrimonium, per tex. in l. si patre cogẽte. ff. de ritu nuptiarum. Et sic dicit ipse limitanda notata in l. j. §. quę onerãdę. ff. quarum rerum actio non datur. sed hoc non est tutum. & dicam in c. seq.

2 †Nota ibi, cognosci permisit. ꝙ copula subsequens cõfirmat matrimoniũ meticulosum. quod intellige verum, nisi copula etiam

3 fuisset coacta & meticulosa, c. ad id. j̃. eo. & ibi videbimus. †Nota ibi, cã tractaretur. quod licet gesta lite pendente non valeant, toto titulo s̃. vt li. pendẽ. tñ matrimonium lite pendẽte cũ vno contractum cum alio valet, & tenet, nec ꝑ litis pendentiam impeditur. Et sic habetis vnam differentiam inter matrimonium carnale & spirituale, quia matrimonium spirituale per litis pendentiã impedit, c. auditis. s̃. de elec. carnale vero nõ, ut hic. Nota ex tex. ibi, quod & patrẽ. ꝙ iudex delegatus non solum habet potestatẽ ɔ̃ partes, inter quas delegatur, sed etiam ɔ̃ quemcumq; tertium impedientem executionẽ suę snię. ita est hic textus, tenendo ꝙ isti canonici Sorani, de q̃bus in suprascriptione, essent delegati. faciunt quę hñr in c. j. s̃. de offic. dele. tenẽdo aũt ꝙ essent ordinarij, prout vr̃ esse de mẽte litterę ibi, eps̃ Soranus, & sic isti procuratores & canonici, puta quia sedes vacaret, haberent ordinariã,

4 prout est de iure cõi, c. cum olim. s̃. de maio. & obed. †No. ex tex. ibi, &c. quod iudex ordinarius põt executioni mandare suã sententiam ɔ̃ partes, sed etiam ɔ̃ tertium, qui pro suo iure se opposuit in lite, vt in tex. ibi, superinductam & patrem eius. Nota vlti mo ex tex. ibidem, & patrem eius. iuncto tex. ibi, s̃. pater ipsius. ꝙ in cã matrimoniali coniunctus potest stare in iudicio pro coniuncto. Et sic habetis, ꝙ licet in sp̃ualibus ɔiunctus non possit stare in iudicio pro alio ɔiũcto sine mandato, c. si. de iud. lib. 6. & ibi no. voluit Rota decis. 417. quæ incipit, Contra si cõmittatur. Lap. alleg. 70. in 4. col. & Bal. in c. cũ pridẽ. de pact. tñ in matrimonialibus secus est, quia pater põt stare in iudicio ꝑ filio, vt hic s̃m D. Anto. Et elegantius vult iste tex. ꝙ in executione postea sñię iudex non solum exercebit iurisdictionẽ contra patrẽ, sed etiã contra patrem pro filio interuenientem, quatenus executionem impediat. Gl. in verbo, decessit. in fi. habetis ex glo. hic esse casum, ꝙ matrimonium metu ɔ̃ctum est nullum, quod tñ non bene pro

5 bat tex. noster, vt dixi in textualib. & dicam j̃. c. proxi. †Præterea pro cõplemẽto materię quęrit hic Inn. & post eum alij, nunquid ista superinducta, de qua in fi. tex. potuisset se in litem opponere, & qñ. vnde ex eius mente & cõiter scribentium distinguitur. Aut primũ iudicium erat petitorium, & tunc ista mulier potest se opponere alio de tribus modis, vel instantiã antiquã etiam in se suscipiendo pro suo iure & interesse, vt in c. cum super. s̃. de re iudi. & c. veniens. el grande, s̃. de testibus. vel liti motę ɔtra maritum assistendo, & probationes producendo ad iuuandũ: non tamen ꝙ hoc casu possit excludere maritum, c. 2. in fi. vbi gl. de procura. lib. 6. faciũt no. in l. si suscepta. in prin. ff. de inoffic. testa. & per Bar. in is autẽ, ff. iudica. solui. Tertio poterit nouam instantiam sup hoc inchoare, nec sibi nocebunt gesta per maritum ea ignorante, ꝑ notata in c. pe. s̃. de re iud. in l. sæpe. ff. de re iudi. Imo etiã ea sciente, ex quo de veritate iu ɔ̃rium apparet, non fiet ei prejudicium, & ipsa denuo audietur, c. tenor. & c. lator. & c. consanguinei. s̃. de re iudi. Item tribus temporib. auditur, tp̃e quo maritus ipse probat, tp̃e post probationes mariti etiam publicatas. & tertio post sententiam latam ɔ̃ maritum, altero de duob. modis vel appellando pro suo iure & interesse, quod potest, vt notatur in dicto c. cum super. hr̃ in l. a sententia. & in l. si separatim. ff. de appel. vel nouam instantiam inchoando, vt prædixi. Aut actum est possessorio contra maritum, & tunc si ista negat maritum possideri a muliere agẽte, admittitur eius exceptio, c. solicite. & c. accepta. s̃. de restitu. spol. Aut nõ negat possessionem, sed opponit de pro-

ADDITIO.

a ¶Illicita. Matrimonium an per intentionem libidinis, puta si quis in aliquam propter diuitias vel pulchritudinem consentiret, excludatur, vide pulchre & nota. per Do. meum So. in consi. 28. incip. Circa primum quæsitum. versi. cum igitur. circa fi. in j. parte, char. 54.

de proprietate, quia dicit se esse veram cõiugem, & non illam, & tunc sm Inn. & cõmuniter scribẽtes, talis exceptio nõ admittitur: nã ꝯtra agentẽ possessorio nõ põt q.s spoliãs se tueri exceptione ꝓprietatis, c.in literis.s̃.de restitu.spolia. ergo nec exceptio tertij de ꝓprietate admittetur, ex quo est ita inseparabilis & ꝯtigua, ꝙ non potest mulier obtinere in hac exceptione, quinetiam fauor pareretur, & ꝓsit ipsi marito spoliatori, & in odio spoliatoris cum quo tertius habet ius inseparabile, nõ admittit exceptio ꝓprietatis ipsius tertij. Et per hoc r̃ndetur ad nota.i c.itẽ cum q.s.s̃.de restitutio.spolia. vbi contra agenẽ possessorio admittit exceptio de iure tertij ab ipso tertio opposita, q.a ꝓcedit qđ ibi dicit, qñ ius tertij nõ est ita contiguũ cum iure spoliatoris, vt possit obtinere tertius, q.in spoliatori prosit. Pan. hic, & in d.c.item cum quis, tenet ꝯtrarium: mouetur per tex. in cle.vnica, de cã possess. & proprieta. vbi petitoriũ nõ potest concurrere in possessorio recuperãdę, nec de eo opponi odio spoliatoris. Sed istud odiũ cessat in tertio, qui nõ spoliauit: ergo ꝓprietatis exceptionem opponere poterit. adducit etiã vulgare, quia odio nocentis nõn debet innocẽs grauari, c.sacris.s̃.de sepul. Item quia melius est
a nocentẽ absoluere, quã innocentẽ condẽnare, ᵃ l.absentẽ.ff.de penis. ita in ꝓposito odio spoliatoris non debet tertius excludi, qui non peccauit. & ideo hæc mulier exceptionem proprietatis opponere poterit. & ita etiam concludit Panor. in c.veniens. el grande, in 5.col.de testi. & ponderat illum tex. Nã dilatio executionis ibi ponderat capitula, & tñ ille P. subdiaconus auditur op ponens exceptionem, & ex quo tertius non spoliauit, vt apparet ratio differentiæ in possessorio & petitorio.

ADDITIO.

a ¶Condemnare. Adde Do.Soci.consi.102.incip.In præsenti consultatione. circa medium 2.col.j.parte, char.168.

SVMMARIVM.

1 *Metus & violentia excludit consensum, & per consequens annullat actum in spiritualibus, vbi requiritur consensus liber, in alijs secus.*
Coacta voluntas, voluntas est, sed non in matrimonio & alijs quibusdam.
2 *Metus & coactio differunt inter se.*
Verbum, sufficit, denotat quod nihil aliud requiratur.
Verba quando diriguntur ad iudicem, nascitur officium iudicis
3 *Mulier debet sequestrari in locum tutum, puta in monasterium, quando litigatur in matrimonialibus super vinculo, vel etiam super possessorio de la rando, & timetur de aliqua sæuitia, donec causa sit finita & executioni mandata.*
Consensus quo ad matrimonium contrahendum non sufficit, nisi sit cum plena libertate & securitate, & quando. nu.9.
Consensus iste debet adhiberi in copulam conditionaliter, nisi Deo aliter placuerit.
Virgo gloriosa licet nupserit Ioseph, tamen per hoc etiam animo non amisit virginitatem.
4 *Matrimonium metu contractum an sit ipso iure nullum, vel annullandum.*
5 *Metus reuerentialis an sufficiat ad matrimonium annullandum, puta patris. numero 6.*
7 *Metus quare annullet matrimonium mero iure, & tamen secus est in alijs actibus.*
8 *Electio ad substantiam non requirit omnimodam libertatem.*
9 *Limitatio no. ad istud cap.*
Limitatio ad c.vbi periculum.§.cæterum.de elec.lib.6.
10 *Metus sicut in persona propria vitiat matrimonium, an ita in persona patris vel filij.*
11 *Et quid de metu circa transuersales.*
12 *Matrimonium contractum per incarceratum an valeat.*

CAP. XIIII.

Cum locum. Puellę, de cuius matrimonio agitur, iudex ꝓuidebit de loco tuto in quo maneat donec cã terminet. Diuiditur in tres partes. In prima ponit regulã generalẽ. In secunda, quæ est ibi, matrimoniũ. descẽdit ad speciem. In tertia, quæ est ibi, quo circa. infert decisionẽ. Et ponit hic Papa argumentũ in forma, quia primo ponit maiorem, quod vbicunque requiritur liber consensus, metus vitiat actum. Secundo ponit minorẽ, ibi, matrimonium. ꝙ matrimonium requirit liberum ꝯsensum. Tertio ibi, quo circa. ponit consequentiam, & dat modum ad euitandũ hunc metũ.
1 †No. primo ex tex. nostro ibi, consensus. & capit. quòd vbicunque requiritur liber consensus, metus interueniens vitiat actum ipso iure, concordat gl. in c.abbas.s̃.quod met. cau. quę plures casus similes alle. & facit tex. in l.si mulier.§.si dos.ff. quod me.cau. facit etiam tex. in cap.vbi periculum.§.cęterum.de elec.lib.6. Et ideo dixit Bal. in c.quia propter. s̃.de elec. ꝙ electio facta populo reclamante non valet: & est ratio prędictorũ: nam licet coacta voluntas sit voluntas, c.merito. 15.q.j. tñ non est libera, ergo vbi requiritur libera voluntas, non sufficit meticulosa.
2 †Nota ibi, metus vel coactio. sm Io.An. & alios, ꝙ ista, metus & coactio, differunt: nam metus proprie est qui infertur minis vel verbis, & ideo dixit Inn. in c.cum nobis olim. s̃.de elec. quod ꝓbabilis ꝓbatio sufficit ad metũ probãdũ, quia verisimiliter aliqs dubitauerit de aliqua molestia. & no. Bal. s̃. in rub. quod me.cau. Ang. in l.metum. in prin. ff. quod me.cau. Coactio autem dr̃, quæ actui ipsi infertur, & ideo dicimus cãm esse duplicem, aliam pręcisam, aliam causatiuam, vt no glo. in c.sacris. s̃.quod met.causa. No. ibi, solo consensu. ꝙ matrimonium cõtrahit solo consensu, & sic ad esse matrimonij non requirũtur verba. de quo in c.tuę. j̃.e. concordat §.sufficit.27.q.2. dũ ibi dicitur solũ consensum sufficere ad matrimonium. & verbum, sufficit. denotat ꝙ nihil aliud requiritur. gl. est no. in c.statutum. in princ. de rescrip.lib.6. Nota ibi, ne per timorẽ dicat. ꝙ per timorem homo quãdoq; dicit qđ in corde nõ gerit. Et sic verba meticulosa non sunt notę eorum quę gerunt in animo. concordat c.humanæ aures. & ita limitate d.ca. humanę aures, 22.q.2. & vulgata l.Labeo. ff. de supe.leg. Nota ibi, ita facias, ꝙ ad officium iudicis spectat vt partes, q̃ habẽt litigare, sint tutę, ne opprimantur metu. facit l.illicitas.§.ne potentiores. cum ibi not. ff. de offic. ꝓsidis. & plus probat iste tex. quod ad officium iudicis spectat prouidere vt sua s̃nia possit executioni mãdari, & sic non solum iudex ex officio hẽt prouidere ne iudiciũ fiat elusoriũ ex defectu ꝓcessus, vt vult glo. in c.j. in verbo, absentia. in c.cupiẽtes.§.cęterũ. de elec.lib.6. in c.j. de iu.eo.li.no. Bar. in l.4.§.hoc aũt iudicium. ff. de dam.infec. sed etiam hẽt prouidere, ne iudicium fiat elusorium de facto, quia s̃nia non possit executioni mãdari, & hoc p̃t iudex ex officio facere nemine instante, quod patet ex tex. dũ dirigit verba ad iudicem, quo casu nascitur officium iudicis, iuxta gl. in l.si soror. C. de coll. & nota.
3 Bar. in l.vnica. ff. de condi. ex le. No. ibi, honeste teneri. formam quæ quotidie obseruatur, qñ iudex vult scire aĩum mulieris, vel qñ alias litigatur in matrimonialibus super vinculo, vel etiã sup possessorio declarando, vt j̃. dicam, & timetur de aliqua sęuitia vel potentia, quia donec causa sit finita & executioni mandata, debet mulier sequestrari in locum tutum, puta in monasterium, vt no. tex. in c.pe.s̃.de proba. & vult hic Io.An. Gl. in verbo, metus, in fi. notate gl. ꝙ minor metus sufficit in muliere q̃ in masculo, & est rõ, quia fragiliores sunt q̃ masculi. cap.indignantur, 32. q.6. Gl. fi. in fi. habetis vnum intellectum ex gl. ad tex. ꝙ hic plures essent carnales qui hanc appeterent vxorem, & dicerent eã esse suam vxorẽ: iudex aũt dubitãs, ne propter potentiam aliquorum ex istis veritas occultaretur, quia mulier non auderet fateri, vel subornaretur, & etiam dubitãs, ne executio impediretur de facto, puta quia forte sentẽtia ferretur in fauorem minus potentis, mandat istam sequestrari in loco tuto vsque ad tp̃s executionis fiendę, & ita tenet etiam Ioan. And. & cõiter scribẽtes. Alius est intellectus Inn. & Host. ꝙ hic solum cum vno esset cõtentio & de eius potentia dubitaretur, sed non est vis quo ad effectũ, quia satis habetis cõclusionẽ, ꝙ vbi timetur de metu aliquo mõ in casu matrimoniali, debet ista forma seruari, & sine dubio procedit tex. noster, si agatur petitorio. Stat autem dubium, quid si possessorio agatur. & concludunt Doct. idem, dummodo aliqua causa subsit, propter quam resolutio non veniat fiẽda incõtinẽti, put est de natura possessorij, puta quia timetur de sæuitia mariti, & propterea mulier non vult secum cohabitare. de quo in capitu. ex parte. & in cap. ex trãsmissa. & in cap. literas. s̃. de restitut. spo. vel etiam cum opponatur exceptio impedimenti cõsanguinitatis vel similis, de qua incontinenti potest constare, vel etiam quia opponatur exceptio, ꝙ nõ fuit traducta. & de his duobus in d.c.literas. & in d.c. ex parte, vel alio casu potest verificari tex. noster, quia litigetur q̃ocunque inter maritum & vxorẽ sup causa matrimoniali, si mulier est virgo, nõ est restituẽda marito, nec dimittenda in loco vt possit ad eam accedere, sed debet poni in loco tuto, vt ibi stet donec causa finem habuerit. ita Host. hic & cõmuniter approbant Doct. Restat quærendum, quia dr̃ in tex. nostro solum consensum sufficere ad matrimonium, qualis debet esse iste consensus. & dicite ꝙ debet esse liber, sm Do. Car. & cõmuniter scribentes, ita vt sapiat eam libertatem, quę iure naturali primæuo inducta fuit, s. faciendi vt libet, Insti. de iure perso. circa princ. & ideo cum in eo consensu oẽs sumus pares, quippe ꝙ oẽs vna terra protulit, & nascimur liberi, Insti. de liber. in princi. ideo matrimonium potest esse inter seruos, toto tit. j̃. de coniug. seruo. nõ tñ proprie erit matrimoniũ, si imperio dñi cogente seruus inuitus contraxerit matrimoniũ, hoc casu dr̃ cõtubernium, l.cum ancillis. C. de incest. nup. Et sic hodie sm Hos. & Cardi. est etiam dare contubernium inter seruos. Succedit quęstio, in quẽ actum debeat adhiberi iste consensus, an requiratur ꝙ cõsentiat in co-

in copula.& ɔcludēdo ſm̃ Gaſ. Cal. dicite ꝙ ſic ɔditionaliter, niſi
Deo aliter placuerit, & ideo dicimus de Beata Virgine, ꝙ licèt
nupſerit Ioſeph, ꝙ tñ per hoc ēt animo nō amiſit virginitatē.&
cum dr̃ ꝙ cōtrahēdo videtur cōſenſiſſe in copulā, verum eſt, ſed
cōditionaliter, niſi Deo aliter placuerit. Placuit autē Deo aliter,
a vt pꝫ in Euangelio, Spūſſanctus ſuperueniet ĩ te [a] &c. ita Gratia-
nus in c. cū ergo. 27. q̃ō. 2. vel aliter ſm̃ eūdem Gratianum ibi, &
Cardi. hic, in matrimonio ſpecifice nō reqritur cōſenſus in co-
pulam, ſed ſatis eſt vt cōſentiant in cōſuetudinem indiuiduam,
& omnimodam cōionem. Et quatenus dicitur etiā in tex. quod
matrimonium dēt plena libertate gaudere, & timor omnis ab
4 eo abeſſe.† Quærunt hic Gaſ. Cal. Car. & Panor. nunquid metus
annullet matrimonium ipſo iure. Et primo arguūt ꝙ non, ꝓ tex.
in c. inter cętera. 22. q. 4. vbi dicit ꝙ matrimonium fuit meticulo-
ſum, & tñ ſubijcit, ratum ſit & firmum. ſed glo. ibi ſoluit, ꝙ loqui
tur de conſilio, vel non conſtabat de metu, licèt allegaretur, vel
non fuit talis metus, qui caderet in cōſtantē virum, ꝓut requiri-
tur ad annullandum matrimonium, j̃. c. ꝓxi. Secundo adducunt
c. authoritatem. 15. q. 6. & c. verum. s̃. de iureiur. vbi iuramentū me
ticuloſum eſt ſeruandum, ergo matrimonium, cum vtrumq; ſit
vinculum ſpirituale: ſed in iuramento eſt alia ratio, quia cum po
teſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternę, eſt ſeruandum, c. cum cō-
tingat. s̃. de iureiuran. In matrimonio autem inſpicimus etiam,
ne deterius inde contingat, vt vidimus in c. iuuenis. s̃. eo. & facit
c. requiſiuit. j̃. eo. Item inſpicimus tria bona matrimonij, quæ per
metum annihilantur, vt j̃. dicam. Tertio adducitur tex. in ca. præ-
ce. prope finem. vbi fit mentio de matrimonio meticuloſo, & po
ſtea de alio matrimonio ſponte inito cum Ptolomeo illo. Dicit
Papa ꝙ ſi ille, cū quo per metū contractum erat matrimonium,
mortuus eſt, ſeruandum eſt illud matrimonium Ptolomei, ergo
ſi non eſſet mortuus, non fuiſſet ſeruandum matrimoniū poſtea
contractum, & ſic matrimonium meticuloſum non habet ro-
bur: nam ſi eſſet nullum, non impedit matrimonium poſtea ſe-
quens. r̃ña, non præſtat, de reg. iur. lib. 6. ſed ibi non eſt ſumendū,
arg. a contrario ſenſu, quia reſultaret abſonus intellectus, ſ. ɔ̃ ea
quæ j̃. dicam. Quarto adducitur tex. in l. ſi patre. ff. de ritu nup. ſed
potius facit in contrarium, vt j̃. dicam. & quatenus determinat
ibi matrimonium valere, loquitur in metu, qui non cadit in con
ſtantem virum. ita intelligit glo. in d. c. inter cętera. Contrariam
opi. tenent cōiter gl. primo glo. in c. abbas. s̃. quod me. cau. in ca.
præcedenti. & ſeq. in c. notificaſti. 33. q. 5. in d. c. inter cætera. tenēt
cōiter ſcribentes & hic, & in locis p̃alle. & pro iſta opi. adduci
tur tex. in ca. ſignificauit. j̃. de eo qui du. in ma. quam pol. ꝑ adul.
vbi tex. dicit, ꝙ ſi ſponte in primā conſeſit, nō valet matrimoniū
cum ſecunda ɔ̃ctum. Secūdo adducitur c. proxime ſequens ibi,
niſi metu coactus. Tertio adducitur d. l. ſi patre. vbi Iuriſcōſultus
dicit ꝙ inter inuitos nō cōtrahiť matrimoniū. adducitur etiā tex.
noſter ibi, plena debet ſecuritate gaudere. nā verbum, debet. ne-
b ceſſitatem importat, [b] gl. in cle. attendētes. de re iudi. c. j. j̃. de de-
ſpō. impub. Sed poteſt r̃nderi oib. prędictis, ꝙ procedūt inſpecto
affectu, quia per actionem quod me. cau. vel per exceptionē re-
ſcindetur matrimoniū meticuloſum, ſicut & alij actus meticulo
ſi. immo hoc plus habet matrimonium q̃ alij actus, quia ex quo
a Deo eſt inſtitutū, vt dixi s̃. in ru. & ſolum conſenſum requirit,
& coacta volūtas tñ eſt volūtas, & inijcit vinculum aīę, & potius
debemus oīa mala pati, q̃ malo conſentire, c. ſacris. s̃. quod met.
cau. ideo minus de facili debet metum irritari q̃ alij actus, qui
non illaqueant aīam, & in q̃bus p̃dicta nō cōcurrūt. Et faciūt in
arg. no. in c. maiores. in fi. s̃. de baptiſ. Vltimo adducitur, nam ma
trimonium requirit liberū cōſenſum, vt in tex. ibi, plene dēt, &c.
Sed in his quæ requirūt liberū conſenſum, metus annullat actū
ipſo iure, vt no. gl. in d. c. abbas. & in d. ca. notificaſti. vt dixi ĩ tex.
ergo ſi metus in matrimonio interuenit, nullū erit ipſo iure, ca.
accedens. s̃. de procu. vbi ēt ɔſtō ꝓcuratoris in m̃rimonialib. dēt
eſſe libera, ſi ipſum acceſſorium, multo magis principale, facit l.
mulier. §. ſi dos. ff. quod me. cau. vbi ꝓmiſſio dotis meticuloſa eſt
nulla ipſo iure, ſi ꝓmiſſio dotis quæ eſt acceſſoria, multo magis
ipſum matrimonium quod eſt principale, facit ēt melius rō ibi,
no. per Bart. dū vult, ꝙ ſi dus nudo pacto ꝓmittatur, quo caſu a le
ge veſtitur pactum, l. ad exactionem. C. de do. ꝓmiſ. tunc metus
vitiat promiſſionem, quia lex hoc pactum veſtit, quandam bo-
nā fidem ſequēs, ſicut dicimus in l. ſi fideiuſſor. §. quędam. & in l.
Quintus. ff. manda. ideo quia lex hoc caſu ſolā coniunctionem,
& bonā fidē attēdit, nō mirū ſi metus vitiat actum ipſo iure, q̃ a
non adeſt bona fides. Secus dicit Bar. ſi per ſtipſonem dos ſit ꝓ-
miſſa. Panor. hic impugnat Bar. mouetur, quia per metum indi-
ſtincte matrimoniū eſt nullū, vt dictū eſt, ergo & dotis ſtipſo, cū
nō poſſit ſtare ſine matrimonio, l. ſtipſonem. & l. promittendo.
ff. de iu. do. Sed ar. ſuū ꝓcederet, qñ metus interueniſſet circa ma
trimoniū & dotis ꝓmiſſionem, quod non inficiatur Bar. ſed di-
ctum ipſius Bar. loquitur, qñ metus interuenit ſolū circa promiſ
ſionem dotis. Secundo mouetur per l. vnicam, in princ. C. de rei
vxo. ac. vbi etiam ſi ſuper dote ſtipło non interuenit, fingitur in-
terueniſſe, ergo non eſt habenda differentia, ſi interuenit ſtipu-
latio vel non, ſed argumentum procedit ex legis ęquitate, quo
caſu ſi nō ſtipulatur, ex quo innititur tātum pacto & bonę fidei,
& ſic legis ęquitati, fateor ꝙ metus annullat & pactū de dote &
ſtipulationē a lege fictā. Secus eſt qñ pars ꝑ ſtipulationem ſibi
prouidet, quia tūc apꝑet ꝙ nō vult fundare ſe ſolū ex bona fide
& legis ęq̃tate, ſed etiam vult ſe iuuare ſua prouiſione & con-
tractu ſtipulatiōis, quod eſt ſtricti iuris, nec de facili ita vitiatur
ſicut ea, in quibus attēdimus ſolū bonā fidē, l. elegāter. in princi.
ff. de dolo. & ibi no. & ĩ l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. ob. & in c. cū
5 dilecti. s̃. de ɔ̃hen. empt.† Sed nunquid ſufficiat metus reuerentia
lis ad matrimoniū annullādū, puta patris. & vr̃ dicendum, ꝙ ſic,
tex. in c. cū virū. iuncta gl. ibi, quod no. Do. Ant. s̃. de reg. vbi im-
perium patris annullar ꝓfeſſionē, ergo ēt annullat matrimoniū,
quia magis ɔ̃riatur fini matrimonij metus & bonis eius, q̃ alteri
actui, vt j̃. dicam. Et ideo dixit Do. Ant. ibi, ꝙ vbicunque requiriť
liber conſenſus, metus reuerentialis annullat actū, quia non eſt
verum dicere ꝙ adſit liber conſenſus. ſed q̃cq̃d ibi dicat glo. de-
bet intelligi ille tex. de tali coactione, quæ veriſimiliter eſſet ti-
menda, nō de leui: & ita intelligit gl. in d. c. inter cętera. & l. ſi pa-
tre. præalle. Secundo adducit c. præſens. iuncta glo. 2. q. 4. vbi qñ
requiritur liber conſenſus, cum actus meticuloſi ſoleant infeli-
cem exitū habere, ſi metus interuenerit, & ſi actus non ſit liber,
vitiať actus. ſed r̃ndete vt dixi in præcedenti ar. Tertio adducitur
tex. in l. fideiuſſor. §. pater. ibi, perſuaſit. iuncto fine poſtea. ff. de
pig. vbi ſi filius pro patre hipothecat domū ad voluntatē eius eli
ciendam, tex. ponderat ſuaſionem, quaſi ſentiat ꝙ imperium nō
ſufficeret, quia actus eſſet meticuloſus. & ita ponderat Ang. illū
tex. ibi, ſed nihil ſtringit, quia non dicit quod per imperium tol-
lať voluntas, licet dicat ꝙ ꝑ perſuaſionē obligatur. Quarto addu-
citur glo. in l. filiusfamilias. §. inuitum. ff. de procu. vbi metus re-
uerentialis habet vim precisę impotentię, vt videatur non poſſe
6 ɔ̃dicere. & eſt tex. no. in l. pe. ff. de fur. † Quinto adduciť quod vo-
luit Bar. in l. quę dotis. in pe. col. ff. ſolu. matri. & Bal. in l. j. in fi. C.
de bonis maternis. ibi voluerunt, ꝙ etiam vbi tacens habeť pro
conſentiente, reuerentia impediat conſenſum, & ſic non videa-
tur ɔſentiens, qui per reuerentiam tacet. ſed hæc duo argumen-
ta procedūt, vbi nō apparet de ɔſenſu, ſed ſolum præſumit, quo
caſu, vna pręſumptio vincit aliā, c. literas. s̃. de pręſump. nos loq̃-
mur qñ de cōſenſu filij apparet, ſed dicit ſe conſenſiſſe per metū
reuerentialem. Vltimo adducitur, nā ꝑ metum non acquiritur
actualis incurſio, ſed ſatis eſt veriſimilis dubitatio. ita Inno. in c.
cum nobis olim. in verbo, nulla. s̃. de electio. Ang. in l. metum. in
prin. ff. quod me. cau. in l. ſine C. ad Velleia. & ibi Bal. ergo ſatis
eſt ad metum probandum, quod filius ꝑ reuerentiam patris du-
bitauerit ɔ̃dicere. ſed hoc procedit, qñ dubitatio eſt talis, q̃ cade-
ret in conſtantem virum, & ei timorem incuteret, alias nō indu-
ceret iuſtū metū, c. proxime ſeq. & c. cum dilectus. s̃. quod me. cā.
In ɔ̃rium tñ eſt veritas: & pro iſta opinione facit tex. in l. ſi patre.
ff. de ritu nup. vbi dicit Iuriſconſultus, ꝙ licet patre cogēte filius
acceperit eā quā alias nō eſſet accepturus, ꝙ licet metus regulari
ter annullet matrimonium, tñ hoc caſu valebit, & tñ clarum eſt,
ꝙ ibi interuenit metus reuerentialis, ſ. coactio paterna. Secundo
ꝓ hac parte adducunt notata in l. j. §. quæ onerandę. ff. quarum
rerū actio non datur. & quod voluit Inno. & cōiter ſcribentes in
c. cauſam matrimonij. s̃. de oſſi. dele. not. Bart. in l. metum. & in l.
ad inuidiam. C. quod me. cā. Bal. in rub. s̃. quod met. cau. Nam in
prędictis locis concluditur, ꝙ ſola ꝑſonarum reuerentia non in-
ducit iuſtum metum, ſed requiriť ꝙ minę p̃cedāt vel verbera. &
pro hac opi. facit tex. in l. j. C. ſi rector ꝓuincię. ibi, poteſt eſſe ter
ribilis. iuncta gl. Tertio pro hac opi. adducitur, nam metus reue-
rētialis non plus debet poſſe quam metus tyrannidis, imo ęqui-
parantur, vt voluit Ang. in l. metum in prin. ff. quod metus cauſa.

Bar.

ADDITIONES.

a In te. Et adde, ꝙ Spiritus ſanctus non eſt in actu matrimoniali, i. in coitu cōiu
gali, 32. q. 2. quicquid. & ibi gl. & adde quod Archi. dicit, ꝙ Spiritusſanctus da
tur duobus modis, ſcilicet ad bene viuendum, & ad virtutes faciendas.

b Neceſſitatem importat. Adde l. prætor. in prin. ff. de edē. l. j. ff. ꝙ quiſque iu. Bar.
in l. 3. C. de pigno. in repe. Ang. & Pe. de Suza. in l. j. C. qūo & quando iu. in l.
Mela. de alimen. leg. Bal. in c. j. in fi. apud quæſtionem vel quæſtiones contrahe
re, in ver. feu. & Doc. in c. propoſuit. de ap. Item adde, quod quandoque ſecun-
dum ſubiectam materiam non dicit neceſſitatem, & tunc ſtat impropriè, quā-
do dicit honeſtatem, gl. eſt 35. q. j. c. j. ſecundum Phil. in d. c. propoſuit.

Bar.in l.ſi ob turpẽ.ff.de ꝯdi.ob turpẽ cau.in l.2. C.ꝙ me.cau. vbi
concludit,ꝙ c.j.ſ.quod me.cã.loquẽs de tyrãno extẽdatur ad ma
ritum,vel ad alios,quib.reuerentia debetur.ſed ita eſt,ꝙ tyrãnus
non incutit iuſtum metum , niſi aliud concurrat, puta minæ
vel ſęuitia ſolita tyrãni.& faciunt q̃ no.in l.de pupillo.§.ſi quis ip
ſi.ff.de ope.no.nũc.Cy.in l.j.C.ſi quis impera.male.& no.in d.c.
c.j.Ergo ita in ſimili,nec ſola reuerẽtia incutiet iuſtum metũ , &
hanc opinionẽ firmat Do.Anto.in c.j.j̃.tit.j. & Pan.in c.pręcedẽ
ti.Hoſt.in ſum.in titu.de matrimonijs.§.pe.verſi.quid ſi coactio.
vbi dicit conſiderandam qualitatem iuſſus paterni & perſonæ
patris,& huiuſmodi circunſtantias,& minor metus excuſat ma-
trimoniũ q̃ in alijs actibus,glo.in c.fi.qui cleri. vel vouentes . &
pro hac parte conſuluit Cal.in ti.de ſponſalibus, conſ.j.vbi plus
voluit,ꝙ etiam ſi filia expreſſe non conſentiret, ſed ꝓꝑ reueren-
tiam patris non audet contradicere,dicat,faciatis vt vultis,ꝙ per
hoc vr̃ ꝯctum matrimoniũ de cõſenſu filię, & facit tex.in ca.j.in
fi.de deſpon. impub.li.6. vbi ſufficit filios conſenſiſſe matrimo-
nio per parentes ꝯ̃cto tacite vel expreſſe,nec ſola reuerentia pa-
terna impedit cõſenſum.& facit tex. in c.honorantur. 22.q.2.vbi
dr̃,ꝙ filialis pudoris eſt permittere patri arbitriũ nuptiarum . &
hoc etiam voluit Do.Ant.in c.fi.qui cleri.vel vouentes.ſed iſtud
7 eſt ꝯ̃ notata per Bar.in l. quę dotis,& ſupradicta.†Sed pro decla-
ratione prędictorum quęrit hic Gaſp.Cald.quę ſit rõ drię,quare
metus annullet matrimonium mero iure, & tñ ſecus eſt in alijs
actib.& primo loco refert vnã rationem , videlicet quia per ma-
trimonium efficiunt̃ vir & vxor duo in carne vna, & quos Deus
coniunxit homo nõ põt ſeparare,c.ſunt qui.27.q.2.c.quos Deus.
33.q.2.& iõ cũ difficilior ſit diſſolutio mr̃imonij,poſtq̃ eſt ꝯ̃ctũ,q̃
aliorũ ꝯctuũ,lex voluit illud hr̃e pro ꝯ̃cto, qñ metus interuenit,
quia non poſſit poſtea ſeparare ſicut poteſt alios actus . & ideo
cum iuramentum poſſit per abſolutionem tolli, per metum nõ
irritatur ipſo iure,c.verum.ſ̃.de iureiuran.iſta ratio non conclu-
dit generaliter, quia ante conſummatam copulã nõ ſunt duo in
carne vna,c.debitum.ſ̃.de big.nec impeditur, quin lex ex cã poſ
ſit matrimonium diſſoluere,c.ex publico.ſ̃.de conuer.cõiug.er-
go ſequeretur ꝙ matrimonium meticuloſum,ſi copula nõ inter
ceſſit,mero iure valeret,cuius tñ ꝯ̃rium indiſtincte eſt verum, vt
ſ̃.vidimus.vnde alia datur tatio,ꝙ rõne triſtis exitus, qui ſolet ex
inuitis nuptijs ſequi , canon noluerit matrimonium meticulo-
ſum valere,vt hoc textu,vbi iſta rõ aſſignatur.& ita intelligo cõ-
firmare rõnem Cald.qui dixit,ꝙ cum oẽ bonum matrimonium
conſiſtat in tribus,in ſacr̃o,prole, & fide,c.omne.27.q.2.& ꝑ me
tum eneruatur omne iſtud triplex bonum,& ſic eneruatur finis
matrimonij,ideo eneruat̃ ipſum matrimoniũ mero iure,ex quo
ceſſat cã finalis,ar.l.generaliter. C.de epiſ.& cleri.tranſumptiue
poſitę in c.gñaliter.16.q.j.& faciunt quę dixi in cauſa finali,ca.cũ
ceſſante.ſ̃.de appel. ꝓſequẽdo ſingula hęc bona , ſacramentum
per metũ in matrimonio eneruat̃,quod patet, quia matrimoniũ
propterea dr̃ ſacramẽtum, quia ſacrę rei ſignum , vt dixi ſ̃.in ru-
brica,eo ꝙ denotet vnionẽ quę eſt inter Chriſtum & eccleſiam.
Sed vnio ſacramentalis nõ poteſt eſſe vbi eſt metus,c.non eſt.15.
q.j.ergo nec vbi eſt ſacr̃m,fides non eſt, quia inuito dñó nuſquã
eſt ſeruus fidelis,c.patris.20.q.3.vnde illud eſt ſtrictum ꝓuerbiũ ,
oderunt quem metuunt.ꝓles etiam nõ eſt , quia non concurrit
amor mutuus & cõſenſus in copulam,& ideo his bonis ceſſan-
tibus ꝓꝑ metum ceſſat matrimonium.& faciunt notata in c.fi.j̃.
de condi.appoſi.Gloſę tñ cõiter ſ̃.in d.c.abbas,& in d.c.inter cę
tera.& in c.pręſens.vñr ſentire eam rationẽ,quia matrimonium
requirit liberum conſenſum in hoc tex.qui liber conſenſus non
dr̃,vbi metus interuenit,ſed tñ ad idem reducitur cũ pręcedenti,
8 quia ratio poſtea,quare matrimonium dẽt eſſe liberum , eſt ꝓꝑ
triſtẽ exitum,vt dicit tex. †Sed offertur elegans quęſtio poſt Zo
chum;pone , ꝙ aliquis compellitur ꝯ̃here matrimoniũ cum cer-
to genere perſonarum,puta cum vna ex mulierib. taiis villę, ta-
lis ciuitatis,vel talis parentelę, vr̃ ꝙ non valeat matrimonium ꝑ
hunc tex.quia matrimonium debet̃ plena ſecuritate gaudere. fa
cit c.vbi ꝑiculũ. de elect.li.6.vbi dr̃ ꝙ vbi ceſſat libertas, ibi non
eſt matrimoniũ ſpirituale , & valet argm̃ de matrimonio ſpiri-
a tuali ad carnale,[a] & eꝯ̃,vt d.c.tuę.j̃.e. Secũdò facit c. ĩter corpora
lia.ſ̃.de transla.pręlato.In ꝯ̃rium tñ vr̃ veritas,arguẽdo de matri-
monio carnali ad ſpiritualia : vr̃ enim quod valeat conſuetudo ,
quę nõ in totum tollit libertatem conſenſus,ſed in aliquo dimi-
nuit libertatem,ſeu reſtringit ad certum genus perſonarum , de
conſue.c.cum dilectus.de verb.ſig.c.abbate. vbi valet conſuetu-
do , ꝙ capitulum teneatur eligere prælatum de gremio alterius
eccleſię . Secus ſi conſuetudo compelleret vnum pręciſe elige-
re,vt in c.cum terra.de ele.ex quo infertur,ꝙ non omnimoda li-
bertas eſt de ſubſtãtia electionis. Si enim eſſet de ſubſtantia ele-
ctionis,non valeret dicta cõſuetudo contra ſubſtãtiam actus , vt
9 no.gl.in c.nõ putamus. de cõſue.lib.6. Et ex iſtis vr̃ colligi ſol.ad
q.noſtram ꝓpoſitã,& ſurgit limitatio ſingularis ad hunc tex. nõ
tacta per Doc.ꝙ iſte tex.debet intelligi cum dicit,ꝙ debet inter-
uenire omnimoda libertas, vt videlicet non cõpellatur ꝯ̃here cũ
certa perſona:ſecus ſi cõpellatur contrahere cũ certo genere ꝑ-
ſonarum.pro hoc facit,quia matrimoniũ olim erat in pręcepto,
27.q.j.nuptiarum.& dixi ſ̃.in rub.ſm̃ caſum nihilominus neceſſi
tatis in genere non dicebatur ꝯ̃here cõtra volũtatẽ, immo tene-
bat mr̃imonium.intellige ergo iſtum tex. ꝙ mulier dr̃ plena ſe-
curitate gaudere,& liber debet eſſe conſenſus , vt nec plus cum
iſta q̃ cũ alia in ſpecie ꝯpellatur: ſecus ſi de certo genere,& hoc
vbi alias iſte erat nupturus,& aptus ad nubendum.limito per p̃-
dicta tex.in c.vbi periculum.§.cęterum.de ele.lib.6.vbi dr̃ , ꝙ ceſ
ſat electio vbi admittit̃ libertas eligendi: debet enim intelligi de
omnimoda libertate. ſed qñ in toto tollit̃ libertas,vt quia ꝯpellũ
tur certum hoĩem eligere:vt ibi,ſecus ſi reſtringantur ad certum
10 genus perſonarũ.quod bene notabis.†Succedit quęſtio , nunq̃d
ſicut metus accidens in ꝑſona ꝓpria vitiat matrimonium: ita in
ꝑſona patris vel filij.& dicite ſm̃ Inn.& cõiter ſcribẽtes,ꝙ ſi pa-
ter timens de lęſione filij,vel mater ꝯ̃xerit nuptias , dũmodo nõ
ſit vanus metus,vitiatur matrimonium.Mouentur per l.iſti qui-
dẽ.in fi.ff.quod met. cã.& ita ſi filius vel filia timet de lęſione pa
tris,vel matris, vel aui , & hmõi aſcendentium,& ꝯ̃hant nuptias
11 ꝓpter hũc metum vitiatur mr̃imonium,c.j.& 2.31.q.j.†De metu
circa trãſuerſales nihil loquunt̃ Doc.& tacite , ex quo loquũtur
ſolum de aſcendentibus, vident̃ aſſentire ſecus eſſe in tranſuer-
ſalibus:quod videtur cõtra ea,maxime q̃ no. per Imo.in l.hæres
meus.§.ſi.ff.de ꝯdi.& de. ꝑ Bar.in l.j.ff.de his quæ pęnę.noĩe.l.hi
penes.C.de agri.& cẽſi. li.11.no.Bal.per illum tex.in l.j.C.de epi.
& cler.in l.interpoſitas. in 2.col.C.de tranſact.in l.j.C.de indi.vi
dui.tol.Ang.& Bal.in l.j.ff.in ius vo.vt eant.vbi volunt,ꝙ non ſo
lum illud ſtatutũ dicat̃ ꝯ̃ libertatem eccleſię,quod ponit clericos
vel eis metum incutit , ſed etiã ꝙ eorũ affines punit ꝓꝑ clericos
ad aliquid inducendo : ergo ita non dicetur liber conſenſus ma-
trimonij,qui fit ad finẽ ne aliquis tranſuerſaliũ in lęſionem inci
12 dat,ſi non eſt liber conſenſus,ergo nec mr̃imonium. † Sed nun-
quid matrimonium cõtractum per incarceratũ valebit?Et dicite
ſm̃ Inn.hic,& cõiter ſcribentes,ꝙ aut ꝯ̃hit matrimoniũ cum alio
quam qui habet incarceratam, & tenet matrimoniũ ſicut alij cõ
tractus incarcerati,l.j.& 2.in arg.C.ſi quis aliquẽ teſtari ꝓhibue-
rit.l.metum.§.ſed licet. ff.quod metus cau. & facit l. Papinianus
exuli.ff.de mino.Et ideo vel per ſeipſum ꝯ̃het,vel per nuncium,
vel etiam procuratorem conſtituet, cum per incarceratione͂ iſta
non impediant̃,dictis iurib.& ita ſi eſſet apud hoſtes etiã,dato ꝙ
eſſet tale bellũ,puta cum infidelib. in quo capti efficiunt̃ ſerui ,
de quo aliquid videbimus in c.dñs.j̃.de ſecun.nup. Aut matrimo
niũ ꝯ̃hitur cũ illo vel illa,qui incarceratum tenet, & tunc aut iu-
ſtę tenet incarceratum , & valet matrimonium ſicut & alij con-
tractus,l.ſi mulier.in prin.ff.quod me.cã. Aut iniuſte, & tunc eſt
incarceratus ad hunc finẽ,vt matrimoniũ ꝯ̃hat , & tunc nõ valet
matrimoniũ,cum non ſit cõſenſus liber,vt hic.Aut eſt incarcera
tus ob aliud,& valet matrimoniũ,per no.in l.qui in carcerem.ff.
quod me.cau.habetur in l.qui a latronibus.ff.de teſta.

ADDITIO.

a ¶Ad carnale.Adde Do.Soci.conſi.92.inci.Circa primum huius. circa medium,
3.col.in j.parte,char.154.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro ,ſi eſt ſecuta copula carnalis , tranſeunt in matrimonium præſumptum,ſecus ſi præceſſit copula.& n u.4.*

2 *Verba,Ducam te in vxorem,inducunt ſponſalia de futuro.*
Verbum,deſponſare,dicitur tam in matrimonio de præſenti, quam in matrimonio de futuro.

3 *Matrimonium pręſumptum habet tantam vim quantam verum.*

4 *Proteſtatio appoſita tempore copulæ nõ impedit matrimonium præſumptũ .*
Proteſtatio appoſita in actu non valet ad tollendum pręſumptionem iuris & de iure,vbi per pręſumptionem illam tollitur peccatum.

5 *Diſpoſitio l.quod ait.ff.ad leg.Iul.de adulte.non habet locũ de iure canonico.*
Metus de iure incuſſus etiam annullat matrimonium , ſecus in alijs actibus, de ratione diuerſitatis.

CAP XV.


Eniens,el ij. Si carnalis copula ſit ſecuta, ſpõ
ſalia de futuro nõ ſoluunt̃ ꝑ ma
trimoniũ de pręſenti poſtea ꝯ̃ctum : alias ſic, niſi ſm̃
mr̃imoniũ fuerit meticuloſum. h. d. Diuidit̃ in duas
partes.In prima narratio.In ſecunda prouiſio.ſecunda ibi,Ideo-
1 que.†Nota ibi,de qua prolẽ habuit.iuncto tex. ibi, cognouit . ꝙ
licet ſponſalia de futuro ſecuta copula carnali reſoluant̃ in prę-
ſumptum

ſumptũ matrimoniũ & de pſenti, tex. in c. his qui fidem. j. e. hoc eſt verũ ſi copula eſt ſecuta ſpõſalia, ſecus ſi pceſſit. & iõ duo hẽt articulare & pbare, q vult ꝙ per copulã inducatur matrimoniũ pręſumptum. Primum, quod ſpõſalia ſint ꝯcta, nam copula ſine ſponſalibus nõ inducit matrimonium de iure canonico, c. illud. & ibi no. s. de præſum. imo etiam dato ꝙ ſponſalia præceſſiſſent niſi firma remanſerint, copula non inducit matrimonium pręſumptum. & ideo dicit Io. An. & cõiter approbatur hic, ꝙ ſi ſponſalia ſint ꝯcta & poſtea diſſoluta, puta mutuo conſenſu, vt vidimus in c. 2. s. e. vel aliquo ex caſib. de quibus in c. de illis. s. eo. copula ſubſequens non inducet pręſumptum matrimonium. Secũdo habet pbare, ꝙ copula interuenerit poſt ſponſalia. Et ideo dicit Do. Anto. per hunc tex. quod ſuccumberet agens, intendens probare matrimonium pręſumptum, qui pbaret ſpõſalia & copulam, niſi punctualiter pbaret de tpe, ſ. quod poſt ſponſalia cõſummata eſt copula. & faciunt in ſimili quod voluit gl. ſingularis in cle. fi. de reſcrip. no. Bar. in l. non ſolum. §. ſed reprobari. ff. de noui ope. nun. bonus tex. in l. cum actum. & ibi no. Ang. ff. de
2 neg. geſt. in l. matrem. C. de proba. in c. 2. s. de reſcr. †No. ibi, quod eam duceret. quod per iſta verba, Ducam te in vxorem, non contrahitur matrimonium, ſed ſponſalia. No. ibi, inuenies. ꝙ poſito ꝙ metus annullet matrimonium, nõ curatur an metum paſſus dederit cãm edicto necne, i. ſua culpa inciderit in metum, quia p hoc ꝙ ſua culpa in metum inciderit, non deſinit metus eſſe iuſtus. faciunt no. in c. interpoſita. & in c. fi. de appella. s. Nota ibi, deſponſare. ꝙ verbum deſponſare, non ſolum conuenit ſponſa-
3 libus, ſed etiam matrimonio. † Nota vlti. ibi, cum ea facies. caſum, in quo præſumptio præfertur veritati, nam contractis ſponſalibus de futuro, & ſecuta copula, iſtud eſt matrimoniũ pſumptum: ſed tñ vult tex. noſter, ꝙ præfert matrimonio vero poſtea contacto. & eſt ratio, quia hoc matrimonium præſumptum eſt vallatum pſumptione iuris & de iure, & ideo pro vero habetur. Et ideo ſicut verum matrimonium primo ꝯctum præfertur alteri vero ſecundo ꝯcto, vt videbimus in c. ſi inter. j. eo. ita præſumptum matrimonium pſumptione iuris, & de iure cum primo ſit ꝯctum, & habeatur pro vero, præfertur etiam vero poſtea ꝯtra-
4 cto, vt hic ſm D. Ant. †Glo. in verbo, præſtiterit. in fi. habetis ex glo. ꝙ copula ſubſequens ſponſalia de futuro inducit matrimonium vſque adeo præſumptum, vt non admittatur probatio in ꝯrium. ſed contra, per ea quæ habentur in c. tua. j. eo. maxime per Io. An. vbi dr̃, ꝙ proteſtatio facta in actu diminuit effectũ actus, ergo ſi tempore copulæ fiat proteſtatio, ꝙ non intendunt ꝯhere matrimonium, impedietur matrimoniũ, & ita admittetur probatio ꝯ hanc præſumptionem, quia per proteſtationem ſublata eſt. & pro hac opinione facit, ꝙ proteſtatio appoſita in actu remouet conſenſum ab eo, l. obligationum ſubſtantia. in fi. ff. de act. & obli. No. in c. cum M. Fer. s. de conſt. quod matrimonium dependet ex conſenſu, vt in c. præcedenti, ergo per proteſtationẽ impeditur. In ꝯrium tñ eſt veritas, & tenent hic Do. Anto. & alij cõiter, & voluit Io. An. in c. per tuas. j. de condit. appoſi. vbi dicit, ꝙ proteſtatio appoſita tpe copulæ non impedit matrimonium præſumptum. Mouetur, quia iſta præſumptio eſt iuris conſecutiuum, quod non dependet ex poteſtate partium, ergo per proteſtationem tolli non poteſt, cle. gratiæ. & ibi glo. de reſcrip. Item mouetur Do. Anto. ꝙ proteſtatio iſta hẽt in ſe cauſam turpẽ, & nutrit peccatum, ergo non operabitur ſuum effectum. Et ſic habes elicere, ꝙ vbi p pręſumptionẽ iuris & de iure tollitur peccatum, proteſtatio appoſita in actu non valet ad tollendam pſumptionem illam. & faciunt notata in c. fi. de condi. app. Tertio adducit: nã in matrimonialib. nihil prodeſt confeſſio partium cõtra matrimonium, c. ſuper eo. j. de eo qui duxit in matrimon. quã pol. per adulte. ergo nec etiam pteſtatio hoc caſu iuuabit, cum emanet ſup his quæ non ſunt in poteſtate partium, per ea quę habentur in d. c. cum M. & dixi abunde in c. ſolicitudinem. s. de appella. immo a fortiori ſi confeſſio, quæ vincit præſumptionẽ iuris & de iure, vt vult gl. in l. in ꝯctib. §. illo. ff. de non nu. pecu. in §. illud. in Auct. de æqualitate dotis. & notat Cy. in auct. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nuptias. non vincit matrimonium, ergo multominus proteſtatio, quæ eſt debilior quam confeſſio, maxime in hoc quo ad tollendã iuris præſumptionem, vt vult glo. in d. clementina, gratię. Nõ obſtat contrarium de notatis in c. tua. quia procedit, quando pteſtatio tollebat formam & ſubſtantiã matrimonij, i. totalem conſenſum, quia nullo mõ agebant con-
5 ſentire. Aliæ gl. nihil habent. †Ab extra opponitur contra textũ, dum vult quod ſi iſte iuuenis fuit deprehenſus cũ iſta puella in domo à parẽtib. & propter eorum metum contrahit matrimonium, ꝙ non valet. & ſic videtur velle, ꝙ non obſtante ꝙ ſua culpa q. s incideret in actum metus, annullet actũ, contra de l. ſi mulier. in princ. ff. quod metus cau. vbi non attenditur metus alicui incuſſus ſua culpa & cauſa. Solutio, ille tex. loquitur in metu iuris, nos loquimur in metu de facto incuſſo. Sed iterum obſtat, quia immo hic metus videtur eſſe metus iuris: nam licitum eſt patri interficere adulterum inuentum cum filia in ipſo actu veneris, l. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adulterijs. ergo ſi iſte dubitauit de parentibus, fuit metus iuris, quia dubitauit de eo quod de iure poterant facere. Vna eſt ſolutio, ꝙ aliud eſt de iure canonico, aliud de iure ciuili, quia de iure canonico non habet locum d. l. quod ait. cum nobis non liceat occidere quemq̃ de iure canonico, c. inter hæc. 33. q. 2. & ideo cum cauſa matrimonialis ſit fori canonici, & ſecundum canones terminetur, ſm quos iſti parentes nõ potuiſſent interficere hunc adulterum, ideo talis metus fuit de facto & nõ de iure. Alia eſt elegantior ratio, quod ſpeciale ſit in matrimonio, ꝙ omnimoda debet libertate gaudere, vt metus de iure incuſſus etiam annullet matrimoniũ, licet ſecus in alijs actibus, in quibus metus non ita efficaciter annullat: & eſt ratio diuerſitatis, quam dixi in c. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Vita regularis eſt tutior quam vita coniugatorum.*
2 *Magis bonum non debet præferri minori, ſi vtrumque ſeruari poſſit.*
3 *Matrimonium contractum eo animo, vt ſtatim diſſoluatur, valet.*
Dictio, poſtea, poſtmodum, vel ſimilia, denotant temporis interuallum.
4 *Matrimonij vires non impedit propoſitum non conſummandi matrimonium. intellige, dummodo hoc propoſitum non deducatur in pactum expreſſum.*
5 *Iurans contrahere cum aliqua, ſi vult religionem ingredi, debet prius contrahere, & poſtmodum religionem poterit ingredi.*
6 *Monachus extra monaſterium dicitur tanquam piſcis extra aquam.*
Monachus quo caſu non habeat monaſterium, & vocabitur monachus epi.
7 *Vouens vel iurans, an poſſit licite propria authoritate a voto vel iuramento recedere.*

CAP. XVI.



Ommiſſum. Qui iurauit cum aliqua cõtrahere, ſi vult religionem ingredi, tamen vt iuramentum obſeruet, prius contrahat, & poſtea religionẽ ingrediatur, ſi copulã non conſummauerit. Diuiditur in duas partes. In prima narratio. In ſecũda prouiſio. ſecunda ibi, fraternitati tuæ. No. in tex. ibi, priuata lege, ideſt, diuina, vel ſm conſcientiam ſuã, & concor. alleg. in glo. No. ibi, fidẽ dedit, iuncto tex. ibi, iuramento firmauit, quod interpoſitio fidei non eſt idẽ ꝙ iuramentũ, de quo s. in c. 2. No. ibi, contrahendi ſponſalia de trahendo matrimonio, pp̃ter ea verba contrahendi ſponſalia de futuro, quia promittitur de contrahendo matrimoniũ, & ſic in
1 futurũ. de quo in c. ex literis. el j. & c. ex parte. s. e. †No. ibi, ad fru-
2 gẽ melioris vitæ. quod vita regularis eſt tutior [a] q̃ vita coniugatorũ. facit tex. in c. niſi cum pridẽ. s. de renun. & ideo dicit tex. & ibi glo. clarius rationẽ aſſignans, 17. q. 2. in c. nos nouimus. nauigaſti, vxorẽ duxiſti. & aſſignat gl. ibi rõnem, quia ſicut qui mari verſantur, ventis agitãtur, & q vxores hñt, agitantur eorũ pro-
2 cellis, & voluptatibus. †No. ibi, ſeruata. ꝙ licet magis bonum debeat præferri minori bono, 17. q. j. c. qui bona. hoc eſt verum, niſi poſſet vtrumq; ſeruare, quia tunc debet vtrũque implere, vt hoc
3 tex. †No. ibi, & poſtea. ꝙ valet matrimoniũ ꝯctum eo animo, vt ſtatim diſſoluatur, ſm Do. Anto. & pro eo facit, quia iſtud verbũ,
b poſtea. [b] qñq; denotat incontinenti non longum temporis interuallũ, vt no. gl. in l. qui de crimine. C. de accu. voluit Bal. in l. quotiẽs. §. ſi quis ita. ff. de here. inſti. in l. fructus. ff. ſol. matrim. Et ſic habetis reſtrictionem illius vulgaris, quod dr̃ in l. qui ſic. ff. de ſolu. Et ſm hunc intelłm Do. Ant. hic eſt caſus, ꝙ iſte iuuenis cõtrahebat matrimoniũ aĩo iſto, vt ſtatim illud diſſolueret, ingrediendo religionẽ, & ſic aĩo diſſoluendi. Inn. hic in ſuo intellectu ſentit contrariũ, & cõiter approbatur, quia vult ipſe ꝙ ſi iſte habuiſſet in aĩo ſtatim ingrediẽdi religionẽ, nõ dixiſſet tex. tutius eſt ꝯhere &c. quia imo periculoſius fuiſſet differre ita bonũ ppoſitum, prout eſt hic ingrediendo religonẽ, ex quo eſt iam deliberatum, cum enim inter os & offam caſus ſit, multa euenire poſſent, ꝙ poſtea non ingrederetur religionẽ, & ſic a tãto bono ceſſa-

ADDITIONES.

a ¶Eſt tutior. Adde ꝙ vita actiua præfertur contemplatiuæ, & magis meretur, licet tutior ſit contẽplatiua, 2. q. 7. facta quippe, cum gl. vide de his in c. diuerſis. j. de cle. coniu. & in c. licet, de regula.
b Verbum, poſtea. Adde Io. de Por. in d. l. fructus. alleg. in tex. & vide Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. in j. col ad fi. Et adde, quod aliquando ſignificat ſine interuallo, in proę. ffor um, §. illud autem. & in d. l. quotiens. §. ſi quis ita. el 2. alle. in tex. & ibi Bar. de hære. inſti. Item adde, quod ſignificat interuallum arbitrio iudicis, Alex. poſt Barto. in l. j. §. diuus. ff. de quęſtio. & Ioann. de Imo. in l. qui aliena. §. fi. de acqui. hære. Doc. in c. cum M. Fer. de conſti.

ceſſaret, imo expreſſe tex. loquitur non de propoſito deliberato ſtatim ingrediẽdi, ſed de quoddam motu ad ingrediendũ, quod patet, ad frugem melioris vitæ ſuſpirat. vnde dicit Inn. ꝙ iſte habebat in animo ingrediendi religionem, ſed nondum ſarcinulas cõpoſuerat, nec ſtatuerat ſtatim intrare, ideo ex quo hic non interuenit nec propoſitum firmum ſtatim ingrediendi, nec votum, iſta enim æquiparantur, c. peruenit. el 2. s̄. de iureiur. ideo tutius huic erit, cum per iuramentum ſit alligatus intra biennium contrahere, medio tempore, dum deliberat, potuiſſet labi biennium, & iſte incidiſſet in periurium, cum non contraxiſſet intra biennium, propterea dixit tex. tutius eſt &c. & ſic Papa mandat vt ſeruet iuramentum contrahendo, & poſtea ingrediatur, ſi videbitur, religionem. Et ꝙ tex. noſter non loquatur in propoſito deliberato, facit tex. ibi, poſtea ſi elegerit. quaſi ſentiat ꝙ prius non firmaſſet. & pro hoc intellectu Inno. facit, quia illud verbũ, poſtea. vel, poſtmodum. vel ſimilia denotant temporis interual-
a lum, [a] ca. cum Vintonienſis. & ibi no. s̄. de elect. c. 2. & ibi etiam no. s̄. de offi. dele. l. 2. ver. poſtmodum. C. de cuſt. & exhi. reo. no. in l. pacta conuenta. poſt gl. ff. de contrahenda empt. in l. cum fun-
4 dum. ff. de vi & vi ar. † No. ex tex. ibi, carnalis copula. iunctis præcedentibus, ꝙ valet matrimonium ↄctum eo propoſito, vt carnalis copula non conſummetur, de quo aliquid in fi. glo. ad quam venio. Gl. in verbo, tutius. ibi, ne de facto dicatur ꝙ iſte venit contra iuramentum. habetis ex glo. vnum intellectum ad tex. quod hic Papa non loquatur de neceſſitate, ſed de cõſilio: & ideo dat hoc conſilium ad euitandum infamiam facti, quia potuiſſent homines ſcandalizari, ꝙ iſte fuiſſet periurus, ex quo iurauerat illam accipere in uxorem, & nõ accepit, ſed eſt ingreſſus religionem. Panormi. hic reprobat hunc intellectũ, quia poſito quòd de neceſſitate iſte non habuiſſet contrahere, & ſic iuramentum ſeruare, cõſilium etiam eſt ſuperuacuum: nam nullo pacto hic ſcandalizabitur proximis, ſi iſte ingrediatur religionẽ, quia ſciũt homines, uel ſcire debent, quòd non eſt reus periurii, quia illud commutat in melius, religionem ingrediendo, d. cap. ſcripturæ. & d. c. peruenit, in glo. allegatis. ergo de hoc ſcandalo non eſt curandum, vt no. in c. cum ex iniuncto, vbi de materia ſcandali,
5 j. de operis noui nun. † In gl. in fine, habetis ex gl. ſecundum intellectum ad tex. quòd non loquatur conſultiue, ſed neceſſitatẽ imponat, ut iſte prius cõtrahat matrimoniũ quàm ingrediatur. & eſt ratio, quia cum utrunque ſit bonum, quia ſi nupſerit uirgo, non peccauit teſte Apoſtolo. Ingreſſus religionis eſt bonus, & poſſit iſte utrunque ſeruare, cum iuraſſet de matrimonio cõtrahendo, ideo ad vtrumque ſeruandum obligatur. Iſte intellectus ita ad corticem reprobatur, quia vr̄ velle ꝙ cogatur iſte cõtrahere matrimonium, non obſtante quod velit religionem ingredi: & hoc videtur falſum, quia ingreſſus religionis tollit omne votum & matrimonium præcedens, quaſi in melius commutetur, c. ſcripturæ, s̄. de voto. c. peruenit. el 2. s̄. de iureiur. Vnde ſaluando hunc intellectum, neceſſe eſt vt deſcendamus ad intellectum Imo. de quo s̄. in tex. ſcilicet ꝙ iſte nolebat de præſenti religionem ingredi, ſed differebat vt componeret res ſuas, vel ob aliam cauſam. Vnde cum immineret tempus biennij, in quo iurauerat ſe ducturum illam in vxorem, ſi illud non feciſſet, incidiſſet in periurium, cum nondum religionem intraſſet: & aliud eſt intrare, aliud deliberare de intrando, c. literarum. s̄. de voto. ideo Papa mandat, & neceſſitatem imponit, vt iſte prius contrahat matrimoniũ, & ſic periurium euitabit, poſtea deliberet de intrãdo & intret religionem. Et hoc modo intelligendo tex. ceſſabũt omnes rationes adductę in gl. noſtra, quæ faciunt contra tex. Et primo non obſtat, quod matrimoniũ eſt bonũ, religio quid melius, c. ſic enim. 28. quæſt. j. ergo magis bonum omiſſo minus bono. quia iſtud procederet, quando de præſenti vellet religionem ingredi, & ſic magis bonum implere, ſed in caſu noſtro volebat lapſum differre ingreſſum, & interea potuiſſet incidere in periurium per lapſum biennij, intra quod iuraret ſe ducturum. Non ob. ſecundo, dum dr̄, ꝙ periculoſum hoc erit, ſi iſte cõtrahat matrimonium, quia auertetur poſtea ab ingreſſu religionis ꝓpter prauitatem exigendi debitum, iuxta illud,

A iuuene & cupido credatur reddita uirgo.

recedi ſolo conſenſu. non mirũ ergo ſi ſecuta traditione,ſecũda emptio eſt fortior ꝗ̃ prima, in quam non interuenit traditio. Et ꝑ hac rõne faciũt no.in l.iuriſgentiũ.§.adeo.& in l.ab emptione. ff.de pac.Hoſt.hic dedit aliam rationẽ,ſ.ꝙ cum mat.ſit a Deo inſtitutũ,ad exẽplum autoris ſui eſt ſtatim imutabile, c.imutabilis. 22.q.3.ſed ꝯ̃tus alij ſunt ab homine:ideo cũ homo ſit mutabilis, ipſi mutabiles ſunt magis de facili, niſi donec acceperint perfectum ꝯplementũ, i. ſecuta traditione. Vel aliter,cũ inuentum ſit matri.a Deo, nõ tantũ pẽdet ex facto hominis ſicut ꝯ̃tus,q. ſunt ab hoĩe: ideo in alijs ꝯ̃tibus attendit magis implementum hominis,& ſic traditio.Pan.hic dicit, ꝙ in ſpũalib. tranſeat dñium ſine alia traditione ex ſolo ti.tex. eſt in c.ſi tibi abſẽti.de p̃ben.li. 6.voluit Inn.cõiter approbatur in c.inter cætera.de præben.ideo cũ ſimus in matrimonialib.& ſic in ſpũalib. dicetur dñium iuris maritalis eſſe tranſlatum ſolo tit.& ſic ꝯ̃ctum matri. Secus eſt in alijs reb.in quib. requiritur traditio ad trãſferendum dñium : nã tũc cũ ſoli tit.nõ ſit tranſlatum,non mirũ ſi ille cenſetur potior, qui hẽt titu.cũ traditione, ꝗ̃ ille qui prius habet ſolum tit. Et faciunt quæ not.Pan.in c.2.ſ.de conſue.& quæ no. Anto. in l.cum qui.alias ſiue autẽ.§.ſi duob.ff.de publi.mihi quoq; vr̃ poſſe aſſignari aliam rõnem,nam vbicunque exuberat bona fides,ideo ꝙ nõ eſt licitũ variari,primus titu.præfertur ſecundo,licet in ſecũdo interueniat traditio.& ſic nõ habet locũ l.quotiens.Ita Ioan. An.in c.cõtinebat.licet aliqui ibi reprobant, ſ.de his quæ fi.a pl. & Ludo.de Roma in auct.ſimiliter.in 9.col.C.ad le. Fal.dum volunt,ꝙ l.quotiens.nõ hẽt locum in clerico, quia nimis turpe eſt ei variare, c.ꝙ autẽ.ſ.de iure pa.ſed & ita eſt in mat. poſtꝗ̃ ſemel eſt conſenſum,variatio nõ admittitur,vt hic tex.ca.præterea.el j. c.requiſiuit.ſ.de ſpõſa.nõ mirũ ergo ſi ſm matrim.ſecuta copula non præfert primo. Aliã rõnem ſenſit hic Hoſt. quam Do.Ant. dixit ſuaſiuã:nã matri.prouentum eſt a Deo, qui cor reſpicit, & ideo in eo nõ inſpicimus aliud,an partes egerint ſe ligare:venditio autem vel alij ꝯ̃tus ſunt ab homine,qui non tm̃ credit cordi ꝗ̃ operi. Aliud habetis ex gl.ꝙ conſuetudo põt facere legitimũ, & habilẽ ad ꝯ̃hendum inhabilem, & ideo dicunt etiam Doct.ꝙ iſta cõſuetudo licet de iure non valet,tñ ex quo erat tolerata,excuſat m̃rimonia p̃cedentia ante hãc reprobationem, & prolem ſuſceptam ante.& ſic hẽtis,ꝙ probabilis error iuris,i.cauſatus ex tolerata ꝯſuetudine ꝯ ius,& quæ nõ valet, hẽt excuſare ꝓlem ab illegitimitate,ſicut error facti,de quo ĩ c.fi.de clan.deſpõ. & etiã hẽt excuſare m̃rimonia ꝓhibita:quod fatentͬ ante hanc reprobationem Doc.ſed poſt hanc decre.ſecus.& iõ infert D.Ant. ꝙ cõſtitutio reprobatoria cõſuetudinis p̃cedentis nõ trahit ad preterita,ſed ſolũ ad futura.Sed iſte tex.ſm Pan. potius ꝓbat ꝯ̃riũ ꝑ ꝑ verbũ,de cætero.hic expreſſum,quaſi ſentiret Papa,ꝙ niſi expſſiſſet de cætero,trahaeret hæc conſtitutio ad præterita.& ita fatetur D.Ant.in diſtin. ſua. Vnde dicite,aut cõſtitutio eſt declaratoria rõnis,ꝗ̃ ſuberat de antiquo, & tunc ſi non hẽt ꝯ̃riam conſuetudinẽ,vel cõem interpretationem,trahitur ad præterita, c.cum tu.ſm intellectũ gl.ibi,j.de vſur.gl.in proe.cle.in verbo, de cætero.ſi vero hẽt cõſuetudinem,vel cõem interpretationem ꝯ̃riam, & tunc geſta excuſant,& ſic non trahitur ad præterita,gl.in ca.j. in verbo,de cętero.de poſtu.pla.li.6.in c.cũ venerabilis.& ibi D. Ant.ſ.de conſue.Aut cõſtitutio.nõ ſolũ eſt declaratoria iuris antiqui vel rõnis de antiquo,ſed etiã reprobat cõſuetudinem ꝯ̃riã: & tunc ſi declarat irrationabilitatẽ cõſuetudinis,cũ conſuetudo irrationabilis ſit potius corruptela,vt in c.fi.ſ.de conſue. talis cõſuetudo non excuſat p̃terita,& iõ cõſtitutio ad ea trahit̃,c.cũ venerabilis. ſ.de conſue. Aut aliter nõ declarat irrationabilitatem conſuetudinis,ſed tm̃ eã reprobat:& tũc ſi exprimit aliquod verbum,puta de cętero,vel ſimile,per quod apparet ꝙ nõ vult trahi ad p̃terita,caſus eſt clarus ꝙ non trahit̃.& ita eſt tex. & hic, & d. c.j.de poſt.p̃la.li.6.ſi vero tale verbũ nõ exprimat̃,& tũc trahit̃ ad p̃terita,gl.eſt in cle.2.in fi.de re.ecc.nõ alie.in cle.ſtatutum.de elec.no.Pan.in c.fi.ſ.de conſti.& ibi etiã D.Ant.in 42.diſt. & idẽ D.An.in c.cum venerabilis.ſ.de conſue. & hic gl.no. Imo.in l.3. ff.de teſt. Sed operepretium eſt ſcire,nunquid ex approbatione Papę expſſa potuiſſet iſta cõſuetudo conualidari ſicut inualidatur.& Hoſt.hic ſuper verbo, volumus.dicit ꝙ ſic, quia ſicut vtit̃ verbo,te volumus obſeruare. reſupponit ꝙ in voluntate ſua ſit, an hęc cõſuetudo debeat obſeruari:& ſic potuiſſet hanc conſuetudinẽ approbare, ſi voluiſſet.† Sed altiꝰ repetẽdo ꝓ veritate huius articuli reuoco in dubiũ generaliter: nunquid Papa poſſit diſponere ꝯ matri.ꝯ̃ctũ illud diſſoluẽdo.Et primo arguit ꝙ non:nã mat.eſt viri & mulieris cõiunctio, indiuiduã vitæ conſuetudinẽ retinens,27.q.2.ĩ prin.& dixi ſ. in rub.de ſpon.& ſic ex diffinitione quæ denotat nobis eſſe rei,vt gl.in c.nõ putamus. de conſue. lib.6.Facit gl.in l.oĩs diffinitio.ff.de re.iu.apparet,ꝙ de ſub̃a matrimonij eſt,vt ſit indiuiduũ & idiſſolubile: ſed Papa non poteſt ſub̃alia tei tollere c. cũ ad monaſterũi. in fi.ſ.de ſta.mona. l.2.ff. de vſuf.ea.re.ꝗ̃ vſu ꝯſu.ergo nõ poterit diſſoluere mat.& faciunt quæ dixi in textualib.vbi ſm Hoſti. & Do.Ant. firmaui, ꝙ Papa non põt ſtatuere,vt mat.valeat ſine cõſenſu.Sed poſſet rñderi, ꝙ Papa non põt tollere ſub̃ale rei,vt res duret in ſuo eſſe:ſed bene põt facere,vt res trãſeat in aliam eſſentiã,vel deſinat nõ eſſe quę erat,vt eſt tex.de primo in d.l.2.quia põt in reb. quæ vſu cõſumũtur,facere quaſi vſum fructum lex,& de ſecũdo gl.in cle.j.in verbo,pro infectis.de immu.eccl.pręterea ar.procedit de ordinaria poteſtate,ſed de plenitudine ptãtis Papa p̃t facere de monacho nõ monachũ,vt j.videbimus.& no.in d.c.cũ ad monaſteriũ.ergo ita poterit facere de marito nõ maritum.& ad ea quæ dixi in textual.dicite ꝙ plus eſt velle ꝙ matr.ſit matri.ſine conſenſu,ꝗ̃ velle mat.ſemel ꝯ̃ctũ diſſoluere, quia plus eſt velle actũ facere ſine materia & ſubſtãtia,ꝗ̃ velle factum deſtruere. Secundo adducit̃, nã exceptio firmat regulã in caſib.non exceptuatis a rła,c.2.j.de coniug.lepro.c.dixit dñs.32.q.j.& declarat rłam,l.nam quod liqde.§.fi.ff.de leg. habet in rub. de reg.iur.lib.6. ſed ita eſt, ꝙ regula.ſit cũ exceptione,ꝙ vxor non ſit a viro ſeparanda nec dimittẽda,niſi excepta cã fornicationis,d.c.2. & in cã fornicationis non diſſoluit matri.ſ3 ſit ſeparatio thori, dictis iurib. & c.ex publico. c.ex parte.ſ.de cõuer.coniu.c.licite.c.apoſtolus.32.q.7.ſi ergo ſolum ſit exceptio,vt poſſit ſepararri thorus, non autẽ diſſolui matri.ꝑ fornicationẽ: ergo in ꝯ̃rium firmatur rła, & declaratur ꝙ alijs caſib.nõ eſt licitũ diſſoluere mat.Solu.in quacunq; generalitate eſt excepta perſona Papę, qui hẽt vices Dei in terris,c.pe. & fi.ſ.de tranſla.pla.& cui fuit dictum,quodcunq; ligaueris,&c. & quodcũq; ſolueris in terra,erit ſolutum & in cœlis,c.quodcũque.& c.manet.24.q.j.& faciunt quę dicam in parte affirmatiua. Tertio adducit̃,Papa debet defendere dicta apoſtoli,& concil.& euang.vſque ad ſanguinem,& vſq; ad oẽs conatus,c.memor.24. q.j.nec ea rũpere debet,c.ſunt quidã.25.q.j. ſed a Dño ꝑ os Euangeliſtarum dictũ eſt, Quos deus coniunxit homo non ſeparet, Mar.10.c,& Matthei 19.23.q.2.c.quos Deus.c.quanto. ſ.de tranſl. præla.ergo Papa matri.cũ ſit cõiunctio Dei, nõ diſſoluit. Solutio, geſta a Papa dñr geſta a Deo non ab hoĩe, & dicetur Deus diſſoluere,Papa diſſoluente,c.quanto. & c.fi.ſ.de tranſla.præla. vel aliter,licet rũpere nõ debeat dicta apoſtoli vel cõciliorũ, vel Dñi,vel Euangeliſtarũ,tñ põt diſpenſare ex cauſa & limitare, vt vult Inno.in c.quę in eccleſiarũ.ſ.de conſtit. Et ita reſtringit gl. prędictam regulã faciens in c.literas. ſ.de reſtitu.ſpo.in c.propoſuit.ſ.de cõceſſi.pręben.in c.cum ad monaſterium.ſ.de ſtat.mo. in c.ſi his.11.q.3.Quarto adducit̃:nã Papa non põt aliquid, ꝑ ꝑ qđ generet ſcandalum in eccleſia, c.per principalẽ.9.q.3. & ibi glo. Inn.in c.inquiſitioni.j.de ſen.excõ. & not.in c.ſi qñ.ſ.de offi.dele.& in c.ſi q.s.ſ.de reſcri.ſed ſi Papa diſſolueret matri.ꝯ̃ctũ,eſſet maximum ſcãdalũ.ergo &c.Sol.ſi Papa facit ex cauſa,nõ eſt ſcãdalum,ſed medela,& tũc imputandũ eſſet illis, ꝑ quos venirent ſcandala,c.2.j.de no. ope.nũ.& ibi no. Quinto adducit,oẽ qđ eſt ſignum vel repręſentatio alicuius rei, dẽt ſapere nãm eius,ca.ſignũ.c.ſpẽs.de ꝯſe.diſt.2.l.j.ff.de leg.j.ſed ita eſt,ꝙ matri.ſignificat nobis vnitatem,quę eſt inter animã & Deũ, vel vnitatẽ diuinitatis,quã fecit Chrs cũ humana carne deſcẽdẽs ĩ vterũ virginis,vt no.in c.debitũ.ſ.de big.ſed ita vnitas eſt idiuidua: ergo & matri. & eẽt hęreticũ hãc vnitatẽ diuidere:ergo & matr.vel ſaltẽ vt no. in d.c.debitũ ſignificat matri. vnitatem ꝗ̃ eſt inter eccleſiam & Chriſtũ ſpõſum.& diuidere hãc vnitatem,eſſet ꝯ articulos fidei: ergo & diuidere matr.Sol.iſta eſt aſſimilatio ſiue figura inducta de iure poſitiuo,& ex interpretatione Doct. quam quidẽ Papa nõ cogit̃ p̃ciſe ſeq,c.innotuit.ſ.de elec.c.propoſuit.ſ.de conceſ. p̃bẽ.Sexto,facta ꝑ ĩfectis hñi non pñt,l.in bello. §.facte.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.c.ferrũ.50.diſt. ergo matr.ſemel ꝯ̃ctum non põt Papa facere q.n ſit factũ.Solu.p̃t tñ tollere iuris effectũ, gl.in d.cle.j.in verbo,ꝓ infectis. Septimo adducit tex.in ca.ex parte.ſ. de conuer.coniuga.vbi dr̃ ꝙ in nullo caſu põt matrimo. diſſolui:& negatiua illa eſt vniuerſalis, ꝗ̃ pręciſe abnegat & excludit oẽm caſum.gl.in regula j.de reg.iur.Solutio, nunquam excludit authoritas Papę. vt ſ. dixi in ſolutione ſecundi ar. probatur etiã in illo tex.ibi,niſi forte.ſecus ex reuelatione diuina, quę exſuperat omnem legem. & certe Papa videtur habere reuelationem Dei,cap.quanto.& d.cap.fin. & hoc modo poteſt reſponderi ad cap.fi.28. quæſt.2.ad c.fi.de tranſlat.prælato. ad capitu. ex publico.ſ.de conuer.coniug.immo ibi in ca.ex publico. eſt caſus pro parte ꝯ̃ria: nam ꝑ ingreſſum religionis diſſoluit ibi matr.ꝯ̃ctũ, ergo in ſimili etiã ob aliam iuſtã cauſam poterit,& j.dicã.Octauo adducitur:matri. mutuo conſenſu ꝯ̃hitur, vt notaui vobis in tex. & c.j.ſ.eo.ergo non poterit a ſuperiore rũpi,ꝑ regulã,ius noſtrũ.

ff. de reg. iur. Solutio: ex causa superior tollit ius nostrum, vt not. Inno. in d. c. quæ in eccle. no. in c. constitutus. s. de relig. do. in l. bene a Zenone. C. de quadri. presc. Nono adducitur: matri. est sacramentum ecclesię, c. veniens. vbi gl. s. de translac. sed Papa non potest sacramenta ecclesiæ tollere, vt vult Archi. de pęni. dist. 7. in sum. vbi concludit, q Papa non potest facere vt aliquis non teneatur ad confitendum peccata sua, & sic tollere sacramentū pnię: ergo poterit matri. dissoluere. Soul. magis est necessitatis sacrm pnię q̃ matr. imò est ad bn̄ esse, & nō ad necessitatē, vt no. gl. in d. c. venies. Decimo adducit: nā matri. imprimit characterē, vt voluit Do. Ant. in c. gaudemus. & in c. quanto. j. de diuor. sed Papa nō potest impedire effectū characteris, quin imprimat vel duret impssus, vt est gl. in c. manus. de cõse. di. 5. in c. pnida. in verbo, firmitatis. de elec. in 6. i cle. ne plerisq;. in verbo, aliqd. de ele. in c. 2. j. de cler. excō. min. hr̄ in c. 2. de pę. li. 6. ergo nō poterit matri. semel ɔ̄ctū, ex quo semel character est impssus, dissoluere. Et faciunt quę no. Inn. in c. quanto. s. de consue. So. alius character imprimitur in ordinatione, de qua loquūtur ɔ̄ria, & ille est immutabilis, q afficit animā, nec aliqua mutatione mutat: alius in matri. quia solum est vinculū consensus, non aūt character spūalis gratię: & ideo magis de facili mutatur mutatiōne psonę, puta in infideli conuerso, vt c. quanto. j. de diuor. Vndecimo adducit tex. in c. quanto. j. de diuor. vbi dicit tex. q ratū & firmum debet esse matri. inter coniuges, vt ipso durante sacramento baptismi duret. & exponit ibi Inno. ratū & firmū, i. inresolubile. sed ita est; q sacramentū baptismi semel susceptū non pōt per Papā tolli: ergo nec etiam matri. So. illa equiparatio coniugij & baptismi procedit solū in casu ibi posito, s. qn̄ fidelis labitur ad infidelitatem: nā tunc sicut retinet characterē baptismi, ita sacramentū matri. non aūt ex toto procedit, quia baptismus infert characterē, qui comitatur animā etiā post mortē: matri. aūt secus, quia morte soluitur, c. licite. 32. q. 7. c. de vxore. s. de sepul. & ideo dicit D. Ant. ibi, quod matri. non infert characterē vt baptismus. Duodecimo adducit:
a per matri. efficiuntur vir & vxor duo in carne vna, [a] c. agathosa. 27. q. 2. c. ad apostolicā. s. de reg. & obligantur mutuo, vt vnus nō habeat potestatem sui corporis sine cōsensu alterius, c. non dēt. j. de consan. & affi. c. cū cā. j. de rap. ergo p Papā ista vnio dissolui non potest. Nec dicat quispiā, aliud est in matri. confirmato per copulā, quod proprie dicitur pfectū: aliud inito nudo consensu, c. quapropter. 27. q. 2. qa istud est ɔ̄ tex. nostrū, vbi quo ad validitatē matrimonij non attenditur copula, & etiam ɔ̄ l. nuptias. ff. de reg. iu. So. dato q hoc vinculum sit ɔ̄ctum ita solo consensu, sicut per copulam, tn̄ ex cā Papa potest ius alteri quęsitum tollere, & hoc vinculum vnionis dissoluere, c. quāto. in j. rn̄. j. de diuor. & j. dicā. Vltimo adducitur tex. in c. licet. s. eo. vbi Papa reprobat consuetudinem, de qua hic, & sn̄ias Papę fm̄ illam latas a prędecessoribus suis: certe si Papa posset matri. dissoluere, & sic hanc cōsuetudinem approbare, nō bene fecisset Alex. 3. reprobando sententias prędecessorum. Solu. licet Panor. per hunc tex. dicat se dubitare, & inclinare videatur in hanc partem negatiuam, tamē textus cap. licet. nihil facit: nam ibi Papa non reprobat facta prędecessoris tāquam male facta, dum dicit, quamuis aliter, &c. sed reprobat consuetudinem, & quia vallata erat authoritate apostolica prędecessorum, qui fm̄ illam pronunciauerant: ideo remouet obstaculum illarum sn̄iarum, non tn̄ dicit, q prædecessor male fecerit, immo ex quo remouet illas sn̄ias tanquam obstaculū, sentit q sn̄ię valuerant, & sic quod Papa possit dissoluere matri. ɔ̄ctum, non enim possunt valere sn̄ię prętextu consuetudinis, q̃ non tenent, vt dixi in prin. huius tex. ergo sentit, quod valent authoritate apostolica, & sic q Papa posset hoc facere: alias frustra Papa remoueret has sententias. & faciunt quę habentur in c. mādatum. s. de rescr. vbi clausula, non obstante. in dubio refertur vt excludat contraria, quę habuissent impedire dispositionē. & sic illa decre. licet probat opinionem affirmatiuam, & hanc opin. tenuit Gasp. Calde. hic, pro parte autem affirmatiua quod Papa possit disponere circa matrimo. contractum illud dissoluendo,
5 adducitur, quia aliud† est dispensare ex toto abrogando, & hoc non potest Papa contra ius diuinum, nec contra dicta apostolorum, nec euangelistarum, 5. distin. c. ius naturale. vbi hoc vult Archidiac. l. fi. vbi notatur. C. si contra ius vel vti. pub. d. c. sunt quidam. Aliud est dispensare, idest, ius diuinum relaxare sine causa, vt notatur j. q. 7. nisi rigor. & hoc etiam non potest Papa facere. & ita loquitur glo. in ca. non est. s. de voto. in capitu. quanto. s. de iureiur. & est tex. in c. manet. 24. q. j. vbi ptās Papæ tanta est, quantum iustitia suffragatur. Aliud est dispensare, i. limitare ius diuinum ex causa. & hoc pōt Papa, deducitur: Nam videmus, q bigamia est prohibita ex dicto apostoli, c. super eo. & c. a nobis. & toto ti. s. de biga. & tn̄ Papa dispensat in bigamia, c. lator. 34. distin. Simile, etiam presbyter fornicator ex præcepto apostoli dēt ab altari remoueri, c. presbyter. 84. dist. & tn̄ Papa cum eo dispēsat, vt ibi. & faciunt quæ hn̄r in c. penitentes. c. ex pęnitentib. & ca. ponderet. 50. dist. Item super respiciētib. factum ecclesiæ Papa dispensat, & tn̄ pręcipue dēt uacare p conseruando statum ecclesię, c. j. 31. q. j. c. non dēt. j. de consan. & affi. Silr̄ uidemus, q dispensat in decimis, c. ex parte. c. a nobis. vbi no. s. de deci. & tn̄ decimę sunt de iure diuino, c. decimę. c. reuertimini. 16. q. j. c. tua nobis. s. de deci. Itē videmus, q dispēsat in voto, dūmodo cā subsit, vt no. in d. c. non est. & tn̄ est de iure diuino, c. magnę. s. de voto. Itē videmus, q dispensat in iuro, c. quāto. s. de iureiurā. & tn̄ est de iure diuino, c. & si Christus. s. de iureiu. Item dispensat in secūdo gradu consanguinitatis collateralium, c. literas. vbi no. & ibi gl. s. de rest. spo. c. proposuit. & ibi gl. s. de conces. præben. Item dispēsat, q in ore duorum nō stet oē verbū, c. licet vniuersis. c. licet ex quadā. s. de test. c. relatū. el piccolo, c. cum esses. s. de test. Item dispēsat ɔ̄ quatuor concilia, c. sicut. 15. di. Itē dispensat, q subdiaconus possit capere vxorē, c. illo. & ibi gl. 32. di. si ergo dispensat ɔ̄ quodcunque, siue sit præceptū decalogi, siue verbum Dn̄i, siue verbū Euangelistarum, siue verbum Apl̄i, ergo ēt poterit dispensare ɔ̄ hoc verbum, quos Deus coniunxit, &c. & sic dissoluere matr. Solu. prædicta oia non habent ita perpetuum vinculum de substantia sui, sicut habet matri. de cuius substantia est, vt sit indiuiduū. & etiam cum figuratiue mr̄imonium repræsentet vnionem, q̃ est inter Christum & ecclesiam, & Christum fm̄ diuinitatem & humanitatem susceptam fm̄ carnē in vtero Virginis, quę quidē mysteria sunt indiuidua, vt vult gl. in his terminis. 27. q. 2. in capi. qua p p. nec tantum scandalizatur eccle. ex dispēsationib. prędictis, sicut hoc casu. Secundo adducitur tex. in ca. ex publico. s. de conuer. coniug. vbi p p ingressum religionis Papa permittit dissolui matr. quasi commutet promissionē in melius. ergo a simili iusta cā subsistente poterit etiam dissoluere matr. Pone enim, q magna Regina infidelis est ventura ad fidem, si pōt hr̄e regem Francię in maritum: & si secum ɔ̄heret, totum regnum suum ei dabit, quare non erit iusta causa dispēsandi, vt rex Francię dimittat hāc vxorem quā hēt, & recipiat illam in vxorē pro bono publico Christianę religionis. Vel etiam pone, Papatus indiget q fiat Papa rex Franciæ, quare non poterit dissolui matri. pro conseruatione ecclesiæ. Sol. tenendo ēt q Papa non possit dispensare in matrimonio ante copulam, dicite q non est arguendum a maiori in dispensationib. c. per venerabilem. j. qui fi. sint legi. & maxime in preiudicium tanti sacri. sed tenendo distinctionem quam j̄. dicam, ille tex. procedit in matrimonio non consummato per copulam, in quo adest solus cōsensus, & sic quoddam votum vel promissiō. nec dr̄ fractor voti, qui illud commutat in melius, c. peruenit. s. de iureiur. vidimus in c. commissum. s. de spon. vel speciale ibi, vt dissoluatur matrim. per ingressum religionis, quia nubit cum dn̄o. & ideo quasi melius bonum præfertur minus bono. Tertio adducit tex. in c. quanto. j. de diuor. hoc modo: nam inter infideles est matrimo. c. deinde. 28. di. c. de infidelibus. & ibi, de consan. & affi. Sed Papa pōt matri. ɔ̄ctum cum infideli dissoluere, & illud dissoluit in illo c. quanto. in trib. casib. vt patet ibi vsq; ad ver. si ergo. est ibi casus, q Papa pōt dissoluere matri. & tn̄ ista institutio matri. fuit cōis infidelib. imo proprie iudæis fuit dictum, crescite & multiplicamini. & fuit dictum p p hoc, relinquet homo patrem, &c. Et os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. ut patet ex his quæ dixi in rub. s. de spon. Solu. ibi Papa pōt hoc facere ex licentia Apl̄i, ut patet ex tex. ibi, & in hoc casu intelligimus qđ ait Apl̄s, si discedit infidelis, &c. & sic ille tex. pbat ɔ̄rium, qa si Papa nō habuisset licētiā Apl̄i, hoc nō fecisset, quasi non potuisset facere, & nemini dubium, q Apostolus diuina reuelatione potuit hoc dicere, sicut etiam uidemus, q etiam diuina reuelatione concessum est habere duas uxores, ca. gaudemus. j. de diuor. Quarto adducitur tex. noster hic, dum dicit, quę uolumus obseruare. ubi loquens Papa de consuetudine irritante matrimo. contractum, & illam reprobando utitur uerbo, uolumus. quasi in uoluntate sua fuisset etiam non reprobare, sed permittere talem consuetudinem. Solutio, istud non est necessarium, quia etiam uerbo, uolumus. utimur in his quæ facere debemus: & hic stabit uerbum, uolumus. improprie, & clarum, & iuris antiqui declaratorium. Quinto adducitur capitu. is qui fidem. s. de sponsa. vbi Papa quando non interuenit matrimo. illud presumit, ergo etiam si interuenit, cum contrariorum eadem sit disciplina, potest disponere, ut perinde habeatur ac si non

ADDITIO.

a ¶In carne vna. Adde Do. Soci. in consi. 17. incip. Supradicta causæ positio. versi. quantum vero attinet. ibi, & ideo. in j. parte, char. 28.

non interuenisset, & sic dissoluere. Solutio: alia ratio impedit, vt non possit dissoluere matrim. s. quia est contra dictum Dei, & substantiam eius: quæ rō non militat in l. præsumente matri. Sexto adducitur tex. in c. quædam lex. & c. seq. 35. q. 3. in c. super eo. & c. j. j. de cognat. spir. vbi Papa inducit & approbat nouum impedimētum circa matrimoniū. Solutio: aliud est inducere nouum impedimentum, per quod impeditur matrim. contrahendum, & si in contrarium sequatur, annulletur: quia non habuit legitimum principium: aliud est semel contractum, quod suum robur habuit velle dissoluere: nam sacramētale vinculum est secutum, ex quo matrim. valuit: ideo militāt rōnes prohibitiuæ, ne Papa possit dissoluere. Septi-
6 mo adducitur: nam ius † diuinū pōt limitari, vbi reperitur als ab ipso Deo limitatum, & extendi poterit limitatio ad simile, puta in præcepto, Non occidas. quod reperitur limitatum per Christum, qui gladio ferit gladio peribit. item per legem Mosaicam, & etiam Euangelicam, vbi adultera lapidabatur. hoc casu poterit ēt ius positiuum permittere homicidium, & ēt extendere ad alios casus ex iusta cā, c. j. de homi. lib. 6. & hanc theoricam facit Panormi. in c. fi. s. de consue. sed ita est, q hoc præceptum; Quos
a Deus coniunxit homo non separet[a]. vel ēt hoc præceptum, Propter quod relinquet homo, & adhærebit vxori: reperitur limitatum ab Apostolo in casu fidelitatis, & sic propter bonum fidei, vel cā vitandi peccati, d. c. quanto. ergo ēt propter bonum fidei vel ecclesiæ, vel aliud simile bonum, poterit Papa hoc preceptū limitare il o casu matri. dissoluendo. Solu. extensio potest fieri, vbi est eadem ratio: secus vbi est diuersa, vt notatur in c. constitutionem. c. non solum. de regula. li. 6. sed ita est, q in promissione, quę fit per Apostolum, & casu nostro non est eadem rō: ergo nō poterit fieri extensio. Quòd non sit eadem ratio, patet: nam dixit Apost. & ita loquitur c. quanto. in j. respon. qn matri. fuit contractum inter infideles. Nos loquimur, qn fuit contractum inter fideles: & rō est drīa: nam apud infideles deest fundamentum baptismi: vñ licet apud eos sit matri. cum carent illo fundamēto, super quo est fundata fides nostra, & omnis figura & veritas subsequens, ideo penes eos nō est ita ratum matri. sicut penes fideles: nam penes fideles matri. repræsentat has figuras, vnionē, quæ est inter animam & Deum, quæ quidem non est cum infidelibus, qui vertūt terga contra Deum suum, licet esse deberet, tñ ex eorum contumacia deficit. repræsentat ēt vnionem, quę est inter Christum & ecclesiam, per quam venit ad tertiam repræsentationem, s. vt repræsētet vnionem, quæ est inter Christum quo ad diuinitatem & humanam carnem quo ad carnem, quā suscepit in vtero Virginis. & istarum duarum nō sunt capaces infideles, cum sint extra ecclesiam. Et his duabus consistit potissima rō, quare matri. est indiuiduum. gl. est in c. quapropter. 27. q. 2. habetur in c. debitum. s. de biga. Cum ergo infideles nō sint capaces huius mysterii, qd importatur per matri. nō mirum si magis de facili potest inter eos dissolui, q inter fideles, qui sunt capaces: & ideo cum mysterio tex. in c. quanto. in j. rñ. permittit posse dissolui in illis tribus casibus matri. contractum inter infideles, altero coniugum ad fidem veniente. & in secundo expresse prohibet, q ēt illis tribus casibus matri. contractum inter fideles nullo mō dissoluatur, ēt altero eorum labente ad infidelitatem. & fundat se super rōne hac, q non est firmatum matri. inter fideles sacro fidei, i. baptismi. ita D. Anto. in d. c. quanto. Octauo adducitur tex. in c. verum. s. de conuersi. coniu. vbi tex. dicit, q diuino præcepto, vel monitu Spiritus sancti qnq; de nuptiis vocati sunt: & loquitur inter fideles. vnde vr tolli præcedens sol. nam si reperitur a Deo dispensatum dissoluere nuptias: ergo & Papa, qui habet ptātem Dei in terris, poterit dispensare, maxime cum dixerit ei Christus, Quodcūq; ligaueris & c. c. quodcunque. 24. q. j. Solutio: speciale est in matrimonio per copulam nondū consummato: vel speciale, quia qui ingreditur religionem, nubit dño, c. sciendum. c. virginē. 27. q. j. Nono adducitur text. in c. admonere. 33. q. 2. & in c. qui sciens. 32. q. j. vbi Papa prohibet perpetuo quem contrahere matri. & tñ ex præcepto Dei inductum est matri. & in illo, crescite & multiplicamini. Solutio: aliud est impedire matri. contrahendum, aliud dirimere con-
7 tractum, arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. † Decimo adducitur: bonum est argu. de matri. spūali ad carnale, c. qm frequenter. s. si vero. s. vt li. non contest. c. sicut. 7. q. j. sed Papa potest dissoluere matri. spūale, c. 2. c. pe. & fi. s. de transla. præl. ergo & carnale. Sol. non semper est bonum arg. de matrimonio spūali ad carnale, vt vidimus in c. tua. s. de sponsa. & præcipue hoc casu nostro, in quo carnale matri. est inductum de iure diuino, & de sui substantia requirit indiuiduam vnitatem: spūale est indu-
8 ctum de iure diuino & ab ecclesia, vt patet ex his quæ no. Pa. in c. postulasti. de rescrip. & Car. in cle. gratiæ. de rescrip. † Vndecimo adducitur tex. in c. sane. s. de conuer. coniug. vbi vtroq; religionem ingrediente possunt coniuges profiteri: ergo inter eos dissoluitur matri. vt monachus vel monacha, sponsus vel sponsa efficiuntur Christi, non autem sæculi, d. c. sciendum. & d. c. virginem. ergo sicut Papa illo casu dissoluit matri. ergo ita iusta cā subsistente. Sol. ibi non dr, q dissoluatur vinculum matrimonii, sed bene vouent castitatem, & mutuo consensu possunt coniuges ad hoc se ligare, c. sunt quidam. 27. q. 2. c. gaudemus. & c. quāto. j. de diuort. Duodecimo adducitur text. in c. vxoratus. & in c. cum scis. de conuer. coniug. vbi vxor pōt dare licentiam marito vt fiat monachus, & sic dissoluere matri. si hoc pōt cōuentio priuatorum, ergo multo magis Papa, qui est lex animata in terris. Sol. ibi non dr, q dissoluatur vinculum matrimonii, licet monachus fiat, & voueat castitatem. Decimotertio adducitur: nam regula est gñalis, vt quodcunq; soluit in terris, sit solutum in cęlis, c. quodcunque. 24. q. j. ergo poterit soluere hoc vinculum matrimonii. Sol. dicite vt dictum est ad primum arg. pro hac parte: & hanc partem ēt in mat. cōsummato per copulam tenuit Ia. Zoc. in c. ad dissoluendū. s. de despon. impu. motus, quia nulla vr esse rō drīæ, quare magis Papa possit dispēsare in matrimonio contracto nondū consummato, q in consummato, cum pariformiter liget vtrunque, vt hoc tex. item pariformiter vtrunq; inuentum est a Deo, c. sicut omnis. s. omnia. 32. q. 2. Nec ob. dū dr, q est drīa, quia contractum & non consummatum repræsentat vnionem, quę est inter Deum & animam, quę vnio quoq; diuiditur, s. per peccatum mortale, quod priuat animā gratia Dei, s. criminis. & s. alias. 25. dist. iō non mirū, si matri. simplr contractum potest diuidi. Quandoq; matri. aūt contractum & consummatum æquiparatur vnioni, quæ est inter Christū & ecclesiam, siue inter Christū. i. diuinitatē & humanam carnem, quam in vtero virginis suscepit: quę quidē sunt indiuidua, ex quo semel fuerunt iuncta: ideo non mirū si matri. consummatū potest diuidi: q a dicit ipse, q hæc similitudo est facta a iure positiuo: ideo pōt tolli per Papam, & eius effectus cū ipsa similitudine. nam non reperitur lege Dei facta ista similitudo, sed solū per hominē, vt notatur in d. c. debitū. s. de biga. & est
9 gl. in c. quapropter. 27. q. 2. † Sed per hoc non tollitur motiuū: nā cū reuerētia negari non potest, quin matri. de iure diuino sit magis indiuiduū qn per copulā est consummatū, q qn per sola verba est contractum: nā per copulam fiunt duo in carne vna, quæ est potissima cā quare mat. sit indiuiduū, c. verum. s. de conuers. coniu. Item tunc habet suum complementū, propter quod fuit a Deo institutum, s. ad sobolē procreandā, siue fornicationē euitandā, quæ consistunt in copula. & faciunt quæ dixi s. in rub. de spons. Præterea ex quo non reperitur dispensatum a Deo contra mat. per copulam consummatū: & tñ reperitur dispensatum contra matr. simplr contractū, d. c. verum. & d. c. ex publico. ergo ecclesia, quæ Deū imitatur, c. signasti. s. de elect. faciet & ipsa drīam inter contractum tm & con-
10 summatū per copulam. † Et hanc opi. q sit fienda drīa, tenent cōiter Doct. vñ dicite pro concordia, q aut loquimur in matrimonio per copulā consummato: & procedat prima opi. q nō possit
b Papa illud dissoluere.[b] Aut loquimur in nondū cōsummato, sed solū contracto: & procedat secūda opi. vt possit dissoluere ex magna cā. & ita tenet gl. in c. ex publico. & ibi cōiter Doc. s. de conuer. coniu. tenent cōiter hic, & tandem vr inclinare Panor. & mouetur per rōnem gl. in d. c. quapropter. Et faciunt quæ no. Io. An. licet dicat non audere ponere os in cęlum, in regula, actus legitimi. de reg. iur. in 6. in mercu. no. idē in regula, semel Deo. & qd' not. Inn. & post eū alii in c. cū ad monasteriū. s. de sta. mo. & Bal. in l. fi. C. de epis. & cle. Arch. in d. c. quapropter. & sic remanet expeditus hic artic. vtrum Papa possit dissoluere mat. contractū, vel ne.

ADDITIONES.

a ¶Non separet. Adde Spec. de coniu. in prin. c. ex publico. de conuer. coniug. Io. de Peru. in rub. ff. sol. mat. in 3. col. & adde Bal. in l. Deo nobis. in 3. col. ver. vlterius no. hic. C. de episc. & cler.

b ¶Dissoluere. An & quando Papa possit super matrimonio dispensare, vide no. & plene per D. Soc. consi. 18. incip. circa primum quæsitum. versi. circa 2. q. cū versi. seq. vsque ad fi. in j. parte, char. 54. & adde q ex consensu cuiuscunque sponsi ex potestate absoluta pōt dissoluere matrimonium nulla legitima cā subsistente. ex potestate vero ordinaria potest aliqua rationalbili causa subsistente. & per præfa. D. Soc. in d. consi. versi. nec obst. si diceretur. & quæ sit eius potentia tam super matrimonio, quàm super verbis euangelii, vide præfa. D. Soc. in d. consi. in ver. 4. principaliter. cum versi. seq. vsque ad fi.

De conditionibus appositis. *Rubrica.*

¶Ista rubrica continuatur ad præcedentes hoc ordine. Vidimus supra de spon. & de aliquibus vitiis eorum, et modis contrahendi: verum quia contrahuntur sponsalia quandoq; sub conditione, ideo subiicitur ista rubrica, de cōditionibus appositis in desponsatione. et ita sm Damas. Vel aliter sm Host. visis aliquibus impedimentis sponsalium, quia conditio impedit effectum sponsalium, c. de illis. j. eo. Ideo subiicitur hæc rub. et quia etiam alii contractus

contractus possunt fieri sub conditione, ideo ne habeat necesse facere specialem rubricam de ipsis, subiicit secundā partē rubricæ de aliis contractibus: de qua tractatur in c.2. & in c. verū. j. eo. Et differt conditio a modo, vt videbimus in c. verum. j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis apposita in matrimonio reijcitur, & valet matrimonium nō expectato implemento conditionis.*

Conditio an possit apponi in matrimonio contrahendo, & qualis vitiet matrimonium.

2 *Matrimonium quod præualeat, si Berta accipit maritum sub conditione Titium, si dederit ei centum: postea accipit Sempronium similiter sub conditione, si dederit centum: & Titius, & Sempronius eodem tempore dant centum.*

CAP. I.

a  Vicumque. aMatrimoniū ɔ̄ctū sub turpi cōditione, inuiolabiliter debet seruari reiecta cōditione. Diuiditur in duas partes. In prima ponit dubiū. In secūda decisionem. ibi, dicimus. †No. ibi, frangatur. ꝙ conditio turpis apposita in matrimonio frangitur, i. reiicitur, & valet matri. non expectato implemento conditionis, c. fi. j. eo. & hoc vult gl. quæ per hoc sit expedita. Vinc. aūt intellexit aliter tex. nostrū, ꝙ velit disponere, ꝙ matri. nō possit ɔ̄hi sub conditione: si ɔ̄ctū fuerit indistincte, reijciatur, non attēto an sit turpis vel ne cōditio. & tex. multū applaudet: sed in ɔ̄riū est tex. in c. de illis. in c. per tuas. in c. super eo. j. eod. ad quæ dantur duæ solutiones. prima, ꝙ loquātur in sponsalibus, text. noster procedat in matrimoniis. Quę solutio est ɔ̄ illa iura, maxime c. de illis. & c. super eo. sed dato ꝙ illa iura hunc intellectū paterentur, nō est rō dr̄iæ: nā rō, quare conditio reiicitur in matrimoniis, est, q a debent omnimoda libertate gaudere, & habere liberū consensum. quæ rō militat in sponsalibus, vt vidimus in ca. Gema. s̄. de spon. Alia ēt datur rō, quia actus legitimi non respiciunt conditionē, regula, actus legitimi. & maxime matri. spūale, c.2. de ele. lib.6. ergo nec carnale. Sed ista rō habet ita locū in sponsalibus, sicut ī matrimoniis: ergo &c. nā idē iudicamus de præparatorio spiritualis, quod de spūali, c. quanto. s̄. de iud. cū ibi notatis. Præterea ista rō confundit intellectū tex. nostri: nā ea attenta conditio vitiat, & non vitiatur nec reiicitur. tex. aūt noster dicit, ꝙ reiicitur conditio. Secunda est solutio, quā Do. Ant. vr̄ tacite approbare cū ea transeundo, ꝙ ɔ̄ria procedant, qn̄ matri. ɔ̄ctum est per me. sed eius resolutio confertur sub conditione, puta ɔ̄ho matr. tecū, & nisi dederis dotē, sit pro nō ɔ̄cto. hoc casu potest ɔ̄hi matri. tn̄ D. Ant. vr̄ velle, ꝙ hoc casu reiiciatur conditio. Sed Car. in distincte tenet, ꝙ talis conditio resolutiua vitiat matri. nā est ɔ̄ substantiā matrimonii, quæ est, vt sit indiuiduū, postquā semel est ɔ̄ctū: sed conditio ɔ̄ substantiā matrimonii vitiat matri. c. fi. j. eo. ergo hoc matri. vitiabitur. Vnde cōis est intellectus glo. nostræ. & per prædicta infert hic Inn. gn̄aliter, & post eū alii, ꝙ tex. noster habet locū siue in sponsalibus, siue in matrimoniis: ita regula, quæ a ɔ̄rio elicitur, s. vt qn̄ conditio non est turpis, suspendat, c. de illis. j. eo. Et ideo dicit, ꝙ si dico, accipio te in vxorem, si dederis mihi centum. datis centū statim erit matri. quia verbum accipio. est de præsenti. Et ita si dico, accipiā te in vxorē, si dederis centū. datis centū erunt sponsalia propter conceptionē verborum, quæ sonabant de futuro. & ideo infert Gasp. hic, ꝙ sola purificatio conditionis inducit matri. vel sponsalia valida, quæ sub cditione præcesserant: nec requiritur ꝙ vir de nouo cōsentiat vel mulier: nā tp̄e implementi conditionis pręsumuntur durare in primo consensu, c. a nobis. el grande. de sent. excō. l. eum qui. ff. de probat. & ideo satis dr̄ interuenisse mutuus cōsensus.

2 Infert quoq; ad notabilē quæst. Berta †accipit maritū sub conditione Titiū, si dederit ei cētū: dehinc accipit Sempronium similiter sub cōditione, puta si dederit centū: Titius & Sempronius eodē tēpore dant centū Bertæ, cuius matri. præualebit? Et vr̄ primo ꝙ præualeat matri. primū. s. ɔ̄ctū cū Titio: nā habet suam formam ab ecclesia requisitā, s. verba de præsenti, c. tuæ. s̄. de spon. habet suam substantiā, s. consensum, c. tua nos. s̄. de spon. cōcurrit cā finalis ad prolē procreandā, vel fornicationē vitandā, quia verisimile est, ꝙ propter id nupserit, 32. q.2. §. is ita. ergo validum, ex quo purificata est eius conditio: si validū, ergo secundū ɔ̄ctū cū Sēpronio non valet, c. fi. s̄. ti. j. Secundo adducitur text. noster intelligendo vt s̄. dixi, ꝙ loquatur generaliter, vt conditio in matrimonialibus habeatur pro non adiecta. sed si primū matri. cū Titio fuisset purū, non valuisset secundū cū Sēpronio: ergo nec si est conditionale, ex quo cōditio reiicitur. Tertio adducitur regula, qui potior. de reg. iur. lib.6. c. mandato. de præb. lib.6. l. quotiens. ff. de vsufr. l. si seruus cōis. ff. de stipulatione seruorū. vbi ordo & prioritas actus vel scripturę prodest. Quarto adducit text. in c. intellecto. & in c. ea te. s̄. de iureiur. vbi primū vinculū excludit secundū sibi ɔ̄riū: ergo ita primū mat. c. fi. s̄. tit. j. Quinto adducitur l. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pig. hab. l. nec emptio. ff. de ɔ̄hen. empt. l. ꝙ si pendente. ff. de pericu. & cōmo. rei vendi. l. quod dr̄. ff. de testa. mil. l. fundo legato. ff. ad l. Falc. l. si quis vxori. §. fi. ff. de furt. vbi implementū conditionis trahitur ad diē ɔ̄ctus celebrati, vt perinde habeatur ac si a principio fuisset purus: ergo ita in matri. Vltimo adducitur quod notatur in cle. j. de concess. præb. in c. tibi qui. & c. si pro te. de rescri. lib.6. vbi si duo rescripta sunt cōditionata, tn̄ attendimus quod fuit prius in data: ergo ita attendetur quod fuit matri. ɔ̄ctū prius. Solutio: ad prædicta in matri. secundo loco ɔ̄cto non procedunt argumenta: nam ɔ̄cto primo sub conditione, illa pendente non adest consensus in matri. c. de illis. & c. super eo. j. eo. & ideo potest aliā accipere per verba de præsenti, & pure, & valet. & ideo si aliā accepisset per verba de præsenti, exclusum fuisset primū matrimoniū per secundū, vt notatur in d. c. de illis. & d. c. super eo. ita ergo ɔ̄cto secundo matrimonio sub conditione, purificata cōditione istud matrimoniū censetur purū: ergo non debet excludi per primū, quod nunquā fuit verū dicere fuisse effectualiter validū, anteq̄ secundū habuerit plenū robur, cū conditio vtriusq; eodē tp̄e sit impleta. Contraria procedunt, qn̄ non est in ptāte gerentis per secundū actū tollere primū ēt conditionalē: nā si esset in ptāte sua, per secundum præiudicaretur primo, l. potior. in princi. ff. qui pot. in pig. hab. & ad tex. nostrū patet solutio ex his, quæ dixi in illo intellectu. Pro alia parte, ꝙ valebat secundū ɔ̄ctū cū Sēpronio, adducitur: nā si secundū fuisset purū, præualeret primo conditionali, nec purificatio conditionis primi aliquid operaretur. sed ita est, ꝙ æquiparatur purū & purificatū, d. l. qui potior. & d. l. ꝙ si pendente. cū præallegatis: ergo secundū purificatū excludet primū, non obst. purificatione primi. Sol. arg. pcedit, qn̄ purificatio secundi pręcessisset purificationē primi: nos loquimur, qn̄ purificationes vtriusq; concurrunt. Secūdo adducitur: nunq̄ fictio retrotrahitur in præiudicium tertii, siue actus medio tp̄e gesti, l. si indebitū. §. j. & ibi Bar. ff. rē ra. ha. l. si partē. §. fi. & ibi gl. & Ang. ff. quē ad. ser. ami. c. quāuis. & ibi no. de rescri. lib.6. sed inter primū mat. & purificationē eius ɔ̄ctū est secundū: ista purificatio non debet retrotrahi in præiudiciū secundi matr. sed inter secūdū mat. & purificationē eius nullus actus pręcessit medius: ergo eius implementū cōditionis retrotrahitur: & sic magis valebit secundū, q̄ primū. Sol. ɔ̄riū procedit in actu conditionali, a quo est licitū partibus recedere sola voluntate: nā tunc gerendo actū medio tēpore, videntur recedere a primo: & iō cōditio nō potest retrotrahi in præiudiciū huius actus validi: sed in casu nostro actus medio tēpore gestus non habuit reuocare secūdū, q a non est in ptāte partiū, nisi per fortius vinculū primū tollere: nō enim sponsalia per alia sponsalia tollūtur, vt vidimus in c. sicut. in c. si inter virū. s̄. de spon. sed in casu nostro clarū est ꝙ secundū matr. fuit conditionale vt primū: & iō nulla rō dictat, quare secūdū debet præferri primo: & sic ɔ̄ria procedūt in actu valido medio tp̄e gesto, per quē possit præiudicari primo conditionali naturaliter. Ista solutio probatur per tex. per l. potior. iuncto princ. cū §. videamus. & in l. qui balneū. ff. qui po. in pig. hab. Tertio adducitur: in his quæ pendent ex mera voluntate, stamus vltimo actui, puta in pluribus testamentis, l. si quis in prin. testa. §. posterior. ff. de leg.3. §. posteriore. Insti. qui. mo. test. infir. vel in procuratore, c. si quē. de procu. lib.6. c. non iniuste. s̄. de procur. l. si quis cū procu. §. fi. ff. de proc. sed ɔ̄cto mat. cōditionali liberū est aliud ɔ̄here: ergo præualebit vltimū. Sol. patet ex pręcedenti sol. quia non est liberū ɔ̄here aliud, vt per secundū tollatur prius, nisi secundū habeat fortius vinculum: puta quia sit de præsenti & purum. Contraria procedunt, quando liberū est ɔ̄here secundum actum, ita vt ex toto tollatur primū. Tertia est opi. ꝙ locus sit optioni, per l. viduæ. C. de nupt. quæ loquitur ante vinculū ɔ̄ctum: & sic nihil in proposito, per gl. in c. in nostra. s̄. de testi. quæ cōiter reprobatur, per notata in c. j. j. de iudæis. & in c. duobus. de iu. lib.6. quæ loquuntur in his, in quibus per optionē, & gratificationē tollit̄ vitiū, siue impedimētū. sed in casu nr̄o non sic est, q a in optione legati non debet quis alteri se ligare matri. Itē facit l. si quis in graui. §. si cū oēs. ff. ad sill. vbi qn̄ quis habet plures dominos, & oēs non pōt adiuuare, sed vnū tm̄, locus est gratificationi. & faciunt no. in c. fi. s̄. de postu. Sol. ɔ̄riū procedit in his, in quibus

ADDITIO.

a ¶Quicumque. Ad hunc tex. adde l. quotiens. de cond. & demonst. & Alex. in cō sil. 8.4. par. & de his conditionibus in matrimonio appositis vide Spec. in tit. de condit. appos.

quibus potest causari obligatio cũ pluribus: licet causaliter eodem momento non possit oibus præstare, quod debet. Nos loquimur in matri. in quo quis non potest obligari pluribus, sed vni tm, c. gaudemus. š. de diuor. Quarta est opi. & cõis, quia eã tenet Gasp. Cal. & Iaco. Zochus, ꝙ neutrũ valeat ratione incertitudinis, l. si fuerit. in simili. ff. de re. du. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tu. c. ad hæc. š. de rescr. c. tibi qui. de rescr. li. 6. gl. iuncta in ver. certo. & faciũt quæ vidimus in c. ex literis. el 2. š. de spon. vbi cõiter cõcluditur, ꝙ incertitudo vitiat mat. facit ẽt, quia in dubiis tutior via est eligenda, c. iuuenis. š. de spon. & ideo dicemus non ligatũ. facit ẽt, quia eodẽ tpe quis non potest capere duas vxores non solum ex interuallo, c. quo. 31. q. j. & ibi gl. Io. sed in casu isto purificatur conditio vtriusq; mat. eodẽ tpe, & ɔ̃ctus conditionalis suscipit robur ab implemento, l. cedere diẽ. ff. de verb. sig. & sic perinde esset, ac si eodẽ tpe cũ duobus ɔ̃heret: ergo neutrum valebit, nec contractum cum Titio, nec ɔ̃ctum cum Sempronio.

SVMMARIVM.

1 *Manumissio potest fieri sub conditione resolutiua libertatis.*
2 *Seruus manumissus sub conditione, vt fiat monachus, & ibi perseueret, alias in seruitutem redeat: si profiteatur manumissus & postea exeat monasterium, non reincidit in seruitutem, sed cogitur permanere in monasterio.*
3 *Libertas an sit res spiritualis.*
4 *Seruus manumissus ad hoc vt redeat in seruitutem, requiritur quòd verba apponantur expresse resolutiua libertatis datę in defectum conditionis.*
Seruus manumissus sub conditione ingrediendi monasterium, an statim acceptando libertatem videatur profiteri.
5 *Seruus manumissus sub conditione, vt fiat monachus in tali monasterio: ipse tamen effectus monachus potest transire ad arctius monasterium.*

CAP. II.

7 †In ea. gl. ibi, c. tantū. gl. bene loquitur: sed notate id, quod incidenter dixit gl. ꝙ purificatio conditionis, vt sic fictio, non retrotrahitur in præiudicium eorum, quæ sunt medio t̄pe gesta. facit quod no. Bal. in l. si indebitum. §. j. ff. rem ra. habe. & glo. & Ang. in l. si partem. §. j. ff. quemad. ser. amit. faciūt no. in c. q̄uis. de rescr. li. 6. Et quo ad principium q̄onis gl. non ob. l. potior. quia ibi loquit in eo, qui erat obligatus sub cōditione, nec in sua p̄tate erat cum alio ɔhendo se liberare a prima obligatione: vñ non mirum si purificatio ɔditionis illius primæ obligationis postea superueniēs habet operari in præiudicium scđæ obligationis medio t̄pe ɔctæ: secus est in casu nostro, i. in matri. quia matrimoniū ɔdōnale, pendente condōne non impedit, quin ɔhatur matri. de p̄nti cum alia, & illud sit validum: nō tanq̃ firmum p̄sertur primo, per no. in c. si inter. s. de spon. vñ nō mirum, si purificatio ɔdōnis postea interueniens non nocet scđo puro, cū per scđm videatur a primo recessisse. Non ob. c. fraternitatis. j. de frig. & male. q̃a loquitur in matri. valido, sed de eius validitate videbatur dubium ꝑꝑ apparens verisiſe impedimētū frigiditatis, vel ihabilitatis, q̃a mulier videbat nimis arcta, impedimētū detectū est nō esse ꝑpetuū, sed tolli posse alio a p̄iente claustra. & iō primū mat. valet, & nō scđm.

8 In ea. gl. ad finē hētis ex gl. ꝙ† m̄ri. ɔctū sub ɔdōne oino exitura, puta si Antichr̄s veniet: vel si dies crastina lucescet: si pēdēte ɔdōne ɔhatur cū alia, vr̄ recessum a primo mat. & valet scđm. & sequit hic Io. An. sed do. Ant. simpl̄r referendo Car. hic tenet ɔriū, quia condō oino exitura, cuius dies est incertus, non hēt suspendere actum, nec proprie est ɔdō, l. hæres meus: ff. de condi. & demō. l. qđ si sub ɔdōne. allegata in gl. ergo mat. sub tali ɔditione ɔctum habetur pro puro, & sic secundū non valebit. Hic non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones appositæ in actu contra substātiam ipsius actus, an vitient actū.*
2 *Matrimonium cōtractum sub conditione, si generationem prolis euitauerit, non valet: posset tamen in mente tacite proponi de prole non suscipienda, & copula non contrahenda, & valeret matri.*
3 *Matri. contractum sub conditione, vt posit alium accipere, non valet.*
4 *Matrimonium contractum sub conditione, si tradas te adulterandam, non valet.*
5 *Conditio turpis vel impossibilis quæ non est contra substantiam matrimonii, non vitiat matrimonium.*
6 *Papa an possit dispensare, vt vnus fidelis acciperet infidelem vxorem, vel econtra.*
7 *Continentia non est de substantia ordinis diaconalis, sed accidentaliter est ordini annexa.*
8 *Professio facta per ingredientem religionem sub conditione, vel protestatione quòd*

ne quòd possit habere proprium, vel contrahere matrimonium, an valeat.
9 *Dedicans se & sua alicui ecclesiæ seculari cum quibusdam reseruationibus bonorum, an vitietur dedicatio sui, an vero reseruationes.*
10 *Relictum vel donatio facta monacho sub conditione, vt monasterio suo nullum ius quæratur, an valeat.*
11 *Conditio impossibilis in alijs actibus a matri. an vitiet, an vero vitietur.*

CAP. VII.

SI conditiones.[a] Si in ꝯtractũ matrimonii turpis vel impossibilis cõditio apponitur, hr̃ pro non adiecta, nisi sit ꝯ̃ subſtãtiam coniugii, quia tunc vitiat ꝯtractũ. h.d. Diuiditur in duas partes. Primo ponit dictum. Secundo ibi, licet alẽs. remouet ꝯ̃trarium.
1 No. ibi, ꝯ̃ substãtiam. ꝙ † conditiones appositæ in actu ꝯ̃ substãtiam ipsi⁹ actus vitiant actum, non autẽ vitiantur vel reiiciuntur. & idẽo ita vidimus in matrimo. facit c. detrahe. j. q. j. & facit l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. & idẽo dixit d. Ant. hic esse casum, ꝙ protestatio detrahens parti substãtiali actus, vitiat actum: nam pars substãtialis matrimonii est vnum ex istis tribus bonis, vel fides, vel proles, vel sacrãm, c. omnẽ. 27. q. 2. itaq; si conditio apponatur detrahens vni ex istis, vitiat matrimonium. quod tñ intelligit hic Hosti. verum, si ambo ꝯ̃trahentes consentiant: secus si alter tm̃ protestaretur, & alter non consentiret expresse, sed taceret: quia tunc valeret matrimonium, & protestatio vel conditio reiiceretur, c. aliqñ. 32. q. 2. & est rõ: nam protestatio hmõi, vel conditio vitiat actum, quia partes agendo detrahere substãtiam actus, non vñr consentire in actum: sed istud cessat, qñ vnus solus agit detrahere, & alius non exprimit: nam tunc descendẽdo postea ad actum, qui perficitur mutuo consensu, & copulam consummando in matrimonium, ex quo vtraq; pars non consentit turpitudini ꝯ̃ substãtiam actus, vr̃ recessum a conditione vel protestatione. & idẽo dicit hic Hosti. & cõiter approbatur, & voluit do. Ant. in mã protestationis, & ibi Panorm. in c. cum M. Ferrarien. s̃. de consti. ꝙ cautæ debent esse mulieres: & hoc debet publicari crebro. vt qñ viri, vt aliciãt eas ad copulam, ostendunt velle ꝯ̃trahere matrimonium, & apponunt hmõi conditionem ꝯ̃ substãtiam matrimonii, ꝙ taceant, & nihil rñdeant, quia secuta copula erit matrimonium. Limitat quoq; secundo loco Card. hic tex. nostrum non procedere, qñ ista conditio vel protestatio apponeretur post celebratum actum: nam tunc non est in ptãte partium facere vt actus non sit, & velle detrahere substãtiæ matrimonii, c. dixit. 32. q. 2. & c. ex lr̃is. j̃. de diuor. vbi de copula adulterina, ꝙ non dissoluit matrimonium, cap. j. s̃. de spon. duo. & c. licet. eo. tit. vbi no. ꝙ ex nouo consensu in aliam mulierem non dissoluit primum matri. c. nuptiarum. 27. q. j. & §. his ita. ea. cã. qõ. 2. vbi de prole, ꝙ ex defectu prolis non soluitur
2 matri. † Secundo nota ibi, gñatio prolis. ꝙ matri. ꝯtractum sub conditione, si prolis gñationem euitauerit. non valet: & est rõ, quia proles est vnum de substãtialibus matrimonii: quia ad hoc nubunt, vt filios suscipiant, c. fi. j̃. de frigi. & malefic. & per totum: tñ licet expresse hoc nõ possit agi, posset tñ in mẽte tacite ꝓponi de ꝓle non suscipienda, & copula non ꝯ̃trahenda, & valeret matrim. c.
3 commissum. & ibi vidimus, & in rubri. s̃. de spon. † Tertio no. ibi, donec inueniam. ꝙ matrim. ꝯtractum sub conditione, vt possit alium accipere, non valet: quia hoc est ꝯ̃ sacrãm coniugii, de cuius nã est, vt sit indiuiduum, vt dixi in rub. s̃. de spon. Sed notate tex. ibi, donec inueniam. ꝙ sicut non posset ꝯ̃trahi matri. sub conditione suspensiua, quæ sit ꝯ̃ substãtiam matri. & ꝯ̃tractum non valet, ita nec ꝯ̃trahi põt, nec ꝯ̃tractum valet sub conditione resolutiua vt hic: ꝯ̃traho tecum, donec inueniam aliam. istud, donec. præsupponit ꝙ interim valet matri. sed alia inuenta, resoluatur. ita. Panorm. hic.
4 Quarto no. ibi, adulterandam. ꝙ † non valet matri. sub cõditione, si adulterandam te præbueris. quia ista conditio est ꝯ̃ bonum fidei coniugalis: quod est, vt cum alia vel alio non commisceanẽ, d. c. dixit. & c. ex lr̃is. sed intelligendo istum tex. ibi, si pro quæstu adulterandam. ad id quod dictum est in tex. vt aliam possit accipere: habetis hic casum qõnis, quem dixit Card. se vidisse de facto. Quidã philo captus de vna puella, tñ dubitans ne committeret adulterium cum alio, vt magis præcaueret sibi accepit eam in vxorem hoc mõ, ꝙ si adulterandam se præberet alicui, ꝙ posset aliam accipere[b]. an valet hoc matri. & habetis casum ꝙ non, quia hæc cõditio est ꝯ̃ bonum matri. i. sacrãm, quod debet esse indiuisibile: idẽo dicit idem Car. post alios, ꝙ licet exemplariter ponantur hic tria exempla tm̃, tñ rl̃a tex. nostri sit gñalis, ꝙ conditiones ꝯ̃ substãtiam matri. in ꝯ̃trahendo appositæ vitiant matri. Quinto
5 no. ibi, fauorabilis. ꝙ cã matri. debet esse fauorabilis. Faciunt no. in c. fi. s̃. de re iud. Sexto not. ibi, conditiones appositę. ꝙ cõditiones turpes vel impossibiles, quæ non sunt ꝯ̃ substãtialia matri. non vitiant matri. sed vitiantur, i. quia reiiciuntur, & hñr pro nõ adiectis fauore matri. Faciunt quæ videbimus in gl. & sic habetis ꝙ quo ad hoc æquiparantur conditio turpis aut impossibilis. Glo. in verbo, coniugii. diuiditur in sex partes. Primo ponit, vñ sumpta est ista decretalis. In secunda magistraliter ponit, quæ conditiones vitiant matri. & quæ suspendant. Tertio rõnem assignat ad tex. in j. rñ. Quarto formatur vnum ꝯ̃trarium. Quinto aliud. Sexto quærit & rñdet. secunda ibi, no. ergo ꝙ quędam &c. tertia ibi, & sic vr̃ ꝙ oĩs &c. quarta ibi, sed ꝯ̃. quinta ibi, argumẽtum tenet contra. vltima ibi, item quid si quis. In ea. gl. ibi, c. inter corporalia. no. gl. ꝙ dr̃ de substãtia actus, sine quo actus non põt stare: & eꝯ̃ id non dr̃ de substãtia, sine quo actus põt stare. & ita hic Car. & Panor. & cõiter alii. facit quod no. Bal. in l. j. ff. de lib. & posth. quòd
6 no. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. † In ea. glo. ibi, c. non oportet. no. ꝙ licet inter infideles sit dare matri. c. quãto. & c. gaudemus. j̃. de diuor. tñ inter vnum fidelem & infidelem non est dare matri. quia est prohibitum. Dicit tñ hic Gasp. Cald. quod ex magna causa Papa posset dispẽsare, vt vnus fidelis acciperet infidelem vxorem vel eꝯ̃: puta ꝙ vna Regina vel alia fidelis & apta ad conuertẽdum virum ad fidem, acciperet hunc immanissimum Machometum Turchorum regem, vt illum conuerteret ad fidem: & assignat rationem, quia hæc prohibitio est de iure positiuo. Cardin. dicit hic, ꝙ non credit Papam posse dispensare, & istam prohibitionem habere originem a iure diuino, dum in testamẽto veteri prohibeantur habere uxores alienigenas. Aliud habetis ex gl. quòd Christianus non põt capere hæreticam in uxorẽ. quod ur̃ ꝯ̃ c. decreuit. de hęreticis. in 6. ubi bene punitur, sed tamen non annullatur matri. & gl. tenet contrarium in c. nõ oportet. hic allegato. unde Spec. in tit. de diuortiis. in prin. & communiter Doct. hic distinguunt, quòd aut capimus nomen hæretici proprie pro Christiano baptizato ad hæresim prolapso: & tunc procedat secunda opinio. Aut capimus large pro hæretico, i. infideli: & tunc procedat prima opinio primæ gl. nostræ. In ea. glo. ibi, & matri. tenet: & sic in fi. secundæ partis: breui compendio dicite, quæ conditiones sint permissæ in matri. & quid operentur. Quædam sunt conditiones necessariæ: quædam accidẽtales. Necessariæ ideo dicuntur, quia sine eis actus stare non potest: puta Christianus contrahit matri. cum iudæa sub conditione, si baptizabitur: ualet matri. isto casu, ut hac gl. & d. c. non oportet. & suspendetur usq; ad euentum conditionis. Accidentales sunt quandoq; turpes, quandoq; honestæ. si turpes, & sic distinguite, ut in tex. quia aut sunt contra substantiam matri. ut uitiatur matri. utroque expresse consentiente: si alter tm̃ cõsentiret & alter taceret, ualeret matri. & censeretur recessum a cõditione turpi, uel contradictum: ita Inn. Host. & cõiter alii hic. faciunt, quæ dixi in tex. & sic gñaliter fauore matrimonii tacens apposita conditione turpi ꝯ̃ substantiale matri. per adulterium, habetur pro contradicẽte. quod no. ad limitationem notatorum in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & in regula, qui tacet. in 6. & in c. nõne. de præsumptio. Si uero conditiones non sunt ꝯ̃ substantiam matri. sed alio modo turpes: & tunc reiiciuntur, nec uitiant, ut hic in fi. Honestæ autem conditiones si impossibiles fuerint, reiiciũtur, ut hoc tex. sin autem possibiles: & tunc aut sunt de præsenti, uel præterito: non suspendunt matri. l. cum ad præsens. ff. si cer. pet. si sunt de futuro, suspendunt, c. de illis. c. super eo. s̃. eo. nisi essent conditiones mutuo extituræ, de quibus dixi in c. per tuas. in fi. s̃. eo. In ea. gl. ibi, ut hic patet. bene loquitur, & declarate ut dixi in tex. circa rationem, quare istæ conditiones uitiant matri. de quibus in primo responso tex. In ea. glo. in fi. quartæ partis quo ad contrarium c. 2. 10. q. j. dicite secundum Ioan. And. & alios, quòd ibi protestatio, siue conditio non opponebatur contra substantiam actus, sed proposito actu pro firmo opponebatur contra consecutiuum ex actu, quod ex iuris necessitate sequebatur. nam ibi donabat quis bona ecclesiæ sub hac conditione, ut non esset sub potestate episcopi. istud quòd sint bona ecclesiæ sub potestatę episcopi, uel non, non est substantiale donationis: sed bene sequitur post donationem de necessitate. si enim donatio ualuit, bona fuerunt ecclesiæ statim, & ideo consequenter efficiuntur sub potestate episcopi: unde non mirum, si talis conditio uitiat, & non reiiciatur, quia reiecta conditione ualebit. & est ratio differentiæ, quia plus interficit actum conditio, quæ tendit contra substantiam actus, cum non possit stare actus sine substantia, quàm illa, quæ tendit contra consecutiuum ex actu, postquam actus ex sua substãtia est perfectus. nec debet esse in ptãte

partium

ADDITIONES.

a ¶Si conditiones. Ad materiam huius c. adde l. nuptias. de reg. iur. & Spe. de condi. appo. & Bar. in l. j. in fi. ff. de cond. insti. & gl. in l. sufficit. de sponsa.

b ¶Accipe. Sed quid an valet matrimonium sub hac conditione, si te virginem inuenero. vide per Spe. in ti. de condi. appo. & gl. in l. sufficit. de iur. dot.

partium facere actũ perfectum, & sine suo iuris effectu. facit gl.
7 in cle. gratiæ. de rescr. †In ea. gl. in fi. 5. partis, quo ad ɔ̃rium c. diaconi. dicite ꝙ gl. male intelligit illum tex. nam continentia non est de sub̃a ordinis diaconalis, sed accidẽtaliter est ordini annexa, c. j. & ij. & per totum. 32. dist. c. j. & per totum. 38. dis. quia ordo bene de se pōt in esse produci sine promissione continentiæ, vt patet in ecclesia orientali: ꝙ aũt debeant cõtinere, est postea inductũ iure positiuo. Vñ dicite, ꝙ non ob. d. c. diaconi. quia ibi ꝑtestatio, vel conditio neq; apponitur ɔ̃ sub̃am actus, sed ɔ̃ accidẽtale actus ex iuris dispositione illi annexum: iō nō vitiat actũ, i. ordinis susceptionem, sed vitiatur. Et sic habetis ẜm hanc solu. quam tenent hic cõiter Doct. maxime d. Ant. Car. & Panor. ꝙ si clericus tp̃e, quo ordinatur in diaconum, protestatur ꝙ vult posse vxorem accipere, & ep̃s consentiat, vel ordines sub hac cõditione accipiat, valet ordinatio, & reiicitur protestatio vel conditio, & sic vxorem capere non posset, d. c. diaconi. & hunc intellectum ad illum tex. dat ẽt ibi Arch. faciunt quę videbimus in c. j. j. eo. ti. tñ D. Ant. in c. cum M. Ferrarien. in mã protestationis, s̃. de const. alle. illum tex. in c. diaconi. & intelligit, ꝙ ibi matrimoniũ valuisset vigore protestationis. sed ibi reprobat a Panor. & hic
8 ipsemet tenet ɔ̃rium. †In ea. gl. in fi. habetis ex gl. articulum, nũquid valet professio facta per ingredientem religionem sub cõditione vel protestatione, ita ꝙ possit retinere proprium, vel vti matrimonio. gl. vr̃ inclinare ꝙ vitietur professio. & hanc opi. tenuit Hugu. in c. nunc aũt. 19. q. vi. & in c. insinuante. licet non bene firmetur in c. j. tenuit gl. in c. 2. & in c. ad monasteriũ. s̃. de sta. mon. Rofre. in sum. de reg. ver. quid si aliquis. tenuit Car. & Pan. hic, mouentur per tex. in c. dudum. s̃. de con. coniu. vbi ponderatur ista protestatio facta per monachũ, ꝙ possit habere propriũ: & dr̃ postea in decisione ꝙ est monachus, quia pure postea professus est: ergo si perseuerasset in protestatione conditionali, nõ valuisset professio. Item adducitur tex. nr̃ iuncto d. c. cũ ad monasterium. in fi. vbi dr̃, ꝙ ista tria sunt sub̃alia professionis: Obediẽtia, paupertas, &
a castitas. [a] ergo oĩs conditio ɔ̃ alterum ex istis tã quam ɔ̃ sub̃ale vitiabit actum, vt hic tex. Item adducitur: nam dicimus in matrimonio, ꝙ propterea vitiatur per conditionem appositam, quæ sit ɔ̃ sub̃am eius, quia mutuo cõsensu vñr nolle ɔ̃here matrimonium, vt dixi in tex. ista rō militat in professione, qm̃ in ea debet concurrere mutuus consensus & monachi profitentis, & monasterii recipientis siue abbatis, c. ad audientiam. c. porrectum. & ibi no. s̃. de regu. ergo cum vterq; consentiat in conditione ɔ̃ sub̃am actus, non vñr velle celebrare actum. Præterea Deus non vult coactum militem, sed voluntarium, 15. q. j. c. merito. sed clarum est, ꝙ iste non consensit abdicare propriũ, vel non cõsensit in castitate, vt patet ex protestatione: ergo &c. & hanc opi. tenet Pau. de Elea. in cle. eos. de rl̃a. Secunda est opi. quam hic refert gl. nostra, dum dicit, alii ɔ̃dicunt, ꝙ valeat professio: & sic ɔ̃dictio, vel protestatio reiiciatur. & hanc tenet gl. in c. solet. 32. q. 2. tenet Inn. in c. insinuante. licet alternatiue loquatur, & ibi firmat Host. Vin. & Gof. s̃. ti. j. & Inn. in c. j. s̃. eo. tenent Io. An. & do. Ant. hic, tenet gl. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. pro ista opi. Io. An. hic facit maximam drĩam inter matrimonium & professionem: nam matrimonium dirigitur in hominem principaliter, licet secundario in Deum: professio eɔ̃. Item matrimonium habet mutuam obligationem, quia vir promittit vxori & vxor marito. Professio aũt tm̃ habet promissionem ex parte monachi: nec abbas sibi aliquid promittit. & licet abbas recipiat ꝓfessionem, potius recipit vice Dei q̃ hoĩs: & iō non debet abbas posse consentiendo professioni conditionali facere deteriorem conditionem Dei, cui iste obligatur principaliter. & satis vr̃ cõsentire, ex quo scit se apponere conditionem a iure reprobatã, c. facit homo. 32. q. j. & per hoc si ponderabitis, tolluntur oĩa motiua ɔ̃ria. vñ infert, ꝙ licet conditio ɔ̃ sub̃am matrimonii vitiet matrimonium, non tñ sequitur, ergo vitiabit professionem: quia ad tollendã ɔ̃ñam sufficit dare instãtiam, c. sicut vrgenti. j. q. j. sed in matrimonio subest æquitas, vt vitiari valeat, postq̃ vterq; consentit in conditione, & pōt suo actu præiudicare: in professione secus est, quia interuenit consensus monachi in conditione, sed non Dei, cum quo ɔ̃hebatur: nec ẽt obst. Panor. instat, ꝙ imo abbas potuit hoc casu præiudicare consentiendo Deo: quia monachus hẽt abbatẽ vice Dei s̃. caput, c. si religiosus. de elect. lib. 6. vł saltem negari non pōt, quin dicatur seruus Dei ipse abbas, quia oẽs monachi sunt Dei, c. vnico. s̃. de sindi. sed ita est, ꝙ seruus vel procurator in q̃rendis posset præiudicare dño, licet nõ in quæsitis. l. fi. C. de acq. pos. ẽt abbas vel prælatus præiudicat in quærendis ecclesiæ, c. tua. s̃. de his q̃ fi. a præl. & dixi in c. verũ. s̃. eo. & tñ bona ecclesiæ sunt Xpi, c. cũ ex eo. de elec. in 6. no. Inn. in c. cum super. s̃. de cã po. & proprie. & sic per indirectũ patet, ꝙ p̃iudicat prælatus Xp̃o, dũ renunciat q̃rendis: ergo ɔ̃cludebat ipse, & fuit fundamentũ Car. poterit abbas in hoc p̃iudicare Xp̃o, quia pōt rñderi, ꝙ ɔ̃ria procedũt in aliis rebus, q̃ in aĩabus hoĩum. hic. n. tractatur de q̃renda aĩa ad salutẽ: vñ cũ aĩæ cũctis rebus sint ꝑponendæ, c. præcipimus. 12. q. j. l. sancimus. C. de sacros. eccl. iō nō est bonum arguere de tp̃alibus admittendis ad amissionem aĩarũ, vel de tp̃alibus non q̃rendis ad aĩas sitr̃ non quærẽdas: vel aliter in his, in quibus prelatus p̃iudicat ecclesiæ, datur tñ actio ɔ̃ ꝓlatum & hæredes eius ipsi ecclesiæ, c. ex p̃ntium. ibi gl. s̃. de pig. & ita si quærendis renũciat, tenetur de suo prælatus satisfacere. & vult Fed. de Se. in ɔ̃si. 9. qđ allegaui in c. verũ. s̃. e. sed ita qñ res nõ recipit æstimationẽ, ita ꝙ fit ɔ̃sultũ ecclesiæ ꝑ actionẽ ad æstimationem, dẽt illæsa seruari. ita est glo. cõiter approbata in c. cũ venisset. in ver. restituimus. s̃. de in inte. re. in c. corã. s̃. de off. del. sed in casu nr̃o si abbas ɔ̃sentit professioni ɔ̃ditionali, præiudicauit Deo in quærenda aĩa, quæ non capit æstimationes: debuit. n. non ɔ̃sentire. ergo cũ non possit esse ɔ̃sultum Deo æstimatione huius aĩæ, debebit illæsus seruari, & sic valebit professio. & pro ista opi. adducit Io. An. in d. c. diaconi. 28. dis. allegatum in gl. vbi diaconus in manibus ep̃i tp̃e suæ ordinationis protestatus fuit, ꝙ non poterat continere, & petebat posse vxorem accipere, & ep̃s ɔ̃sensit: talis protestatio tñ non valet, ordinatio remanet valida. ergo ita in monacho profitente reseruato sibi proprio, vel cum protestatione ꝙ nō pōt ɔ̃tinere, nec vult, si abb. ɔ̃sentiat, valebit professio, & protestatio reiicietur vel ɔ̃ditio. Nec obst. si dicatur, ꝙ rō drĩæ apparet ex his, q̃ dicta sunt in 5. parte gl. circa solutionem ɔ̃rii de d. c. diaconi. quia rñdet Io. an. ꝙ eadem rō est in professione. nã est inuẽtum a prin. & ex iure diuino, ꝙ sint monachi, nec eo iure inuentũ est, vt profiteant̃ ista tria sub̃alia. Ista postea inuenta sunt de iure positiuo, vñ non est tanta rō, quare ista videantur ɔ̃ sub̃am actus, q̃ta est in matrimonio, quia illud habuit suam sub̃am a iure diuino: & tunc cũ fuerit inuẽtum, in esse productũ est cũ illis tribus sub̃alibus: & iō magis est odium illorum, qui volunt euacuare sub̃alia matrimonii: vñ priuantur eius ɔ̃modo, vt non sit matrimonium. secus in his, qui euacuant sub̃alia professionis, quia non tm̃ peccant, quia non veniunt ɔ̃ ius diuinum: & iō nō euacuatur eius effectus. sed sicut ɔ̃ditio impossibilis de iure reiicitur vt hic, & c. faciat. 22. q. j. iuncta gl. ibi, ita ista ɔ̃ditio, quasi potius sit impossibilis de iure, reiicietur. ita est de mente Io. An. Tertia est opi. gl. distinguẽtis in l. ꝑ seruũ. §. denique. ff. de vsu & ha. Aut incontinẽti in professione apponit hæc ɔ̃dō vel protestatio, & vitiatur ingressus. Aut ex interuallo: & tũc ex quo fuit semel validus ingressus, vitiat̃ ɔ̃dō vel ꝓtestatio. Bart. in auth. ingressi. dedit quartã opi. ꝙ aut monachus vult sibi aliq̃d reseruare in ꝓprietate, & plenum dñium, & non pōt, quia est ɔ̃ sub̃am rl̃æ, d. auth. ingressi. & d. c. cũ ad monasteriũ. in fi. non vitiatur ingressus, qñ fit cũ sola reseruatione, sed vitiat̃ reseruatio. secus si fiat sub ɔ̃dōne, quia ɔ̃dō remouet ɔ̃sensum ab actu. iō si fuit sub ɔ̃dōne professio, & si & inq̃tũ liceret ꝓfitenti retinere propriũ, non ualet ꝓfessio. & ita gl. in d. auth. ingressi. Aut uult reseruare in administratione & usu ipsorũ bonorũ: & tũc sicut abbas ex postfacto ipsi monacho certa bona in priuatã administrationẽ assignaret, uł peculiũ, c. 2. s̃. de sta. mo. ita monachus sua ꝓtestatione uel ɔ̃dōnis appositione pōt hoc reseruare, maxime interueniẽte ɔ̃sensu abbatis in ꝓfessione: iō ualet ꝓfessio. Aut sumus in dubio, quo aĩo monachus sibi reseruauerit: & tũc interpretabit̃ ut act⁹ ualeat potius q̃ p̃eat, c. abbate. j. de uer. sig. & sic ꝙ uoluerit reseruare administrationẽ. do. Ant. hic reprehẽdit Bar. & monet Legistas, ne ponãt falcẽ ĩ messem alienã: nã plurimũ errauit Bar. dũ ɔ̃siderauit, ꝙ si monachus hẽt peculiũ de permissu abba. nõ est ɔ̃ sub̃ale rl̃æ: & ita infert, si hẽt ex sua protestatione reseruatum: nam magna est drĩa in istis. Si. n. hẽt peculium ab abbate, illo pōt ad nutum priuari, uel illa administratione, d. c. 2. sed hoc iste agit habere ius perpetuum administrãdi: & sic non reuocabile nutu abbatis: ergo cũ mona. ẽt uoluntatẽ nõ habeat propriũ, c. non dicatis. 12. q. j. non habebit ẽt hoc ius proprium administrandi: ergo hęc protestatio nõ ualebit. & si dicatur, ꝙ intelligetur protestatio, ut reseruet sibi administrationem ad nutũ abbatis remouibilem, cũ talis ꝓtestatio exprimatur eo mō quo inest, nihil oꝑabit quo ad hoc, ut iste possit retinere administrationẽ ex suo facto, nisi quatenus cõcedat ab abbate, uel permittatur, d. c. 2. & no. in c. cũ singula. in prin. de præben. in 6. Nec obst. si dicatur, imo pōt monachus habere administrationẽ peculii

ADDITIO.

a ¶Et castitas. Adde 20. q. j. vidua. & de regu. c. porrectum. & e. ex parte. & d. c. ad monasterium. in fi. alleg. in tex. de sta. mon. & do. Co. de Perusio, in cons. Quædam mulier nouum ti. &c. Car. in clem. j. §. sane. de stat. mon.

pecul ii non remouibilem ad nutum abbatis: puta de consensu
Papæ, vt no. in d.c.cũ singula. per Io. An. & Gemi. ergo non est ɔ̃
substantiam monachationis habere administrationem non re-
mouibilem ad nutum abbatis. Nam si esset ɔ̃ substantiam, non
posset Papa dispensare, vel saltem non deberet dispensare, nisi
ex magna cã, vt no. Inn. in d.c.cũ ad monasterium. in fi. Nam rñ-
det hic d. Ant. ꝙ hoc casu Papa succedit loco abbatis. & dr̃ satis
remouibilis administratio ad nutum abbatis, quia est remouibi
lis ad nutum Papæ, qui loco abbatis succedit. nec est absonum,
vt ex quo Papa hanc administrationem huic concessit, videatur
factus monachus Papæ, & abbas non possit se de illa impedire,
sed Papa sit loco abbatis, iuxta gl. in sisi in c.j.s̃. de confir. vti. &
ibi no. faciunt no. in c. vt nostrum. s̃. de app. vñ dicit do. Anto. in
hoc arctius per singula membra discurrendo, esse expeditum, ꝙ
monachus nõ possit sibi reseruare aliquid proprii, vel perpetuã
administrationem. Nam aut volumus intelligere, ꝙ fecerit hãc
reseruationem sub modo, puta profiteor, vt tñ mihi liceat habe
re proprium: & valet professio, quia modus non impedit validi-
tatem actus, sed impletur ex postfacto, vt no. s̃. eo. in c. verum. &
ideo cũ iste modus de iure sit impossibilis, non valet, nec erit im
plendus. no. in l. si militem. C. de condi. ob cau. in c. faciat. 22. q. j.
Aut professio fit reseruato proprio in viam causæ: puta, quia vo-
lo proprium retinere: & tunc quia fit cã professionis, nõ est ita,
sed dirigitur in Deum, & fit zelo Dei, c. licet. s̃. de reg. valet pro-
fessio: & postea cã tanq̃ impossibilis de iure reiicitur, & vana cẽ
setur. faciunt no. in l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demon. &
quæ dixi in c. verum. s̃. e. Aut reseruatio proprii fit in viam con-
ditionis: & tunc si fit ex interuallo post professionem, ex quo ꝓ-
fessio fuit valida, nõ põt postea monachus ab ea velle recedere,
nec nouam cõditionem apponere, d. l. per seruum. & ibi gl. Aut
fit incontinenti: & tũc ſm do. Ant. valet professio, & reiicitur re-
seruatio per fundamenta s̃. in opi. Io. An. quæ fuit secunda facta.
Fatetur tñ, ꝙ si quis nollet ingredi religionem, sed in domo sua
profiteri certum modũ viuendi, ꝙ isto casu posset per conditio-
nem appositam vel protestationem proprium sibi reseruare, &
in aliis profiteri ea quæ profitentur religiosi, vel ẽt reseruare si-
bi vt non teneatur continere: nã iste proprie nõ est monachus,
iõ ad oĩa substantialia rłæ non obligatur: vñ põt reseruare quod
vult. Si aũt hoc vellet facere intrando religionem, non posset ꝑ
prædicta, & ne detur mã scandali aliis. Sed † quæro de notabili q.
quam ponit Pau. de Cas. suo consi. 205. inci. In Christi noĩe amẽ,
visa quadam. Loth. dedicauit se & sua ecclesiæ sancti Marci de
Florentia seculari, cum quibusdam reseruationibus bonorum:
an vitietur dedicatio sui, an vero reseruationes? & concludit di-
cendum, ꝙ obstantibus dictis reseruationibus præfati Lotharii
non sit professus: sic eius bona non possint occupari, si pacta nõ
fuerint sibi seruata. pro cuius euidentia notandum, ꝙ distinctio
nes, quæ fiunt in dictis iuribus s̃. alleg. procedunt. & locũ habẽt,
qñ constat de intentione, ꝙ quis noluit profiteri pure, vel sub ɔ-
ditione, si reseruationes valent: tunc. n. aut reseruatio est ɔ̃ origi
nalem nãm, seu substantiam professionis: puta ꝙ non teneatur
ad obedientiam, vel castitatem: & tunc est distinguendum. Aut
fit reseruatio per modum conditionis, & vitiatur professio vt
hic: Aut per viam modi, vel conuentionis: & tunc ɔ̃ non vitiatur
professio, sed modus vel conuentio, vt not. in d. l. per seruum. ff.
de vsu & hab. si vero non sit ɔ̃ originalem naturam vel substan-
tiam, vt est de retentione bonorum: & tunc indistincte vitiatur
reseruatio, & non professio, ſm modernos Doct. seq. Io. An. hic.
Sed interdum non constat clare de intentione, quia voluerit ꝓ-
fiteri, vt cũ quis dicat se, vel faciat se cõuersum alicuius ecc. nam
isti actus sunt indifferentes, & ita cadunt in non profitentem, si-
cut in profitentẽ: quod patet, quia cadunt in eccl. seculari, in qua
non est dare professionem, vt no. in d. auth. ingressi. & c. vt lex ɔ-
tinentiæ. 27. q. j. & tunc oportet agi per coniecturas, ar. l. si seruus
plurium. §. fi. ff. de leg. j. coniectura aũt vna ponitur per gl. in d. c.
vt lex neque. ꝙ si dedicat se ecc. seculari, non intelligitur profes-
sus, sed se dedicasse ſm nãm eccl. in qua non cadit professio, ar.
ff. de iureiu. l. sed & si possessori. §. si rem. si vero eccl. regulari, tũc
per eãdem rõnem intelligitur professus. Certe hoc vltimum re-
cipit suppletionem, vt sit verũ, si fecit ea q̃ cadũt in professum, s.
quia mutauit habitum & vitam, apparet ꝙ voluit profiteri: & ꝑ
ɔ̃ñs succedit rła, ꝙ actus non operatur vltra intentionem agẽtis,
ff. si cer. pet. l. non oĩs. sed in casu nr̃o iste Lotha. non mutauit ha
bitum: imo ex pacto voluit posse stare in quocũq; habitu vellet.
& ita fecit: & ẽt ꝙ posset acceptare officia cõis. per quod patet, ꝙ
voluit renunciare seculo: ex quibus datur intelligi, quał vtraq;
pars intellexit illam dedicationem, seu ɔmissionem: nam nõ vr̃
voluisse, ꝙ esset professio, sed simplex & nuda dedicatio eo mõ,
quo caderet in ecclesia seculari, cũ verba obscura, vel duplicem
intellectum habentia ex adiunctis declarentur, ff. de leg. 3. l. quę-
situm. de peti. hær. l. verum. de reb. dub. l. j. & ita vr̃ fuisse de mẽte
Bal. in d. auth. ingressi. vbi in conuersis ecclesiæ rłaris distinguit,
an mutet vitam & habitum, vel non: & sic declarat glo. in d. c. vt
lex continentiæ. 27. q. j. sed talis coniectura & limitatio non ca-
dunt, qñ verba sunt clara, quia dicat, profiteor &c. & iõ tunc re-
curritur ad aliam distinctionem, de qua primo loco dixi. Cõclu-
ditur ergo, ꝙ in casu nr̃o non habemus disputare de illo arti. an
reseruationes prædictæ vitient professionem, vel vitiẽtur ab ea,
ſm quod Doc. tractant in dictis iuribus. sed debemus indistincte
dicere, ꝙ non vitientur, nec vitiant professionem, quæ nunq̃ fa-
cta fuit, sed declarat eam nunq̃ fuisse factam: sed de intentione
tam fratrum, q̃ dicti Lotha. fuisse potius facere quendam ɔ̃ctum
innoĩatum, s. do vt facias, seu facio vt des, vel do vt des: quo non
impleto ex vna parte, non tenetur alter implere, ff. de condi. ob
10 cãm. l. fi. cũ si. † Occurrit quoq; qõ, quã disputauit Bar. in q. dispu-
tata Perusii, quæ incipit, Quidam reliquit. nunquid relictum vel
donatio facta monacho sub conditione, vt monasterio suo nul-
a lum ius quæratur, valeat.[a] Et primo ꝙ non valeat, adducitur tex.
in l. quod seruus. ff. de stipu. ser. vbi seruus nõ põt stipulari, quin
quærat dño: sed bonum est ar. de seruo ad monachum, vt voluit
Inn. in c. cũ olim. de priui. Bar. in l. j. in prin. ff. de stip. ser. in l. Pe-
dius. post gl. ff. de arbi. in l. j. in 8. col. ff. de uulg. & pu. Bal. in l. is q
hęres. §. neq; filius. ff. de acq. hęr. gl. in c. nõ dicatis. 12. q. j. no. Car.
& Imo. in cle. 2. de rescr. Ge. in c. is cui. super gl. de elect. lib. 6. er-
go &c. Secundo facit, retenta eadem ęquiparatione serui & mo
nachi, l. si alienum. in prin. ff. de hær. insti. vbi testator alienũ ser
uum instituit hæredem, & uoluit esse liberum: & sic per hoc uo
luit, ꝙ non quæreretur dño hæreditas: talis institutio non ualet.
Item adducit l. per seruum. §. j. s̃. alle. ubi relictũ usus fru. sine usu
est nullum, quasi illud sit de sub̃a: tñ post multa concludit Bar. &
ualet relictũ uel donatio, & intelligetur illa dispositio, ut mona
sterio nullum ius quæratur, monacho non uolẽte: & sic sit in uo
luntate monachi acceptare relictũ uel donationem. facit l. cũ ꝓ-
ponas. C. de hær. insti. de quo dicite ut latius per Bar. in d. q. & ꝑ
Bar. maxime in repe. auth. ingressi. ibi Bal. de sacros. eccl. Bart. ur
Panor. in c. 2. s̃. de sta. mo. declarare ut procedat, qñ religiosus ha
beret administrationem illius relicti in casu licito: puta, ut dispẽ
set in pias cãs: quod est licitum ẽt religioso, ut in c. 2. de testa. li. 6.
uel ut conuertat ad usum uestitus uel librorum: indirecte tñ his
ultimis casibus aliqualiter utitur ad ɔmodũ monasterii, quia re-
leuat ab illis oneribus: non aũt debet intelligi, ut ad libitum illa
bona religiosus administret tanq̃ propria, quia &c. Papa hoc fa
cere non põt, ut j. d. c. cũ ad monasterium. Sed dubium est ultra
Bar. quid si abbas non uult consentire, ut ille habeat hanc admi
nistrationem. Credo ꝙ relictũ non ualeat ex defectu cõditionis,
11 & sic remanebit penes grauatum, l. unica. C. de cad. tol. † Glo. in
uerbo, impossibilis. dicite, an in aliis actibus conditio impossibi
lis uitiet, an uero uitietur. Aut conditio impossibilis additur in
personam onerati, seu grauati in defectum conditionis impossi
bilis: puta, iubet testator, ut hæres suus digito tangat cœlum, &
si non tetigerit, do centum Seio. & isto casu non ualet legatum
factum Seio de centum: & sic conditio uitiat, §. fi. insti. de le. quã
ibi ita intelligit gl. in l. unica. C. de his quæ pę. no. Aut impossibi
lis conditio adiicitur in ultima uolũtate in persona honorati, i.
eius cui fit legatum, uel eius qui hæres instituitur, quia sub con-
ditione impossibili alicui fit legatum, uel instituitur hęres: puta,
si Titius digito cœlum tetigerit, hæres esto, uel habeto centum:
& isto casu fauore ultimę uolũtatis ualet legatum, & institutio,
& reiicitur, §. impossibilis. Insti. de hær. inst. ita hic cõiter Docto.
Aut loquimur in ɔ̃ctibus, siue actibus inter uiuos, excepto matri
monio, in quo seruatur distinctio tex. nostri: & rłariter conditio
impossibilis uitiat ɔ̃ctum, ut hic in gl. nostra, per iura in ea alleg.
Bar. in l. j. ff. de condi. instit. tenet ɔ̃ prædictam distinctionem, &
ibi aliter declarat hanc mãm: quem uidete, quia esset nimis pro-
lixum illum referre. Istud fallit, qñ conditio non esset perpetuo
impossibilis de iure, sed solum certo casu, i. parte opponente, &
alio casu est permissa: nam tunc non uitiatur conditio, sed facit
actũ ɔditionalẽ: & sic nõ uitiat, l. si militẽ. ubi casus ſm cõiter Do
cto. hic, C. de ɔd. ob cãm. nã ibi darentur centũ militi, si erit ꝓcu
rator alterius. istud est impossibile de iure, q a ꝓhibet miles esse
procurator:

ADDITIO.

a ¶Valeat. Et vide Bar. in auth. excipitur. C. de bon. quæ libe. sed quid si legatur monacho sub conditione, ne in eo molestetur per abb. an debeatur ei, etiam si molestetur per abba. dic ꝙ sic, nisi sit legatum alimentorum. Barto. in l. Lucius. §. tres hæredes. ad Treb. & Bal. in l. j. 7. q. 12. col. C. de his quæ pœ. nomine. vbi dicit secus si sit de fratribus minoribus.

procuratori:ſed non perpetuo impoſſibile, quia ita demũ prohibetur, ſi pars opponat, alias non, l. ita demum. & l. qui ſtipendia. C. de procu. dr̃ ibi, ſ. in d. l. ſi militem. ꝙ ſi miles non erit procurator, & data fuerint centum, poſſunt repeti. ecce ꝙ conditio non vitiatur, ſed eius ceſſatio inducit repetitionem. Bar. tñ ibi, & etiã Car. hic, licet non perſiſtat in hoc, dicunt ꝙ imo ibi conditio vitiat actum, & propterea inducitur repetitio datorum, quia ɔ̃ctus deſiit eſſe ɔ̃ctus non ex defectu conditionis, ſed quaſi collatum ſub conditione impoſſibili, & per eam vitiatum. & iõ dicit Car. ꝙ loquitur ille tex. in ɔ̃ctibus innominatis, in quibus noſcit dari repetitio etiam ex hoc capite, quia ɔ̃ctus deſinat eſſe, puta per pœnitentiam; ita ergo ſi deſinit valere propter cõditionem impoſſibilem. faciunt no. in l. ſi pecuniã. in prin. ff. de cõdi. ob cãm.

Qui clerici vel vouentes matrimonia contrahere poſſunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordines eccleſiæ ſunt nouem, qui omnes ſunt ſacri, largo modo loquendo: ſed ſtrictè loquendo, quatuor tantum ſunt ordines ſacri.*
2 *Subdiaconatus ex noua conſtitutione eccleſiæ eſt factus ſacer ordo.*
3 *Continentia in ſacro ordine non eſt voti nec taciti, nec expreſſi.*
4 *Clerici an poſſint contrahere matrimonium.*
5 *Votum quid ſit.*
6 *Impubes quare non poteſt vouere religionem, & tamẽ ſi ſit doli capax, obligatur ex alio voto.*

¶Iſta rubrica continuatur hoc ordine. Vidimus ſ. de ſpon. ideo quia plurima ſunt impedimenta ſponſalium, inter quæ eſt ordo vel votum, ideo ſubiicitur iſta rub. qui cle. vel vo. mat. ɔ̃here poſ. ita Goff. Vel cõtinua ſm̃ Hoſt. & magis proxime. Vidimus ſ. de impedi. mat. quod reſultat ex cõditione: nõ ſubiicitur de alio impedimento, quod reſultat ex ordine vel voto. Nec dr̃ iſta rub. ſuperflua per rubrum, ſ. de cler. coniu. quia illa ponit vnum tractatum, qñ clerici coniugati pñt tenere beneficia: iſta ponit alium, qñ clerici poſſint accipere vxorem. & addit plus iſta, quia ponit
1 de vouentibus. †Et ſciendũ eſt pro euidentia, ꝙ nouem ſunt ordines eccl. qui oẽs ſunt ſacri, largo mõ loquẽdo, quia per oẽs efficimur de ſorte Dei ẽt per ſolam primam tõſurã, c. duo. c. cui portio. 12. q. j. & gl. enumerat hos ordines in ſalutatiõe Sexti, in ver. eps. Facit c. clericos. 21. diſt. in c. perlectis. 25. diſt. tñ ſtricte loquendo iſti quatuor tm̃ ſunt ſacri ordines, Epatus, Presbyteratus, Dia-
2 conatus, & Subdiaconatus, vt vult gl. 32. diſ. in ſum. †Imo ſubdiaconatus ex noua ɔ̃ſtitutione eccle. eſt factus ſacer ordo, ſed cenſebatur tpe primitiuę ecc. de inferioribus ordinibus, c. nullus in epm. cũ c. præcedentibus. 60. diſt. hodie bene eſt factus ſacer ordo, c. miramur. ſ. de ſer. non ord. & dicta de aliis ſacris ordinibus habent locũ in ſubdiaconatu, c. a multis. ſ. de æta. & quali. Scd̃o præmitto, ꝙ tpe primitiuæ eccl. licebat presbyteris, & ſic ɔ̃ſtitutis in ſacris vxorem habere, c. qñ. c. aſr. 31. diſt. dũmõ die celebrationis abſtinerent a ɔ̃iugibus: poſtea in occidẽtali eccleſia venit prohibitio, vt ɔ̃ſtituti in ſacris deberent ɔ̃tinere, d. c. aſr. & c. nicena. 31. diſt. & dicit hic Car. ꝙ dat materiam illaqueãdi plures aĩas hoc præceptum: & iõ credit, ꝙ ſicut eccl. induxit hoc præceptũ continentiæ, ꝙ qñq; reuocabit, & erit ɔ̃ueniens dicto apli reuocatio, qui dixit, de virginibus præceptum non habeo, ɔ̃ſilium au-
3 tem do. †His præſuppoſitis tertio præmitto, ꝙ ɔ̃tinentia in ſacro ordine non eſt voti nec taciti, nec expreſſi: licet gl. dicat ɔ̃rium in c. cũ olim. ſ. de cle. ɔ̃iu. ſed eſt ex ɔ̃ſuetudine eccleſiæ. ita Card. hic. faciunt quæ vidimus in c. meminimus. & in c. ruſus. j. eo. facit tex. in c. diaconus. 26. diſt. in c. diacom. & per totum, 28. diſt. in
4 c. ſi quis vero. & per totum, 32. diſt. †Quæro igitur primo, his præmiſſis, an clerici poſſint ɔ̃here mat. Etiam dicite, ꝙ aut loquimur de clericis in ſacris ɔ̃ſtitutis: & tũc non pñt ɔ̃here, & ſi ɔ̃hant, nõ valet, c. j. j. eo. imo coguntur ad eam abiurandam, quã ceperint, c. 2. j. eo. & cenſentur quodammõ bigami, c. ꝙ quod. 27. q. j. tñ ſi matrimonium præceſſiſſet ordinem, ordo ſubſequens non dirimit matrimonium ɔ̃ctum, niſi ɔ̃currat profeſſio regularis & ſolẽnis. ita Car. hic poſt Gaſ. & eſt tex. per locũ a ſpãli in c. vnico. de voto. in 6. dũ æquiparat profeſſionem ſolennem & regularẽ, & ſuſceptionem ordinis quo ad matrimonium ɔ̃hendũ impediẽdũ: ergo ſi ſpãliter eo caſu æquiparantur, non æquiparabuntur alio caſu. i. ad diſſoluendũ iam ɔ̃ctũ. & ita gl. ibi ponderat, & ɔ̃cludũt cõiter Doc. Aut loquimur in ordinibus non ſacris: & tunc in talibus conſtitutis non prohibetur vxorem accipere, c. lectores. 33. diſt. & c. j. & ij. j. eo. per locũ a ſpãli. & eſt rõ, quia non conſtituti in ſacris pñt recedere & reuerti ad ſeculum, d. c. lectores. & c. cũ ex eod. de elect. lib. 6. Et iõ hac rõne per ɔ̃rium ſumpta, prohibẽtur conſtituti in ſacris ɔ̃here, quia retrocedere nequeunt, & ɔ̃hẽ-

do mat. obligantur in totum vxori, c. non debet. j. de conſang. & affin. vñ cum iam ſint obligati Deo, iõ conuenit cythara cũ pſal-
5 terio, c. diuerſis fallaciis. ſ. de cle. coniu. †Circa ſecundam partem rubricæ dum dr̃, vel vouentes. Quærit hic Inn. quid ſit votum: & dicit, ꝙ eſt conceptio propoſiti cum deliberatione in bonum facta. & addit Car. Deo vel Dei contemplatione: & ideo per hanc diffinitionem habetis inferre, ꝙ ſola conceptio volũtatis ad vouendum ſine firma deliberatione non eſt votum. Item inferre, ꝙ furioſi, & qui non habent intellectum pñt vouere: ideo infert Inn. ꝙ cum impubes non poſſit ſe obligari mat. c. puberes. & toto ti. ſ. de deſpon. impub. ita nec põt ſe obligare voto continentiæ. imo refert opi. quorundam, licet reprobet, ꝙ ẽt pubes impotens ad copulam non poſſet vouere continentiam, quia nõ eſt expertus aculeos carnis, & ſic ignorat, vel ſaltem perfecte non intelligit ad quid ſe obliget. ſed tenet ɔ̃rium, & ſequũtur cõiter Doct. quia põt pubes impotens ad copulam ɔ̃here mat. dũmmodo impedimentum non ſit perpetuum: & tñ in matr. copula eſt de ſubſtantialibus, vt vidimus in c. fi. ſ. ti. j. ergo multo magis po-
6 terit vouere continentiam. †Et per prædicta habetis, quæ ſit rõ, quare impubes nõ põt vouere religionem: & tñ ſi ſit doli capax, obligatur ex alio voto. ita Inn. hic, & cõiter alii per tex. in c. j. & 2. j. de delict. puer. nam rõ eſt, quia regularis profeſſio pro ſubſtãtia habet votum continentiæ, c. cum ad monaſterium. in fi. ſ. de ſta. mo. impubes non põt vouere continentiam, ſed demum factus pubes, vt dixi: ergo nec poterit vouere religionem, vel profiteri. facit c. j. de reg. lib. 6. & ſic habetis, ꝙ non ſolum impubes non obligatur ex profeſſione ſolenni, ſed nec ẽt ex voto religionis minus ſolenni: vñ debetis ſcire, ꝙ aliud eſt votum ſolenne: & hoc fit profitendo religionem in manibus ſuperiorum & in forma eccl. vel ẽt ex præſumpta hmõi profeſſione ſolenni, quæ reſultat ex delatione habitus, vel hmõi, votum habet impedire matri. ɔ̃hendum, & dirimere ante ɔ̃ctum nõ ſecuta copula, c. ex publico. & c. verum. ſ. de conuer. coniu. aliud eſt votum ſolẽne: ſed non tñ adeo ſolenne, vt hoc præcedens, qđ inducitur per ſuſceptionem ordinum ſacrorum. & iſtud proprie non eſt votum, ſed potius tacitus quidam conſenſus, quo ſuſcipiens ordines ſacros alligatur conſtitutioni eccleſiæ continentiam iubentis in ſacris conſtitutis, vt videbimus in c. meminimus. & in c. ruſus. j. eo. & iſtud ſicut non eſt proprie votum, nec ita ſolenne, vt puta ita nec tm̃ põt, quia ſolum dirimit matr. poſtea ɔ̃ctum, vel impedit ɔ̃hendum: ɔ̃ctum autem ante ſuſceptionem ordinis non dirimit, vt dixi in præcedentibus, vt no. in d. cap. vno. de voto. lib. 6. Aliud eſt votum non ſolẽne, ſed ſimplex: & iſtud fit ſine alia ſolennitate, quia homo ſeipſum Deo obligat ad aliquid boni faciendum: & iſtud matrimonium ante contractum non dirimit, poſtea contrahendum bene impedit, ſi tamen fuerit contractũ, poſtea non annullat, ſed valet, licet contractus peccet rumpendo votum, & debeat puniri, cap. meminimus. cum cap. ſequen. infra eo. & de his in dicto cap. vnico.

SVMMARIVM.

1 *Dies delicti ſi eſt talis, qui aggrauat delictum, debet per accuſatorem in libello exprimi.*
2 *Irregularitatem non incurrit vulnerans aliquem, dummodo non interficiat eum, vel ei mutilet membrum. & num. 3. 4.*
3 *Membrum quid dicatur proprie.*
5 *Pœnitentia debet perfici corde contrito & humiliato.*
6 *Clericus in ſacris licet per irregularitatem priuetur ordine ſuo, tamen non eſt liberatus a nexu ordinis, quin debeat continenter viuere.*
Presbyter degradatus ſi conſecraret de facto, conficit ſacramentum.
7 *Statutum loquens de vulnere, intelligitur de magno vulnere non de leui.*
Vulnus leue in ſene habetur pro mortali; & idem in alio debili.
Legatus non Cardinalis an poſſit abſoluere excommunicatos a canone, ſi quis ſuadente.
8 *Epiſcopus non diſpenſat cum clerico in ſacris, qui veram bigamiam incurrit vt in ordinibus ſuſceptis miniſtret.*

CAP. I.

De diacono. Diaconus, vel etiam ſubdiaconus, ſiue aliàs irregulares ſint, ſiue non, non poſſint contrahere matrimonium, & ſi contraxerint in ordine ſuſcepto, miniſtrare non poterunt, nec ad vlteriora promoueri, niſi peracta pœnitentia abſoluantur, & cum eis diſpenſetur per epiſcopum: vel etiam non peracta pœnitentia, niſi voluerint religionem ingredi: quia tũc cum eis diſpẽſatur, vt poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, & ad maio-
1 res promoueri. h. d. cũ decretali ſcd̃a. †No. ibi, ſabbato ſancto. ꝙ dies delicti aggrauat delictum: iõ hic Papa põderauit hic diem, c. ſicut.

c.ſicut dignum.& ibi no.j.de ho.no.in c.cum quidam. ſ.de iureiur.eſt gl.quæ ponit circūſtantias pacti,in c. homo Chriſtianus. 42.diſt.& hoc caſu qn̄ dies eſt talis, q aggrauat delictum, debet exprimere in libello accuſator,vt no.Bar.in l.libellorū. ff.de accu.faciunt no.per Bar.in l.non ſolū.§.ſed vt reprobari. ff.de ope.
2 no.nun.†Secundo no.ibi, vulnerauit. iunctis his quæ dicunt hic Doc.maxime Car.& Panor.& tex.ſatis innuit,ex quo non dicit hunc fuiſſe irregularem,ꝙ vulnerans aliquem, dummodo non interficiat eum,vel mutilet ei membrum, non fit irregularis.facit tex.in cle.j.de ho.Et ideo dicit hic Cardi.ꝙ ſi quis percuſſerit aliquem,ita ꝙ non abſciderit ei membrum,ſed ex toto debilitauerit, ꝙ per hoc non fit irregularis, nam manus arida vel alias debilitata,tn̄ eſt manus:& ideo non ſumus in caſu canonis, qui loquitur de mutilāte membrum vel abſcindēte.faciunt not.Bal. in auct.ſed nouo iure.C.de ſeruis fugi.in l.data opera.C.qui ac-
3 cuſ.non poſ.in quarta char.in repe. †Ideo infert hic Pan. ꝙ ſi qs abſciderit alicui digitum,per hoc non fit irregularis,nā per hoc nō mutilauit membrum, nec carens vno digito caret manu vel membro.tex.eſt in l.idem Offilius.iuncta gl.ff.de ędil.edic.& eſt ratio,nam membrum proprie dr̄,quod per ſe habet officium aliqd̄ ſeparatū,puta oculus,pes,manus.ita Bar. & ibi cōiter legiſtę in l.2.ff.de pub.iu.Bal.in d.l.data opa.& Canoniſtę maxime Pa-
4 nor.in c.accuſaſti.j̃.de accu.†Ideo infert etiam Pan. ꝙ vulnerans aliquem cum magna ſanguinis effuſione,non ſit irregularis, ex quo non interuenit mutilatio membri vel occiſio: bene verum eſt,ꝙ effuſio ſanguinis aggrauat delictum, ca. cum illorum.j̃.de ſen.excom.c.in archiepiſcopatu.j̃.de rap.ca.ex literis.j̃.de exceſ. præla.non tn̄ irregularitatem inducit.& propterea locutus ſum generaliter non exemplificās magis de clerico q̃ de laico in dictis illationib.quia laicus ita incurrat irregularitatem ſicut cleri. ſed eſt differentia in effectu, nam irregularitas laici impedit eū à ſuſcipiendis ordinib.de futuro,irregularitas clerici impedit & in ſuſcipiēdis & ſuſceptis,gl.in cle.vna,de homicidio. cōiter approbata,quæ vult plus,ꝙ etiam iudex bene agendo, & ſic faciendo aliquem malefactorem decapitari, tn̄ incurrit irregularitatē. faciunt no.in c.ſniam ſanguinis.ſ.ne cle.vel mo.Et ex prædictis habetis declarationem ad illam decretalem, ſ.qn̄ cleri. dictans ſententiam ſanguinis, vel proferens incurrat irregularitatem, quia nunquam incurrit,niſi ſententiam exequatur vel in mutilatione membri,vel in morte, alias bene peccat, & contrafacit illi c.ſententiam ſanguinis.immiſcendo,ſed tamen eſt irregularis.ita cōiter Doc.in d.c.ſententiam ſanguinis. Et quid ſit irregularis,de etiam multiplici eius ſpecie,vide tex.cum glo. in verſic. perſonę,in c.niſi cum pridem.ſ.de renun.Tertio no.ibi,vxorem accepit. quod cleri.in ſacris conſtitutus prohibetur vxorem accipere, & ſi acceperit,punitur,qa eā cogitur relaxare, vt in c.ſe. & ēt non poſſit in ſuſceptis ordinib.miniſtrare, nec ad vlteriora
5 promoueri.†Quarto no.ibi,poſt eam peractam. iuſtā cām diſpēſandi cum aliquo,ſ.quia cōtrito & humiliato corde dolet de peccato,reuertitur ad eccleſiam, & peragit pęnitētiam iniūctam.& ſic habetis vnum caſum,in quo ꝑmittitur diſpēſatio, dato ꝙ nō ſubſit neceſſitas nec vtilitas eccle. nec graue ſcādalum,de q b.ꝑ gl.in §. niſi rigor.j.q.7.faciūt no.in c.at ſi clerici,ver.de adul.ſ.de iud. Et notate ex iſto tex. ꝙ pęnitentia debet perfici corde con-
6 trito & humiliato.†Item no.ꝙ clericus in ſacris conſtitutus,licet per irregularitatem priuetur ordine ſuo, immo ſm̄ gl.degradat, tn̄ non eſt indiſtincte verum, vt nota.in c.cum non ab hoīe.ſ.de iudi.tn̄ non liberatur a nexu ordinis, quin debeat continēter viuere,& non accipere vxorem.de hoc eſt gloſ. in c. dictum.71.di. facit, quia etiam miles cęleſtis militiæ degradatus actualr̄, non tamen perdit characterē iam ſemel impreſſum, vt no. in c.2.de pęnis.in 6. immo ſi conſecraret de facto presbyter degradatus, conficit ſacr̄m,vt no.in d.c.2.licet dubitauerit,& vr̄ ſentire aliter in c.2.de cle.excō.mi.No.ex tex. ibi, ſi ad ordinem.ꝙ religio appellatur ordo. Item no.ibi, in c. ſubdiaconatu. quod non ſolum diaconi,ſed etiam ſubdiaconi alligantur ad continētiam.& facit tex.in c.præcedenti.Capio gl.ſuꝑ ver.abſoluitone.in fi.iſta abſolutio reſpicit excōmunicationem, quam iſte diaconus incurrat vulnerando alium diaconum. & ideo dixit gl.j. ſoluendo, a quo ſit facta iſta abſolutio, ꝙ eſt facta, qa reſeruat ſoli Papę iſta abſo. c.ſi quis ſuadente.17.q.4.Alia eſt ſolu.a gl.ꝙ hoc ex priuilegio cōceſſum eſt ordinario, vt poſſet iſtum diaconum abſoluere, licet incidiſſet in canonem c.ſi quis ſuadēte.& gloſ.in ſe bene loquit, quia nō ſolum particulariter, ſed etiā generaliter poteſt concedi priuilegium,vt abſoluatur quis ab excommunicatione canonis c.ſi quis ſuadēte.vt eſt tex. in c.fi.ſ.de offi.ord.ſed quo ad tex.noſtrum iſta ſolu.non multum congruit,niſi dicamus vt dicit gloſ. ꝙ ita patet ex deciſa,& credamus gl. In hoc Vincen. voluit dare aliam ſol.ꝙ iſti diaconi percutiētes erāt cle.conuentuales eiuſdē eccle.vn̄ licet percutiens inciderit in canonem,ſi quis ſuadente, poſſit abſolui ab ordinario, c.qm̄.ſ. de vita & ho. cle.c.cum illorum.j̃.de ſen.excom. ſed retēto quod dicit gl. ꝙ iſta iniuria fuerit atrox,iſta ſol. non poſſit procedere: nam ordinarius nō abſoluit data atroci offenſa,d.c.qm̄.& d.c.cum illorum.nō tn̄ aliter apparet ex tex.ꝙ iniuria fuerit atrox, niſi quatenus dicit, vulnerauit. Et in dubio habetis hic notare gl.relatam ad tex.ꝙ appellatione vulnerum non intelligitur de leui vulnere, nec ſgarciatura. ita vult gl.hic,dum ex hoc verbo,vulnerauit.colligit ꝙ fuit atrox offenſa,certe ſi fuiſſet leue vulnus, non diceretur atrox offenſa, ꝑ
7 no.in §.atrox.Inſti.de iniu.& d. c.cum illorū.†Et ideo dixit Bal.[a]
4 introducta sit. dixi aliquid in c. 2. de condi. appo. vide gl. in c. ita quorundam. de iudæ. & videtur quod de iure apostolico, vt hoc tex. & positiuo. fa. Gene. 13. c. 33. q. 5. dicat. 23. q. 7. si de rebus. vbi de hereticis, contra quos inducitur bellum, si capiuntur, nostri sunt serui. Item gl. in c. ita quorundam. dicit quod iure naturali gentium & canonico etiam introducta est propter ebrietatem gentiũ: Noe enim euigilatus vino, cum vidisset quid fecisset sibi filius iunior ait, maledictus Canaã seruus seruorũ erit fratrib. suis, 35. dist. c. sexto die. ibi, manebat, antequam vinũ inueniretur, omnibus inconcussa libertas. vide illum tex. vbi sequitur, non esset hæc seruitus, si ebrietas nõ fuisset. & loquitur de ebrietate Noe. & hoc dicitur instinctu Spiritus sancti propter peccatũ derisionis, & cõtemptum paternum. Item in Exodo legitur quod Dñs dixit per Moysen Filijs Israel, si emeris seruum Hebræum, qui ante seruus non fuit, sex annis seruiat tibi. vide omnino in gl. 4. dist. in princ. In contrarim autem, nam iure naturali omnes liberi nascebantur, j. dist. ius naturale. ibi, omnibus inconcussa libertas. Item alibi dicitur, ꝙ de iure gentium, ff. de sta. ho. l. seruorum. dic f'm Gasp. quod ex multis causis seruitus fuit introducta, aliquando de iure diuino, aliquando de iure gentium: aliquãdo de iure positiuo, sicut in eo qui ad precium participandum passus est se venundari, d. l. seruorum. Seruitus illa, de qua dicitur in Genesi, fuit introducta de iure diuino in pęnã flagitiorum, c. sexto die. 25. dist. sed illa species seruitutis, quæ incurritur ex captiuitate in bello, est de iure gentium. Et si dicatur, illa continetur in iure diuino: rñdetur, a iure diuino habuit originẽ, sed a iure gentium approbationem, non ꝙ eã inuenerit. vel dic, hęc iura concurrũt in seruitute inducenda simul t̃pe: nam omne ius diuinum f'm Gas. licet respectu auctoris fuerit ab ęterno, 33. q. 5. lex ęterna. tñ per successiones t̃pm est data humano generi, cap. firmiter. §. sancta. s. de sum. tri. & fi. cat. & sic cũ iure diuino, quod innotuit, Noe potuit concurrere ius gẽtium. vel dic non esse absurdũ aliqua de iure diuino, iure nãli, & gentium esse & ciuili, sicut illud, oĩa quęcunque vobis vultis ꝙ hoĩes faciant &c. j. dist. humanum genus. & facit illa authoritas, quæ est in Exodo supradicto, ꝙ p emptionem acquirebatur seruitus. quę conuenta est de iure gẽtium, j. dist. c. ius gentium. dic ergo, ꝙ omnes liberi sunt naturaliter, idest a natiuitate, 12. q. j. c. cum redemptor. sed ex constitutione iuris diuini, gentium, iuris positiui quis efficitur seruus. ita a prin. creati sumus sine peccato, vt in proę. Gregoriano. sed libero arbitrio homo peccauit. Cum ergo iustum sit peccata puniri, c. vt famæ. de sen. excommu. iustum est, vt in pœnam peccati seruitus inducatur. facit dictum Aug. in 30. de ciuitate Dei, c. 6. vbi hęc verba, lex enim successit. Ratio, quia in pœnam peccati induca-

ADDITIO.

a ¶Domino contradicente. Vide Goff. in summa in titu. de iud. quod alle. ad hoc 29. q. 2. c. duæ sunt.

ducatur seruitus propter hoc peccatum, necesse est aliquos dam
5 nari, vt mala cohibeantur.† Et ideo bella per bonos ꝯ malos iu-
ste inferũtur, 24.q.j.noli.& q.3. per totum. vnde Machabeorum
21. Auferetur a nobis regimen, & dabitur genti facienti iustitiã,
23.q.7. c. si de rebus. bene ergo dixit gl. in dicto c.ius gentium.ꝙ
captus in bello iusto peccat fugiẽs à domino.gl.in simi.cle.pasto
ral.in ver.violentiam.de reg.iur.vbi Cardi. glo.in l. succurritur.
ff.ex qui.cau.ma.Bar.in l.relegati.in princip. ff.de pę. Pe.de An-
cha.in reg.2.de regu.iur.lib.6.in 29.colum.vbi an peccat captus,
si fugiat.Soluitur etiam quæstio, si seruus meus est captus in bel
lo iusto, qui ex voluntate mea bellabat, quod ego amitto ipsum,
si talis meus seruus captus iurauerit redire ad capientem, non
potero prohibere ne redeat: secus si de voluntate mea non bel-
lauerit, quia iuramentum est præstitum super aliena re: ergo est
licitum, 21.q.4.illicitum.secus esset ſm Gasp.de filiosa. qui etiam
ꝯ uoluntatem patris fuit ad bellum, quia corporis habet potesta
6 tem, & sic erit seruus capientis, 8.dist.c.quo iure. †De clerico au-
tem capto in bello iusto, dicit Gasp. quod si bellum indicitur ab
ecclesia, est seruus ecclesię, non autem si indicitur a principe se-
culari, efficitur seruus principis secularis. Infert, quid de mona-
cho, si de mandato abbatis bellat, dic ꝙ efficitur seruus ecclesiæ
capientis, non autem fiet seruus principis secularis. si autem cõ-
tra voluntatem abbatis pugnat, non efficitur seruus capientis.
Venio ad gl.& gl.j.de proprietate verbi op. facit capi. præterea.
de verb.sig.Solu.exponendo gl.2.op.& solu.& no.ibi ex glos.ꝙ
seruus potest baptizari, nec per hoc fit præiudicium dño, ſm Pe.
& Abba.qđ est verum ſm Io.An.in hac gl.si dñs suus esset Chri
stianus, secus si esset iudæus, j.de iudæ.c.fi.In ea.glo.ibi, pęniten-
tia.no.quod ad pœnitentiam tenetur seruus, de sen.excommu.
c.relatum. sed per hoc non tenetur ad curiã ire pro absolutione
ab excõicatione.Et dicit hic Ioan.An.non est iniungenda seruo
pęnitentia elemosynæ, cum nihil habeat, Instit. per quas perso.
nobis acquiri.§.item nobis.nec etiam pœnitentia vigiliarum ie-
iuniorum, nec macerationis carnis, nec alia, per quæ redderetur
inutillis ad operandum dño suo.quia iure suo sine culpa priuari
non debet.56.dist.satis peruersum.c.2.s̃.de testi.iniungatur ei, ꝙ
vadat ad ecclesiam, vel aliud bonum, quod ipsum non impediat
ab operibus, considerata qualitate criminis & personæ, arg.ff.de
oper.li.l.pe.Poterit etiam iniungi pro pœnitentia labor, quem
sustinet domino seruiendo, ſm Host.& Io.An.ꝙ ei bona fide ser
uiat, ne aliquid subtrahat. quod esset maxima pœnitentia, cum
natura seruorum sit dñis aliquid subtrahere. etiam si deberent
furari cineres, no.gl.in l.Iulianus.in prin.ff.de ac.emp.& ideo fa
cit illud Vergilianum,

Quid domini facient, audent cum talia fures.

& exponitur, fures, i.serui. & seruitutem humilem patiatur. de
eo autem quod tangit gl.de ordine, no.54.dist. in sum.cum suis
remissionibus.In gl.3.ibi, §.huic autem. serui possunt monachi
fieri, quia q̃tum ad Deum non plus amat masculum quã fœmi-
nam.de hoc dic, vt de ser.non ordi.c.eo libentius.& ca.de famu-
lis.& vide quæ dixi in c.2.de condi.apposi.Glo.in verb. inter ser
uos.opponit & soluit. Glos.in verbo, dissoluenda.ibi, possessio-
num. famulis quidem dura est separatio. ibi, & seruorum.serui
nostri sunt, q ex ancillis nostris nascunt̃. No.primo ex glo.con-
iugium seruorum separandum non esse.facit 81.dist. c.cum om-
nibus.No.secundo, quod partus apud dominum ancillæ rema-
nere debet.quod dicit verum Ioan.And. nisi consuetudo loci es
set in oppositum.ibi, licet.& idem Philip.Gof.& Host.sed Guli.
Naso ꝯ, dicẽs, ꝙ sequitur patrem, ff.de sta.ho. l.cum legitime.32.
q.4.c.liberi.de hoc s̃.de ser.non or.c.fi.ad quod Butrig.& Car.se
remittunt.& aliquid in c.licet.j.eo.ti.Dic post Gas.hic, quod aut
consuetudo est, quod natus ex ma.sit liber, siue mater fuerit libe
ra siue ancilla, illi stabitur, argu.in d.c.licet.& dixi s̃.proxime. &
placet Doc.in c.dilectus. de seruis non ordi.de matre autem dic,
ꝙ partus sequitur conditionem matris suæ, siue natus sit in ma-
a trimo. siue extra matri. fallit in casibus [a] 25.q.vlt.ca.cum multæ.
in nato ex clerico, qui in sacris desponsauerit.& hoc in fauorem
ecclesiæ. licet quidam intelligant de prole serui, sed illa lectura
non placet Gasp.hic, ꝙ ibi non esset ex hac prole ecclesiæ. Alius
casus est ex nato ex seruo Reipublicæ, C.de ser.Reipub. manu.
l.2.& hoc placet Ioan.And.in c.ñ.de ser.non ord.Ad l.cum legi-
time.quę videtur uelle, quod filij patrem sequantur, cũ nati sint
ex legitimis nuptijs.dic non loquitur de seruis, quia de iure ci-
uili legitimę nuptiæ non sunt inter seruos, l.cum ancillis. C.de
incestis nuptijs.vel secundum Goffr.& Host.in ca. vlti.de seruis
non or.sequitur patrem quo ad familiam, quo ad curialem con-
ditionem.Item quo ad dignitatem seu honorem, quo ad domi-
cilium, originem, seu forum, non quo ad libertatẽ seu seruitutẽ.

ita intelligunt dictã l.cum legitime. In gl.vlti.quærit de duabus
quæstionibus, & soluit quo ad primã partem, cum prin.domino
est obediendũ.alleg.Io. An. ꝙ seruus prius fuit dño obligatus, &
cũ eodẽ onere transiuit ad vxorem, arg.c.ex literis. facit hæc lite
ra ibi, non minus.& sic prioritas t̄pis est pro dño, de reg.iur.in 6.
q prior pro vxore.facit, quia sua cã esset priuilegiata, est enim cã
spũalis & sacramentalis.Prima est dñicalis & tẽporalis.quo casu
sæpe posteriorem referimus, Archi.in c.ei qui.de præben. li.6.ita
alle.transit Io.An.& cum hac vlti. parte trãsiuit Gul.vt hic refert
Gas.& Car.post eum, cũ dist. tñ.Aut seruus ꝯxit dño sciẽte & per
mittente: & tunc prius obediet vxori, quia permittendo princi-
pale accessit ad accessorium, s̃.de offi.dele.c.prudentiam.§.6.Aut
domino ꝯdicẽte vel egrotante: & tunc obediet dño, nisi ex di-
latione immineat periculũ adulterij. & hoc placet Card. & hęc
fuit opi.Io.And.& per hoc facit gl.pro hoc vlti. & cum gl.h.d.in
fin. forte in auxilium dñs peteret seruum.pro ipa facit ff.ad Syl-
leia.si quis in graui.§. si cum oĩs.Quo ad secundam q. gl. cũ dicit
b gl.nostra, ꝙ ſm alia vxor tenetur sequi virum. [b] dicit Ioan.And.
hic in gl.esse verum, si est libera. & cum dicit gl. alij dicunt opi.
Goff.& Phi.tenet Inno. maxima qñ de voluntate do.ꝯctum fuit
matrimo.& dicit tñ ꝙ vẽdere debet alij bona condõnes afferẽti.
Et in fi.Ho.distinguit.Aut seruus ꝯxit cũ serua, aut cũ libera.Pri
mo casu aut sunt serui diuersorũ dñorum, aut eiusdem.si diuer-
sorum, ꝓcedit opi.Tanc. vult dicere ꝙ venditio prohibetur: sed
debent ita vendi, vt cohabitatio non prohibeatur, & sic vẽditio
ex toto non prohibetur. & idem Inno.dicẽs, ꝙ cum sunt dñorũ
diuersorum, nõ debẽt sic diuidi, quin aliquando debitũ reddere
possint.Aut eiusdem dñi, & tunc aut ambos vendat, aut ambos
retineat.aut seruus ꝯxit cum libera, sic imputet sibi, quia debuit
cogitare hoc euenire posse, arg.c.j.de ser. non or.& hoc casu nõ
impedietur dñs. Aut libera ignorante: & hoc membrum Host,
omittit.dic ꝙ tunc matri.non tenet, vt dico in c.proxi.& cum gl.
alleg.in fi.§.pe.loquitur de seruo, quẽ dñs seuerus vendere cogi-
tur.& per hoc ff.de offi.præfe.vr.l.j.§.qui autẽ.ſm Ho.& Io. An.
7 †Extra gl. quęro, liber homo ad precium participandum potest
pati se vendere, in l.& seruorum.hic alle.in gl. pe. quatuor vel 5.
concurrentib.ꝙ sit maior 25.an.vt ibi.ꝙ gratia precij participãdi:
ꝙ vere participet: ꝙ emẽs credat eũ seruum, C. de li.cau.l.si mini
strum.& l.libertus.§.si quis sciens, ff. de his qui ad liber.ꝓcla. nõ
licet. Item ille, qui vendit, non sit ignarus suæ conditionis, l.pe.
ff.de his qui ad liber. & hæc no. omnia in l.& seruorum.& ꝑ gl.
29.q.vlt.in c.vlt. venundari tñ ad precium participandum nõ põt
quis habens vxorem concurrentibus prædictis. An teneat ven-
ditio: dic ꝙ non, nam seruitus non potest superuenire matr.quia
hoc esset in pręiudiciũ vxoris: intellige de voluntaria vẽditione.
ergo &c. ar.s̃.de conces.præben.c.cõstitutus.& facit, duo fauora
bilia præiudicant vni non fauorabili, s̃. de proba.c. ex literis. &
de instit.c.cum venisset.sed ma.& libertas sunt fauorabilia, c.fi.s̃.
de re iudi.& repugnãt seruituti, quę est odiosa.ergo seruitus talis
dẽt penitus annullari.Tertio vir & vxor non iudicantur ad impa
ria, sed vxor non potest se in ancillam alteri dare, maxime nolẽ-
te marito, qui habet in eam precium, cum eius sit caput, 30.qõ.5.
cum caput. Item talis venditio impedit dñicum præceptum,
quos Deus coniunxit.33.qõ.2.quos Deus. paucis in contrarium,
argu. ꝙ liber potest dare alteri quod suum est, l. in re mandata.
C.manda.sed iste vir habet illam libertatem, ergo potest illam
vẽdere, i.hoc ius libertatis. Item seruus potest volẽte dño vxorẽ
ducere, ergo seruus potest alteri se subdere saltem volente vxo-
re.Item non cauetur, quod vxor impediat hanc seruitutem. er-
go consensus vxoris non requiritur. Solu.aduerte, vir subditur
vxori solum in his, quæ ad actum non pertinẽt, in quo actu sunt
æquales: & ad hoc substantia seruitutis se extendit. Et ideo vir
posset saltem se in seruum alteri dare, & per hoc matrimo. non
dissoluitur, quia nullum impedimentum superueniens impedit
mat.præcedens, 27.q.2.sunt qui dicunt. & c.de infidelibus. infra
de con-

ADDITIONES.

a Fallit in casibus. Vide Bar.in l.ne diutius.C.de agri.& cen.lib.11.vbi ponit qua tuor casus.

b ¶Sequi virum. Sed quid si vir sit vagabundus, an vxor sequi debeat virum. dic quod sic, nisi ignorans eum vagari ceperit in virum, quia tunc non debet eũ sequi nisi de facili possit.Bal.in l.pen.C.de oper.liber.Bar.in l.Meuia.§.vxore. in 2.quæ.ff.de an.leg.vide 13.quæst.2.vnaquæque.alias est.capitu.ebron. in §. vnaquæque.& c.j.qui mat.ac.possunt.item adde Bal.Ange. & Imo.in l.si cum dotem.§ si maritus & ibidem D.Alexan.in 2.col.in princ.ff.sol.ma. cum alijs concord.ibi per eum signatis.ad prædicta facit quod consuluit.Do.Soci.cons. 286.incip.visa protestatione.ver. secunda ratio est.circa med. in 2.parte.char. 205.quod vxor cum viro debet permanere. licet etiam vir esset peruersus, quia vxoris & viri vnica est domus, vt ibi per eum.

de consang. & affi. inuita autē vxore p p eius præiudicium hoc non est faciēdum. ideo ante factum emptor ꝓhibendus est, post factum autem tenet venditio cōcurrentib. his, quæ dixi in prin. q. Dicit tñ Gasp. ꝙ eps denunciante vxore, in cuius fraudem hoc factum est, venditionem hanc retractabit, argu. c. j. s. de conuer. côiu. ideo solue, ꝙ fraus viri potest nocere sibimet, sed nō debet alteri nocere. immo q̃ diu non sit venditio reuocata, ipsa vxor possit debitū petere, & vir ad oīa que requirit mat. tenetur. & sic prohibet emptor, & iudex prohibebit extra officium. Et ꝑ hoc rñdetur ad ar. de fraude, & de præiudicio vxo. Ad fm dico, ꝙ seruitus non repugnat mat. vt in tex. nostro, tenetur in seruum debitum reddere, etiam dño ꝯdicente, vt s. in gl. vlti. Ad tertium dico, ꝙ vir & vxor sunt pares in his, quæ ad matri. spectant, & ideo seruitus superueniens non impedit ista duo, sed quantum ad dispensatione & ad alia vir est caput vxoris, ideo non potest vxor se dare in ancillam alteri, nolente viro, licet eō possit fieri. côclude ergo ex prædictis, ꝙ eps circa separationem facti alterius ꝯiugum, vel retractādo vendōnem prouidere dēt, ne stent separati, si ꝑ ipsam separatione offm mat. impedit. & hanc conclonem voluit gl. 29. q. 2. c. vlti. Infertur ex hoc, ꝙ si venditio non retractatur, vxor potius virum sequatur, vt no. in d. c. vlt fm Gasp. hic.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non impedit dispar conditio inter scientes secundum canones. Ius canonicum attenditur in materia spirituali.*
2 *Matrimonium inter tutorem & pupillam an teneat de iure canonico.*
3 *Matrimonium non validat diuturna cohabitatio contra vitium erroris conditionis.*
4 *Erroris quatuor sunt species.*
Errores qui impediunt & dirimunt matrimonium & qui non.
5 *Seruitus, seu conditio seruilis, an de sui natura impediat matrimonium.*
6 *Matrimonium contrahens cum libera, quam credit ancillam, tenet.*
Matrimonium si liber putauit cōtrahere cū libera, & erat ascriptitia, tenet.
7 *Seruus si contrahit cum ancilla credens liberam, tenet matrimonium.*
8 *Seruus si vult contrahere cum serua, & contrahit cum libera, an teneat matrimonium.*
9 *Error qualitatis personæ, de qua constat, non dirimit matrimonium, nec error qualitatis seruitutis, de qua seruitute constat.*
10 *Credi an debeat cuilibet generaliter.*
11 *Dotis restitutio an facienda sit seruæ vel domino.*

CAP. II.

PRopoſuit. Separat mat. quod liber ignoranter cum ancilla ꝯxit, nisi postea sciens illam cognouerit. h. d. fm Io. An. Addit Car. Flo. & restituit dos. h. d. Primo ponitur factum. Secundo diffinitionis commissio. Secunda ibi, mandamus. quę duo membra distinguit. secundū membrū ibi, si vero. In tex. ibi, mansisset. i. cohabitasset. In tex. ibi, & j. supple, petebat mat. nullū fuisse declarari, mulier autem dicebat post scientiam seruilis conditionis se carnaliter cognitam, fm Pet. & Abb. In tex. ibi, cognouit. vel aliter consensit, fm Host. h. d. vt in c. fi. †No. primo hic, ꝙ liber con-
1 trahens expressim ignoranter cum serua, quam liberā esse putabat, non ꝯhit mat. ad hoc glo. j. hic alle. §. his ita. 29. q. 2. si autē sciebant, valet. Et sic habetis, ꝙ inter liberum & seruā pôt esse matr. sicut inter seruos, vt s. c. proxi. dispar ergo conditio non impedit matr. inter scientes. & hoc de iure cano. De iure autem ciuili nō potest esse inter eos matrimon. vt in l. cum ancilla. C. de incest. nup. sed standum est iuri cano. in hac materia spirituali, vt c. pen. & vlti. j. de secund. nup. Bar. in l. priuilegiata. C. de sacrosan. eccl. gl. in c. 2. de reg. iu. lib. 6. & sic vt videtis, leges prohibentes matr. non habent locum, nisi quatenus reperiuntur a iure canoni. approbatę, c. cum locum. & ibi dixi, s. de spon. d. c. penul. & fin. j. de
2 sec. nup. †Ideo hinc sumpta occasione infero ad quæstionem, an de iure canonico interdictum sit matri. inter tutorem, siue liberos eius, & pupillam. Cyn. in l. fi. C. de interdic. matri. dicit quod non, sed illud dicit seruandum quo ad ordines & beneficia. quo ad successiones dicit seruandum ius ciuile. Salyc. in d. l. fi. videtur primo reprobare, quia si tenet matrimo. ergo filij sint legitimi etiam quo ad successiones, c. tanta. & ibi dicam. in ca. ex tenore. in ca. causam. j. qui fil. sint legi. tamen videtur Saly. arguere, quod
a inter pupillam & tutorem non valeat matrimo. [a] etiam de iure canoni. nam vbi iuris præsumptione mat. est metu ꝯctum, etiam de equitate canonica non valet, c. cum locum. & c. consuluit. & c. veniens. s. de spon. quia debet gaudere omnimoda libertate: sed inter tutorem & pupillam videtur durare iste metus, etiā de iure canonico non valebit. Sed miror de tanto patre, quia matr. non vitiat, nisi interueniat metus, qui caderet in constantē virū, d. c. cum locum. vbi dixi cū alijs s. alleg. ergo metus prouenies solum, q a est tutor, non vitiabit matr. facit gl. in c. insinuāte. in verbo, modica coactio. s. qui cle. vel vo. vbi coactio regis, cuius ptās est maior q̃ tutoris, non inducit iustum metū, vt possit annullari
3 mat. ergo multo minus metus tutoris. †No. ꝙ diuturna cohabitatio non validat mat. ꝯ vitiū erroris conditionis, non data alia significatione. & de verbo, diutius. vide quæ dixi in c. cū haberet. s. de eo qui dux. in mat. quā pol. in c. j. s. ti. ꝑce. No. tertio. i verbo, cognouit. ꝙ vnico actu q s ꝑdit ius suū. de hoc s. de consti. c. cum accessissent. fm Io. An. hic. & qui facit ꝯ ius suum, renunciare vī, C. de iu. do. impe. l. si creditor. & s. de eo, q dux. in ma. c. significauit. j. de priui. c. si de terra. & facit hic matri. copula carnalis, vbi prius nō erat, fm Gas. hic. & de alijs effectibus carnalis copulæ vide in c. tua. & in c. is q. s. de spō. No. quarto, ꝙ vir & vxor dēnt se maritali affectione tractare. facit s. de spō. c. ex pte. No. quinto & vltimo practicā sententiæ pro mat. Ideo habes, ꝙ officiū iudicis hic se extendit vltra petita, hic em̄ non apparet de petitione dotis, sed dic ꝙ rōne principalis cognoscit etiā de accessorio, c. de prudētia. j. de dona. inter vi. & vx. Et ꝑ hoc rñdetur ad l. vt fundus. ff. cōmun. diui. & de accu. c. qualiter. & de simonia. c. licet Helv. in quib. ꝓbat, ꝙ sententia dēt esse ꝯformis petitioni: & fatuus ēst ille iudex, qui aliter facit. Itē & Papa hic mādat, qui ad iuris ordinē non tenet, s. de cōsue. c. cū inter. vel mulier in exceptionibus pecuniā datā ꝑ dote repetebat: & quia erat de pertinentib. ad iudiciū, in snīa fuit deducēdū, in c. cū dilectus. s. de ordi. cog. Opponit primo ꝯ primū notabile, ꝙ immo error seruitutis, & sic cōditionis ꝑsone nō vitiat ma. vt no. 29. q. j. in sum. & fuit de mē-
4 te Gra. ibi in prin. qō. †Solu. ad intelligentiā totius māę sciēdū, vt no. i illa gl. summæ, ꝙ quatuor sunt species erroris: Prima, cū ego puto ꝯhere cū Maria, & ipsa non est illa, sed est Catherina Secunda, error cōditionis, puta cū puto ꝯhere cū libera, & ꝯho cū serua. Tertia, cū virgine, & ipsa est corrupta: vel cū prudente, & ipsa est fatua: vel cū pulchra, & ipsa ē deformis: vel cū sana, & ipsa est mēbris destituta: vel cū nobili, & ipsa est rustica: vel cū ingenua, & ipa est liberta. Quarta species erroris est fortunę, cū puto ꝯhere cum diuite. & ipsa est pau p: & hic error differt a ꝓxima specie, quia proxima est inhærens ꝑsonę, hęc extra personam. Duo primi errores impediunt & dirimūt, alij vero duo sunt exemplificati, non impediunt nec dirimūt. & ꝑ ꝑ hoc Io. An. hic de errore ꝑsone loquit, & intelligit de errore primo s. posito. secus in errore fortunæ vel qualitatis, vt no. 29. q. j. §. j. & intelligit de alijs duabus speciebus, de quibus s. dixi. Quod autē dictum est de errore qualitatis, esset verum fm eum, nisi in casu, cum intēdo ꝯhere cū Chriano, & est paganus, iudeus, vel hæreticus, quia nō tenet matri. etiam si ꝯheret cum sciente, nisi fieret ad hoc vt conuerteret ad fidem, 27. q. j. per totum. fm Host. hic. facit gl. in c. fi. s. de cond. app. & ibi de hæretico, super j. gl. & Io. An. dicit, ꝙ ex constitutione eccl. hoc impedimentum tolli potest, & induci, iuxta gl. in d. summa. nam Papa potest statuere, ꝙ nullus error impediret, & ꝙ duo vltimi supra impediāt, & dirimēt. ar. tamen est ꝯ illam gl. ꝙ immo error de sui natura impediret, vt de Iacob & Lia scribit Geñ. 29. c, vbi Iacob credidit contrahere cum Rachel, quæ erat pulchrior, & contraxit cum Lia. Vide per Arch. in sum. præal. & tunc illo t pe nondum eccl. hoc constituerat, & impediebat talis error sui natura. Dic fm Gasp. & hoc tenet in rubr. huius ti. quod Papa non posset statuere nullum errorem impedire: & dicit, ꝙ de sui natura error ꝑsonæ impedit & dirimit matri. & hoc videtur placere Tho. in 4. senten. dist. 30. q. j. arti. 2. & 29. q. j. in prin. ff. de contrah. empt. l. j. alioquin sine consensu non est matri. s. de spō. c. dilectus. & c. tua nos. & 27. q. 2. in prin. & error impedit voluntatem, l. in venditionibus. ff. de contrahen. emp. l. si per errorem. ff. de iur. om. iu. sed voluntas & consensus est causa efficiens matrimo. vt s. de sponsa. cum locum. 29. quest. j. in princip. j. q. j. c. de trahe. error ergo in causa efficiente de sui natura impedit & dirimit, non ergo bñ dicit illa glo. summę, quod error personæ potius ex constitutione eccle. impediat, quam ex sui natura. Item consensus est actus voluntatis, & prima causa matr. c. tuæ. & ca. dilectus. vbi dixi, s. de spon. fm Tho. vbi s. quæ præsupponit intellectum, quo deficiente quis non intelligit quod ait, & per consequens deficit ipsa causa consensus. ergo talis error impedit, quæ erat nescia. i. quando nescit substantiam, cum qua q s contrahit: vel

ADDITIO.

a ¶Non valeat matrimonium. Dic quod de iure ciuili est verum ꝙ inter tutorē & pupillum matri. contrahi non potest vniuersaliter. l. tutor. & per to. C. de interdi. matr. inter tu. & pu. Bar. in l. j. §. j. ff. de exc. tut. quod est verum nisi pater pupilli contrarium disposuerit in testamento vt ibi, & l. tutor. ff. de ri. nu. & l. tut. de spon. sed secus est de iure cano. fm Cyn. in d. l. j. C. de interdi. ma. inter tut. & pup. & gl. 3. q. 3. ita diligenter. Doc. & Alex. de Vin. post Gof. in c. fi. j. de secun. nup. vbi dicunt ꝙ matr. est permissum de iure cano. omni casu quo de iure ciuili reperitur prohibitum. de quo ibi per Doc. & Ab. Sic. & Cardi.

vel deficit conſenſus,qui eſt forma, ſ. de ſponſa.c.tua nos.de iure naturali.Zochus hic tenet cũ Gaſ.ꝙ error vitiat matri.Ex hoc infertur,ꝙ Papa non poſſet ſtatuere, ꝙ error perſonæ non vitiaret mat.ſicut nec poſſet ſtatuere, ꝙ ſine cõſenſu eſſet ma. vt dixi ſm Hoſti.in c.fi.ſ.de ſpon.duo.ſemper enim ad eſſe matri,requiritur conſenſus verus vel præſumptus, ſ. de ſpon.c.tua nos.& c. is qui, error autẽ ſeruitutis impedit ex conſtitutione eccle. Quęro ſecundo, nunquid alij duo errores, quos dixi, impediant vel dirimant, dixi ibi ꝙ nõ: ſed pro intellectu ſubijcio gñaliter hoc, an omnis error, vel alius error a prædictis primis duobus impediat vel dirimat. arg. ſic, inquantum error magis hẽt impedire matr. ergo inquãtũ eſt maior, magis hẽt impedire, de pę.di.2.c. dũ ſanctã.cũ plurib.c.ſe.ſed maior error eſt in hęreticis nõ credẽtibus hoc ſacrm matri. q̃ error perſonę, arg.22.q. 2.c. in quibus, ergo ſicut error ꝑſonę ĩpedit, ita error illius,q ↄhit cũ hęretico, quẽ putabat non hęreticum.Item error non impedit, niſi quãtũ ex ignorãtia ꝓcedat: ſed ignorãtia cuiuſlibet circũſtantię tollit volũtatẽ, facit ſ. de reſcri.c. ad aures.& Philoſophus 3.Ethi,ergo & error cuiuſlibet qualitatis impedit, Tertio conditio ſeruitutis eſt aliquod accidens,licèt annexum perſonæ,ita qualitas corporis,vt puta nobilitas,ſed error conditionis impedit, ergo ſimiliter error alterius qualitatis impedire dẽt.Quarto, ſicut conditio ſeruitutis impedit,ita diſparitas cultus,28.q.j.caue Chriſtiane.ſimiliter impotentia coeundi,j.de fri.in ↄ̃rium facit, quia videtur ꝙ immo nedũ nec error in genere,ſed etiam perſonæ error non impedit: nam emptio eſt ↄ̃ctus,in quo conſenſus requiritur,l.j. & l.in venditionibus.ff.de ↄ̃hen.emp. & mat. eſt quidam ↄ̃ctus, ſed in emptione ſi datur vnus aureus pro alio ęquiualens, non impeditur ↄ̃ctus emptionis:ita vr̃ ſi pro vna muliere alia accipiatur.Pręterea põt eſſe,quia ille error multum dominabitur,& filij ex tali matri,ꝓcreabunt,graue erit tales filios non eſſe legitimos.Item finge Petrum & Iacobũ fuiſſe fratres,vnus frater pro alio ſe obtulit,mulier credens ↄ̃here cum Pe.ↄ̃hit cum Iac.& ab eo cognita, ergo non poterit redire ad illum in quem conſenſiſſe credebat ꝑꝑ affinitatem,ergo dẽt cum illa, cum qua ↄ̃xit, remanere,& ſic error in perſonam non impedit. Sol.ad hoc vt error impediat matri.oportet ꝙ error ſit alicuius eorum, quæ ſunt ad eſſe matrimo.ſed de eſſe matrimonij eſt ſponſa, cum qua ↄ̃hitur,& in illam conſenſus.Item & perſonarum,quæ coniunguntur,dẽt eſſe mutua ptãs inuicem,& in liberis conſiſtit matrimo. primũ aũt tollitur per errorẽ perſonæ,ſecundum per errorẽ conditionis,q̃a ſeruus non põt ptãtem ſui corporis alteri tradere ſine cõſenſu dñi ſui.& per hoc hi duo errores impediunt, alij nõ, ſed quantum ad hoc vltimum hęc ratio non vr̃ vrgere, nam error cõditionis impedit & dirimit, quãuis ille ſeruus haberet poteſtatem ſui corporis & licentiam domini:ſed poſſumus dicere, ꝙ hoc prouenit ex indignitate ipſorum ſeruorum, & ſicut dicimus in ſacris ordinib.c.ex antiquis.& per totum,54.di.c.j.c.nullus. ſ.de ſer. non or. Item poſſet eſſe præiudicium reſpectu prolis,quia ex matre ſerua naſcerẽt ſerua,c.fi.ſ.de ſer,non ordi.a cõtrario.Pręterea maior error eſt errare in ſtatu conditionis, q̃ errare in alijs qualitatibus; ideo non mirum ergo ſi magis inficit matri.& faciunt quę j.ſubijciã.Ad ↄ̃ria,& ad primum dicas,ꝙ error infidelis,ſeu hæretici eſt non error circa ea, quæ ſunt matri. efficientia,error enim an matri.ſit ſacrm,& an ſit licitum an nõ, non eſt error alicuius efficientis matri.& ideo talis error nõ impedit matri.ſatis enim eſt,ꝙ ↄ̃hentes intẽdant facere ea, quæ eccleſia facere dat & permittit,quãuis nihil credat ſacri eſſe in matri,tñ hæc ſolu.non concludit,nam infideles ẽt errant in vnitatẽ matrimonij,& in diſſolubilitate,quia credũt ipſi licitum accipe plures vxores.Item licitũ diuortiũ,c.quanto. c.gaudemus.de diuor.& ſic ↄ̃hendo matr.agit ipſe infideiis cõſentire ſm legẽ ſuã; & ſic non agit conſentire in hanc & vnicã,nec vt perpetuã vxorẽ.& ſic non adeſt mutuus ↄſenſus in matri.ergo non debet valere.& ſic ſol.non bona.Ad aliud dic,ꝙ ſicut non q̃libet circunſtãtię ignorantia cauſat q̃d inuoluntarium,ꝙ hẽat excuſare peccatum,32.q.4.c.in lecto.ſic ignorãria q̃libet circũſtantiæ nõ hẽt inuoluntarium reddere quantum ad eſſe matrimonij.Ad aliud dicendum,ꝙ ſi diuerſitas formæ nobilitatis vel ignobilitatis redũdaret in errorem perſonę,tunc bene impediretur matrimoniũ, intendit mulier cõſentire in filium regis, qui filius non erat regis,& mulier non in hunc,ſi non fuiſſet filius regis, aliqualiter conſenſiſſet,ſm Gaſ.hic non valet ma. licet gl.cõtra, in ſumma, 29.q.j, Dicit, ꝙ ſi aliquis offerret ſe ſub noie regis Francię alicui puellę,quæ nunq̃ audiuit de rege, nec aliquam notitiam hẽt de illo,& putat hunc eſſe regem Francię,non errat in perſona, ſed in forma,quantitatẽ,vel nomine.Ad aliud quod dicitur de frigiditate: dic ꝙ error, qui facit perſonas illegitimas, bene impedit matrimo.& impedimentm frigiditatis impedit, ſiue ſit error ſiue non:puta ſi aliqua ↄ̃hit cum ſubdiacono,ſiue ſciat eſſe ſubdiaconum,ſiue non,non eſt matri.c.cum ſimilibus. ſ.de cleri. cõiu. ſed conditio ſeruitutis ignorata impedit,ſcita vero non. Ad alia quæ allegantur in ↄ̃rium de errore in contractu emptionis,dicite ꝙ pecunia in ↄ̃ctibus quaſi menſura eſt aliarum rerum, vt patet in l.j.ff.de ↄ̃henda empt. non eſt ergo ipſa pecunia quaſi propter ſe quęſita. Ideo ſi non datur pecunia, quę creditur, ſed alia ęqualis,nihil obeſt contractui, ſed ſi circa requiſita propter ſe eſſet error,bene impediretur ↄ̃ctus: puta ſi venderetur aſinus pro equo,29.q.j.§.j.de hoc tamen an error impediat contractum emptionis,habetur per Bart.in l.j. ff.de offic.procurato. Cęſa.in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de legat.j.in l.ſi nomine. C.de teſta.in l.demonſtratio falſa.ff.de condi. & demon. poſt gloſ. & alios in l.in venditionibus.allega.ſ.Ad aliud quod dicit ſ. ꝙ licèt mulier fuerit cum tali viro,& filios habuerit,niſi de nouo tacite vel expreſſe conſenſerit,non eſt matrimonium, vt dictum fuit in cap. cum haberet.de eo qui duxit in matrimonium. & dixi ſ.in prima oppoſitione. Ad vltimum dic,ſi ante non conſenſerit in fratrem,poteſt eũ, quem accepit per errorem, retinere,nec ad fratrem illum;cum quo intendebat contrahere,poterit redire, etiã licet in illum oblatum non velit conſentire,ſi tñ ab ipſo, quem accipit,ſit cognita:ſed ſi ante cum primo ↄtraxerat per verba de ꝑſenti,nõ poteſt fratrem habere, a quo fuit cognita,iuribus pręalle.ignorantia tamẽ excuſaret peccatum,ſicut etiam ſi poſt matri.conſummatum a conſaguineo,ſ.viri,ipſa ignoranter cogno-

5 ſceretur,vt in d.c.in lecto.32.q.4.† Quæro tertio,an de ſui natura ſeruitus ſeu conditio ſeruitutis impediat.videtur quod non, q̃a ſeruitutis nihil eſt contra matrimo.ergo &c.Nam de directo impedit quod eſt ↄ̃rium alteri,32.q.2.cum renunciatur.cap.cum ſuper. de officio delega.item illud quod eſt præter naturam, non poteſt impedire illud,quod eſt ſm naturam, quia naturalia ſunt fortiora,5.diſtin.in prin.ſed ſeruitus eſt contra naturam,vel præter naturam,ergo &c.& matrimo.eſt de iure naturæ.Præterea ſi de ſui natura conditio ſeruitutis impediret ma.æqualiter dẽt impedire,vel ſciẽter vel ignorãter, ſicut eſt in alijs impedimentis, vel in cõſanguinitate,vel impotentia:ſed ↄ̃rium eſt in ca.noſtro. & c.ſi præterea. vt j.dico. error in libertate non vitiat, vt ſi contraho cum libero,& credo contrahere cum ſeruo,& tñ ibi eſt error.Item lepra non ponitur inter impedimenta morbi, & tñ magis grauat & impedit quam ſeruitus.Solutio,propter hęc ↄ̃ria & alia multa,difficile eſt videre rationem, quare conditio ſeruitutis impedit matrimo.Tho.vbi ſ.dicit,quod ratio eſt, quia ↄ̃ctum mat.obligat alterum alteri, ſed ſeruus propter impotentiam nõ poteſt obligare.Nihil valet hæc ratio,quia contra c.j.ſ.& tex.noſtrum. Alij dicunt, ꝙ non æque libere poteſt ſeruus reddere debitum.Hæc non eſt bona, ſaltem ſi licentiam habuit a domino ↄ̃hendi, nec ſeruitus eſt impotentia naturalis quo ad reddendũ debitum. Alij dicunt, ꝙ ſerui non habent liberum vniuerſale. Hæc non eſt bona,quia ſępius ↄ̃hunt etiam inuitis dñis,c.proxi. ſe.maxime ex quo mat.eſt de iure naturali. quo iure non fiebat diſtinctio liberi & ſerui,l.ex hoc iure. ff.de iuſti.& iu.c.ius gentium.2.diſt.Alij dicunt,ꝙ hoc eſt propter impedimentum ſeruitutis & ignorantiam ſimul,alias nõ ſurgit hoc impedimentum, vt in c.noſtro.Hæc non ſolu.q.quare ſeruitus ignorata impedit, ſcita vero non.Alij dicunt,ꝙ ꝓpter errorem perſonę, quia errãs non conſentit,29.q.j.in princi.& ſic eſt defectus formæ, quæ dat eſſe rei,ca.tua.de ſpon.Hec non eſt bona, quia hic potius eſt error qualitatis q̃ perſonæ.Egidius de Vrbe,quarto ſentent.dicit, quod error conditionis perſonæ conuenit ex cõſtitutione eccl. ideo tm̃ in caſu expreſſo impedit & dirimit,& tantum eſt expꝛ̃ſſum,ꝙ impediat & dirimat,quando ignoranter ↄ̃xit.ergo & c.& mouit eccleſiam ad hunc caſum ſtatuendum non neceſſaria rõ, ſed perſuaſiua fauore libertatis, cui potiſſime iura fauent,ff.de re iudi.l.inter pares. c.ex literis.de probat.de re iudi.c.fi.de condit.appo.c.j.vnde q ↄ̃hit cum ſerua, perdit quodammodo libertatem.Item fauor prolis,quæ eſſet ſerua alterius,vt dixi in c.ꝓcceden.in gl.pe.& facit ca.ſeq.& in hoc pr̃ diciperẽt credẽs habere prolem liberam, & haberet ſeruam. Iſtę rationes mulcent aures,ſed non concludunt, nam maior eſſet fauor ꝓlis, ſi teneret mat.quia ꝑ hoc ꝓles eſſet legitima,q̃ ſi dicamus non tenere,q̃a tunc eſſet illegitima proles & ſerua, & minus malũ eſſet in vno deficere q̃ in vtroq;. Et placuit Gaſ.ꝙ ẽt ſi non tenet ma. ex quo publice in facię eccl.ſeruata forma c.cum inhibitio.de clan. deſpon.parentes ↄ̃xerunt,omnino dicatur proles legitima, ar.c.ex tenore. & ca.2.qui fil. ſint legitimi. dicamus ergo nos, quod ratio, quare ſeruitus impediat,eſt quod ſic ſcriptum eſt in libro. 6. quæſt.3.ſcriptum.ff.qui & a qui.l.proſpexit.Ad primum contra-

rium

rium dic, ꝙ seruitus est ꝯ matri. hoc est ius conditionis, quam nõ
hẽt liber, qñ ꝯhit cum serua: vel ꝯriantur propter bonum prolis,
quę peioris efficitur conditionis: & si dicatur, hoc est ẽt, qñ sci-
uit conditionem seruitutis: dic ꝙ tunc põt sibi detrimentum fa-
cere, regula scienti. lib. 6. Ad secundum dic, ꝙ licet ſm primam
causam seruitutis sit ꝯ naturam, non tñ ſm secundam cãm: nam
naturalis rõ indicat, vt quilibet sit bonus. ita ab ipso principio
oẽs sumus liberi procreati, ex quo quis peccat, rõ inclinat vt ex
peccato puniatur: & sic seruitus est introducta in pœnam pecca
ti, vt dixi s. in 3. q. Ad tertium dic, ꝙ ius naturale dicit ꝙ pœna sit
inflicta pro culpa: & ꝙ quis sine culpa non puniatur, c. 2. de con-
sti. & iõ seruitus, quæ est pœna determinata a iure positiuo, de-
terminata est ꝙ si seruitus ignoratur, matrimonium impediat,
ne aliquis sine culpa puniatur & ignorans. Et de aliis impedimẽ
tis dicite, ꝙ quædam sunt impedimenta, quæ pendent a volunta
te nostra, iuncto adminiculo iuris positiui. Alia sunt impedimẽ-
ta, quæ non pendent a volũtate nostra, sed mere a iure positiuo:
sed ista non ponderant scientiam vel ignorantiam nostram, vt
est consanguinitas, vel impotentia coeundi. Ad aliud dic, ꝙ liber
tas non impedit actum matri. licet ignoretur, vt dico in sequen.
qõne. Ad vltimum dic, ꝙ lepra non impedit quo ad suum primũ
actum, quia leprosi liberi debitum reddere possunt, & quis aliqua
grauamina inferantur, oẽs tñ rõnes tollũtur, quia sufficit ita scri-
6 ptum esse in lege. † Quæro quarto, quid si quis ꝯhit cum libera,
quam credit ancillam. dicite vt refert Io. An. super verbo, ancil-
lam. ꝙ tenet: nam hoc impedimentum cõditionis est inductum
fauore libertatis. & idem not. gl. in summa. 29. q. 2. & idem Inno.
hic dicens, ꝙ hoc intelligitur de errore deteriori. ff. de neg. gest.
l. soluendo. & ff. de libe. cau. l. j. & ij. ẽt præsupposito ꝙ libentius
ꝯxisset cum ea, si sciuisset. Quæro quinto, si liber putauit ꝯhere
cum libera, & erat ascriptitia. vr̃ ꝙ non tenet matrimonium, q̃a
non vr̃ dña inter seruos & ascriptitios, C. de agri. & censi. l. ne
diutius. verius est ſm Vinc. vt hic refert Io. And. ꝙ tenet matr. &
põt ascriptitius manere in possessione inuito dño, C. de episc. &
cle. iubemus. & auth. ascriptitios. facit quod no. j. de iudæ. c. mul-
torum. & de hoc 29. q. 2. in summa. & hoc tenet Host. hic in fi. gl.
quæ allegat duo iura in ꝯrium. & hanc Vinc. tenet, Gasp. But. &
Car. Flo. ad l. ne diutius. rñdet Vinc. ꝙ ſm Car. non est dña inter
seruos & ascriptitios quo ad ea, quæ in lege dñr: nam sicut seru⁹
venditur cum peculio, ita & ascriptitius cum gleba. in aliis autẽ
est dña, vt no. gl. in ea. l. Quæro sexto, quid si seruus ꝯhit cum an
7 cilla † credens eam liberam, dicit Inn. hic, & Io. An. post eum, ꝙ
tenet mat. quia non error deterioris, sed paris. vñ non hẽt quod
sibi obiiciat, 32. q. 6. per totum. de diuor. c. signasti. & sufficit hic,
ꝙ casus nõ reperiatur prohibitus, quia edictum de matrimonio
est prohibitorium. & placet Gas. hæc determinatio Car. & But.
& pro hoc adduco vnam rõnem theologorum, quia in matri-
monio est quædam obligatio æqualis ad debitum reddendum,
& non põt aliquis inquirere maiorem obligationem ex parte,
quam ipse possit facere, cum æqualis sit obligatio inter seruum
& seruam, tenet matri. licet putauerit ipsam liberam. & hoc te-
net gl. in summa. 29. q. 2. & Goff. in summa huius ti. §. item si pri-
mus. quem alleg. Io. And. in fi. in c. fi. eo. ti. Quæro septimo, quid
8 si seruus † vult ꝯhere cum serua, & ꝯhit cum libera. gl. in summa,
29. q. 2. c. licet. non bene dicit, ꝙ ex quo erratur in dispari condi-
tione, non tenet matr. vñ si serua vult ꝯhere cum libero, & ꝯhit
cum seruo, non tenet mat. ꝙ vtrobiq; est disparitas, ſm Bart. Bri-
xien. in d. gl. dic ꝙ ꝯrium vr̃ verum, per id quod dictum est s. in 4.
& 5. q. per id quod no. Io. An. in c. fi. in fi. in verbo, conditionis. j.
eo. ti. & sufficit, ꝙ non reperitur prohibitum, tñ attenta rõne cõ
9 sensus de facili posset prima opi. teneri. † Quæro octauo, quid si
errat ꝯhẽs non in conditionem, sed in qualitatem conditionis.
dicite tenere mat. & sufficit, ꝙ ꝯrium non reperitur iure expres-
sum. Item error qualitatis personæ, de qua constat, non dirimit
mat. 29. q. 2. per totum. sic nec error qualitatis seruitutis, de qua
seruitute constat: aĩs sequeretur, ꝙ ꝯhens cum ancilla vnius, quã
putabat ancillam alterius, vel cum paupere, quam putabat locu
pletem, nihil ageret: quod non est verum. Gl. 2. ponit duas q. in
quibus alleg. pro & ꝯ: & circa secundam ponit opi. rñdentem, &
alleg. l. 2. ff. quod cum fal. tu. iungẽdo finem præcedẽtis legis ad
illam. & dicit, si actor ignorauerit tutorem falsum, dabo in inte.
resti. scienti non subueniam, qñ ipse se decipit. secus est, si actor
ignorauerat, Labeo adiecit. Et si dictum sit, & ex bona fide non
crediderit, supple, dabo in integ. resti. ibi, C. de cond. indeb. l. vlt.
titubans pro ignorante habendus est, vñ indebitum solutum re
petit: in præscriptionibus quoq; dubitans hr̃ potius pro bonæ
fidei possessore, q̃ malæ. no. Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. Ca-
no. in c. fi. de præscri. Bal. in c. fi. de cõsue. do. Ant. in c. grauis. ibi

Panor. de resti. spol. gl. no. in c. qm̃ frequenter. §. ꝙ si super rebus.
in fi. vt li. non contes. in gl. super verbo, reseruata. Inn. in c. illud.
in fi. col. ibi do. Ant. de præscri. In gl. ibi, is qui de libero hoĩe ex-
hibendo. qui dubitat, vtrum homo apud eum existens sit liber,
non tenetur interdicto de lib. exhi. In gl. ibi, de peti. hær. §. ante-
quam partes. si anteq̃ partes caduce a fisco paterentur, hi, qui se
existimabant hæredes, vendiderunt hæreditatem, non tenentur
ad vsuram precii: sed melius facit §. a quo. ſm Io. An. quo ad pri-
mam partem gl. nostræ an credi debeat referẽti. Io. An. se remit-
tit ad no. de rescri. c. cũ contingat. in gl. vide no. in c. illud. j. de cle
ri. exc. min. Host. hic dicit. ꝙ iura allegata in gl. & similia intelli-
guntur, qñ loqueremur de ꝯhendo matri. & vult ꝙ secus sit de iã
ꝯcto, vt in casu c. nostri. remittens se ad ea, quæ ipse no. s. de cle.
vel mo. c. veniens. quo aũt ad q. nostram, qñ liber ꝯxit cum serua
quam credit liberam, postea audiuit ab alio eam seruam, an de-
beat credere, vide hic determinationem gl. postq̃ hic Gas. con-
cludit, ꝙ q̃tum ad forum pœnitentiale siue debuit credere, siue
non, si credit eam seruam, postea eam cognouit carnaliter, vel
aliter in eam cõsenserit tacite vel expresse, ipsa erit vxor, & sibi
dicit sacerdos, ꝙ ei vt vxori adhæreat: si vero nõ crediderit, licet
eam cognouit, vel eam tractat vt vxorem: quia ex priori consen
su dr̃ eam cognoscere, & tractare, poterit eam postea dimittere
qñ crediderit eam seruam. In foro vero iudiciali sic̃ esset iudicã
dum, si de sua conscientia posset innotescere eccl. sed quia eccle
sia iudicat ex opi. c. tua. de spon. quam opi. informat ex his, quæ
sunt verisimilia, & plerunq; consueuerunt fieri, s. de test. c. in no
stra. regula, inspicimus. lib. 6. iudicabit eum credidisse, si debuit
credere: puta quia referentes erant tales, quibus debuit credi: &
qui dicebant verisimilia negocia, & eꝯ iudicabit eccle. eum non
credidisse, si nõ debuit credere: qđ ex circunstantiis negocii me
lius, q̃ doctrina apparere põt, c. apostolicæ. s. de do. & arbitrium
iudicis multum in hoc operatur ex diuersitate casuum, & rem ma
turabit vt sibi referatur, ꝙ in bello Titius mortuus sit, vel in loco
10 pestis. † De mã tñ, an cuilibet credendum sit,[a] gñaliter no. 50. dis.
a si quis laicus. 20. q. 4. c. innocens. de rescr. c. cum contingat. de fil.
presb. veniens. Et concludo hic aliqua vltra Docto. an referenti
aliquod debeat credi. Aut quærimus, qñ aliquid dr̃ in forma iudi
cii, an credi debeat. & de hoc hr̃ de testi. ꝑ totũ. vbi me remitto.
Aut ex informatione extraiudiciali, & inspectis iuribus de hoc
loquentibus: dic ꝙ aut quæritur quo ad accusationem suam, vt li
beretur quis a cõtumacia sua, vel a pœna propter credulitatem:
dic ꝙ sic, ff. de eo per quem fac. l. fi. dummõ non faciat tale quid,
quod sit expresse delictum, sed ꝙ sit æqualiter se habens ad deli-
ctum cessante credulitate, vt in illo q̃ credidit aliquid, ꝑꝑ quod
cessauit venire ad præceptum iudicis, vt in d. c. ex lr̃is. de in inte.
resti. Aut quæritur, an debeat credere, & si non credit fiat sibi ꝑ-
iudicium ex ꝯctu quem gerit. quo ad hoc dic, aut quis facit ali-
quid, ad quod est obligatus: & tunc nõ incidit damnum propter
non credere: vt si quis soluat creditori suo debitum, non obstan
te ꝙ aliq̃s sibi protestetur ne debeat soluere: q̃a ille, cui vult sol
uere, est debitor fugitiuus ipsius protestantis: & hoc verum est,
nisi protestatio esset facta ex parte iudicis, vt per Bar. in l. non so
lum. §. morte. ff. de no. ope. nun. vel nisi protestatur ille, qui esset
principalis persona, ad quam negocium tãgit: vt si debitor prin-
cipalis protestetur fideiussori, vt non soluat creditori, quia hẽt ꝯ
ipsum legitimam defensionem. Nam tũc fideiussor non debet
statim soluere, sed expectare ꝙ principalis possit oñdere proba-
tiones suas. & vt ibi per Bar. Aut alicui notificat̃ aliquid, ne fiat
id ad quod non est obligatus, & sic est factum voluntarium vo-
lentis facere: & tunc si quis non credit, & ad quem primum spe
ctat protestari, & sibi imputatur, vt teneatur quo ad fructus, &
quo ad alia tanq̃ malæfidei possessor, eo quod notum est. & hoc
si sibi fiat protestatio ante negocium, l. si fundum. C. de rei ven.
quia si post negocium, non tenetur desistere a fructibus, nec a
possessione, nec per denunciationem constituitur in mala fide,
l. si rem alienam, ff. pro emp. quod no. Aut denunciatio fit a ter-
tio, cuius publice non interest: & tunc in ꝯctibus non nocet, si
non creditur, quo minus hẽt quis saluum oẽ ius suum ꝯ eum, cũ
quo

ADDITIO.

a ¶Sit. Adde Spe. de remis. c. 5. versi. de officio. vbi, an cuilibet in arte sua sit credẽ-
dum, sed an nimia credulitas excusetur, vide Pau. de Cast. consi. 294. sed quid
de minus credente quam debeat, an excusetur de eo, ꝙ non credidit. vide l. si
fundum. & ibi Cy. C. de rei ven. & per Barto. in l. non solum. §. morte. 2. & 3.
specu. protestationis. de ope. no. nunc. Item adde, ꝙ credens dicto vnius viri
notabilis excusetur. Bal. in l. indicia. C. de rei ven. per glo. in l. Titio fundus. ff.
de cond. & demonst. Bal. Ang. & Alex. in l. j. in princ. ff. de eo per quem fa. est.
item adde ꝙ ex eo causatur tit. ad præscribendum, quem vir notabilis dicat
emptum aperte meo nomine. secundum Bal. in d. l. indicia.

hoc est expedita gl. vlt. Dicebat tñ Tan. ꝙ pp compaternitatem
superuenientem soluuntur spon. de futuro, sicut per affinitatem
superueniẽtem, j. ti. 2. c. ex lrïs. & c. seq, & idem dicit de adoptata,
per c. vnicum, inf. tit. j. & idem dicit But. & Card. hic. Oppo. ↄ tex,
istum, ꝙ mulier nõ possit leuare puerum de sacro fonte, quia est
inhabilis ad cognationem ↄhendam: non. n. posset adoptare, In
sti. de adoptionibus. §. fœminæ. Sol. sm Io. An. in c. q̃uis. eo. ti. lib.
6. Cognationem legalem non facit mulier, spiritualem autẽ sic,
vt in c. nostro. Facit c. quamuis. eo. tit. lib. 6. & in his non est dña
in sexu in hoc. & de differentiis & conueniẽtiis in sexu, vide in
Spec. de procu. §. j. vide gl. in c. noua quædam. j. de pen. & rem. &
sic sm Panor. ex prædictis no. mulierem posse effici matrem spi
ritualem. & ex hoc habes vnam dñam inter cognationem spiri
tualem & legalem: nam mulier non potest adoptare, vt in §. fœ-
minæ. Insti. de adop. & tñ in baptismo puerum tenere potest, &
acquirere filiationem spiritualẽ: & ratio diuersitatis potest esse,
quia per illam cognationem spiritualem filius non transit in po
testatem patris spiritualis, sed per arrogationem filius transit in
potestatem arrogatoris: sed quia fœmina non potest habere fi-
lium in potestate, ideo arrogare non potest. quæ ratio cessat in
precedenti casu. Ista ratio iudicio meo nihil valet quo ad cogna
tionem spiritualem, quia videmus ꝙ mulier non potest etiam ↄ-
stitutum in potestate alterius adoptare: quo casu filii, qui adoptã
tur, non efficiuntur in potestate eius, §. j. Instit. de adop. iuncto §,
fœminæ. & ibi no. gl. tñ nullo casu mulier, vt dixi, potest adopta
re nisi ex permissu principis. Vnde puto rationem quo ad spiri-
tualia, quia potius lege Dei agũtur, q̃ hominum; ideo apud Deũ
non est acceptio personarum, c. j. s. de coniugio seruorum. ideo
tam cum fœmina q̃ cum masculo est ptãs ↄhendi cognationem
1 spiritualem. Sed quæro primo, si adultus † vult baptizari vel cris-
mari, an debeat ab alio teneri. & dicit Host. ꝙ sic, vt dicit Archi.
& Io. An. in c. j. eo. tit. lib. 6. & idem Arch. de consec. dist. j. c. spiri-
tus. & est ratio, quia sacramentum non debet præsumere a seip-
so habere quis robur: vnde ad hoc significãdũ, quod per se stare
non possit, tenetur ab alio, de consec. dis. 4. in c. cætero. cum duo
bus c. seq. Item leuans ex baptismo semper debet eum admone
re, vt sit firmus in fide, de consc. dist. 4. c. nos autem. Et ibi Arch,
dicit, ꝙ presbyter baptizans instruere per se debet baptizatos, q
impeditus posset committere curam patrino leuanti: & sic non
est solum ꝙ patrinus requiratur in baptismo paruulorum ex illa
causa, vt pro paruulo renunciet Satanæ. Sequitur modo secũdo
2 principaliter, quia tex. requirit leuantem de sacro † fonte, & sic
actum corporalem: nunquid compaternitas potest contrahi per
a procuratorem.[a] dicit Io. An. hic, ꝙ do. Marti. Silleni. tenuit ꝙ sic.
sed idem Io. An. in regula, potest. lib. 6. in mercu. tenet, ꝙ cum re
quirat actum personalem, non ↄhitur per procuratorem. simile
in cognatione legali, l. neque post mortem. ff. de adop. facit c. de
his. & c. sequens. 30. q. j. per ver. super se sustinent. dicit Io. An. in
d. c. Inn. tenuisse hanc opi. hoc etiam tenuit Archi. in c. j. eo. titu,
lib. 6. per tex. 30. q. 3. c. j. quæ iura modicum faciunt. hanc opi. te-
net Bar. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posth. vbi autem secus
dicit in legitimatione filiorum, quæ potest fieri per procurato-
rem. de hoc vltimo dic vt in c. per venerabilem. qui fil. sint legit.
do. Martinus Silleniani respondebat ad iura s. inducta de adop-
tione: nam constat ꝙ mulier adoptare non potest, vt in §. fœmi-
næ. Institu. de adop. & tñ potest filium spiritualem facere: & sic
actus adoptiuus differt a cognatione spirituali. Preterea impedi
mentum cognationis spiritualis est perpetuum adoptionis tem
porale: & ad tollendam ↄñtiam, sufficit dare instantiam, glo. in l.
creditoris. ff. de oper. no. nun. c. sicut vrgeri. j. q. j. do. Ant. de But.
hic vr̃ transire cum opin. Io. An. cum se remittat ad eum. Car. di-
cit, ꝙ sibi vr̃, ꝙ opi. Mart. Sille. sit melior, quia edictum de procu-
ratoribus prohibitorium est certarum personarum, l. inuitus. ff.
de procu. c. j. de procu. lib. 6. sufficit ergo ꝙ hoc non reperitur ex
presse prohibitum: & ita cõiter seruatur sm eum. Ad ea quæ alle
gat Io. And. respondet, ꝙ ponderant iura actum corporeum sm
ius, quo per seipsum leuat: non. n. sufficeret ꝙ esset præsens, &
consentiret leuationi, nisi per seipsum adiuuet; sufficit tñ, ꝙ le-
uans tangat pannos leuando, & capillos, & similia, facit quod
no. Arch. in c. vlt. eo. ti. li. 6. & ille tex. in verbo, accesserit. de quo
dico ibi in vlt, q, & iste tex. loquitur cum similibus, de eo qui per
seipsum leuat. sed qñ fit per procuratorem, sufficit ꝙ procurator
manum apponat, & ex hoc regula, qui per alium. lib. 6. quia ex
quo ita ponderat iuris effectum, & plus, sicut actum quo ad iuris
effectum, qui per alium facit dr̃ ipse facere, c. mulieres. de sentẽ.
excom. ergo ista compaternitas per procuratorem potest ↄhi. fa
cit l. aut qui aliter. §. fi. cum l. fi. iunctis his quæ ibi notantur per
Doct. ff. quod vi aut clam. Bar. in l. si seruum. §. prætor ait. ff. de ac
quir. here. in l. is qui opem. ff. de fur. per eundem Bar. in l. si is qui
emptorem. in princ. in 16. col. ff. de vsucap. tñ ponderando verba
tex, iura magis vñr ponderare actum personalem, q̃ iuris effe-
ctum; & sic verba videntur scripta a iure in personam leuantis:
vnde iura ponderata s. proxi. & theorica Bar. vr̃ posse adduci in
contrarium. sed signanter præsupponendo ꝙ canon, si quis sua-
dente. 17. q. 4. est scriptus in personam, & incidit in excõicationẽ
qui mandato suo facit clericum verberari, c. mulieres. de senten.
exc. & dicit Dy. in regula, peccatum, de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. sed
si vnius. §. j. ff. de iniur. quod speciale est de iure canon. quia iura
canonica magis attendunt animum q̃ factum: ergo est casus in
d. c. mulieres. ꝙ in istis spiritualibus faciens per alium dicitur ip-
se facere. nec est attendendum, an verba scripta sint in personã,
an vero in rem, ex quo spiritualia subiacẽt iuri cano. in quo plus
attẽditur animus, q̃ factum: ergo per procuratorem poterit hæc
compaternitas & vinculum spirituale contrahi. Reperio Ioã. de
Imo. in c. j. eod. tit. lib. 6. allegantem Ang. de Perusio in l. Gallus.
præallegata, distinguentem, ꝙ aut fit actus leuationis per procu
ratorem, aut per merum nuncium. Primo casu non potest con-
trahi cognatio spiritualis; secundo casu sic, argum. l. licet. ff. eod.
titu. Spec. in tit. de procur, §. vt autem. ver. non ad largo. & no. de
procur. c. fin. lib. 6. per Io. And. in nouella. & per glo. in clem. j. de
renunc. Nam nuncius est velut pica & organum, & gerit actum
in personam domini directe: procurator agit in personam suã.
sed secũdum Zochum hæc distinctio nõ est tuta, & ideo dicit ꝙ
Ioan. de Imo. Archid. & qui tenent opin suam, bene concludit:
tum quia in ipsis actibus spiritualibus non est differentia inter
procuratorem & nuncium, alleg. glo. in præallega. clem. vnica,
de renun. sed illa potius est in contrarium. facit c. accedens. cum
ibi not. de præbend, quare dico, minime sunt mutanda, quæ cer
tam legem habuerunt & interpretationem, l. minime. ff. de legi
bus. maxime inter absentes videtur ꝙ compaternitas contrahi
possit inter præsentes; dico ꝙ tutius est, ꝙ fiat in personam pro-
3 priam. Tertio iuxta prædicta quæro, an † procurator, qui leuat no
mine alterius, efficiatur compater. Ioan. And. in d. regula deter-
minat quod sic, per iura quæ in ista materia ponderant actum le
uationis & leuantis. Nec obst. si dicatur, ꝙ non intendebat pro-
curator effici compater: quia respondet ꝙ extra propositum cõ-
paternitatis contrahitur, 30. q. j. c. j. & ij. s. eod. tit. c. j. & ij. & sæpe
extra id, quod agitur, nascitur obligatio, facit c. per tuas. de arbi.
& quod ibi not. in c. vnico. 2. respon. de despons. impube. in 6. ff.
commod. l. si is qui. ad fin. Ex quibus sequitur, si credas leuare fi-
lium meum, & leuas filium Titii, compater existis Titii & non
mei, secundum Ioan. And. in prædicta regula. Feder. autem in
consil. 5. aliàs est 16. tenet contrarium: quod tamen tangit in sin-
dico vniuersitatis. & arg. pro & contra, an sindicus leuans faciat
vniuersitatem contrahere compaternitatem. & determinat ꝙ
non, quia vniuersitas etiã cognationis spiritualis non est capax,
de consec. di. 4. c. in baptismate. remanet ergo dubitatio, an ipse
sindicus

ADDITIO.

a ¶Per procuratorem. Adde, quòd de consuetudine per procuratorem compater
nitas contrahi potest, de iure vero non, secũdum Bal. in l. j. §. ne autem. in pe.
col. ver. quæri solet de compaternitate. C. de cad. tol cum principalis persona
requiratur. Bal. in l. multum. in 5. col, in ver. & ti. ad contrahendum. C. si quis
alte. vel sibi. & in l. si quis alumnam. C. de nup. vide Bal. in l. j. §. ne autem. in
pe. col. in fi. ver. quæri solet. de cad. tol. no. in c. j. de cogn. spiri. in 6. Io. de Pra.
in l. 1. 2. col. ff. de procur. Ro. in decisi. 378. Fuit dubitatum. in no. dum loqui-
tur de mat. spir. & Abb. in c. accedens. de præben. & adde Panor. hic in j. col.
in ver. hæc faciunt ad q. & hic per eum in 2. col. vide, an contrahi possit per
vniuersitatem. vbi alle. Fed. de Se. in consi. 115. ꝙ non. an autem saltem con-
trahi possit per nuncium, vide Ang. in d. §. forsitan. l. Gallus. de lib. & posth. ꝙ
sic, vbi Imo. tenet contra. & ibidem vide de vtroque casu per do. Alex. in pe.
col. in ver. in compaternitate. cum multis cõcor. ibidem per eum signatis. cui
adde Ange. de Aret. in §. illud. Institu. de nupt. & per eundem in §. multis.
insti. de lib.

ſindicus efficiatur compater. & determinat ꝙ nõ, quia ſindicus
ad hoc non intẽdebat,& aĩus requiritur: vñ ſi Chriſtianus leuat
tanq̃ procurator iudæi, nec ipſe nec iudæus efficiuntur compa-
tres:quia ad hoc non agebatur, & iudæus non põt eſſe compa-
ter,vt dixi in rub. Non ob.rõ Io. An. ꝙ vltra animum actus ſiue
obligatio qñq; inducitur.nam in iuribus,quæ alleg. maxime in
c.j.de deſpon.impu.li.6.ɔ̃hentes noluerunt inuicem obligari,li-
cet non fuerunt intm̃ obligati,quantum voluerunt ætate prohi
bente:hic aũt noluerunt leuare ſuo noĩe.Item ſponſalia ſunt ini
tia mat.vñ ſi ætate prohibente non poterunt perficere mat. ſal-
tem vñr perfeciſſe id,quod eſt pars vel initiũ eius : & ſic vtile nõ
vitiatur per inutile,rła,vtile.lib.6.Non ob.l.ſi is qui. ad fi.allega-
ta,nam illa voluit ꝙ vbi commodatur ſeruo,qui tñ liber erat. &
ſic non deficit voluntas ex parte ſua.Ad c.per tuas.de arbi.gl.ibi
in ver.ſit repertũ.rñdet, quæ dicit ꝙ offerendo ſe defenſioni ali-
q̃n ex facto ſuo & voluntate obligatur: & ſic ibi fuit voluntas in
gñe ex vtraq; parte.ſed in caſu noſtro nulla fuit voluntas ex par
te ſindici vel procuratoris.Item dicit litera in c.per tuas.de arbi.
ꝙ ex iur̃o ſuo ſe perſonaliter obligauit.Non ob.iura, quæ volũt
ꝙ mandatarius in delictis tenetur,in c.cum quis. de ſen.exc.li.6.
quia ibi nec mãdatum,nec iuſſus,nec præceptum obligat. & ſic
eſt in dolo mandatarius iniquum præceptum exequendo,& ſic
ex ſuo dolo tenetur:qui dolus non committitur ſine voluntate:
nec ſine voluntate obligatur.& ſic ibi voluit ſe obligare.Item il
lud fit,ne delicta maneant impunita:ſed in caſu noſtro non erat
delictum ſine malitia,ſed quaſi ɔ̃ctus, quia patrinus eſt quaſi fi-
deiuſſor,de conſec.diſt.4.c.nos aũt.cum ɔ̃ ſuo nomine non leua
uit:ergo &c.Item in his,quæ grauia ſunt,requirit̃ expreſſus con
ſenſus,vt no.de reg.iur.regula,qui tacet. & c.in geneſi. de elect.
vbi per Inn.Non obſt. ꝙ actus leuationis inducit cognationem
ſpũalem:quia illud verum eſt, qñ leuat vt ipſe, non autẽ vt alius.
Non ob.c.tua.de ſpon.quia ibi non alieno nomine, ſed ſuo de-
ſponſauit,licet fraudulenter ſibi mutauerit nomen.Item potius
facit pro,quia ſ̃m Deum, & veritatem non fuit ɔ̃ctum matri.ex
quo conſenſus deficit.Non ob.de baptiſmo.c.maiores. quia ibi
voluit baptizari:licet hic actus & exacta voluntas eſt, c.merito.
15.q.2.& c.ſacris.quod me.cau.ſ̃m Fed.de Se.& hanc partem hic
tenet do.Car.Flo.quia requiritur animus, vt obligetur cõpater,
de conſec.diſt.4.c.non aũt. ſed procurator non intendit obliga-
ri.& hanc partem ſub dubio tñ forte tenet do.Dominicus de S.
Geor.in c.j.eo.ti.lib.6.quia quod quis facit actum,ex quo induci
tur obligatio,ſtatur expreſſiõi.& no.gl.in cle.eos. de regula.vbi
licet quis aſſumat habitum profeſſorum,ſi dr̃ ꝙ non animo pro
fitendi & obligandi,non inducitur profeſſio. facit c.j. quod me.
cau.& iura alleg.per Io.An. bene probant, ꝙ vbi aliquid induci
tur vltra id quod quis habebat animum ſe obligandi, & non de
ficit animus,licet error fuerit in materia.Itẽ ad hoc induco, q̃a ĩ
hmõi ſacris ad hoc vt inducatur obligatio, requiritur animus &
intentio voluntatis ſe obligare:vnde licet baptizetur ille,qui nõ
intendit baptizari,non erit baptiſmus,j.q.j.c.ecce. de conſec.di.
4.c.ſolet quæri.& ibi no.quod no.Io.An. in c.j. & ibi per gl.j̃. de
collu.detegenda.de his tñ per Bar. & cõiter Doct. in l.Gallus.§.
forſitan.ff.de lib.& poſth.per Bal.in l.vnica.§.ne autem. C.de ca
du.tol.per Cano.in c.j.eo.ti.lib.6.Arc.in c.ad limina.30.q.j.per d.
Ant.hic,& per alios:& in c.ſuper eo.eo.tit. per Bal.in l.ſi quis a-
lienam.C.de nup. per Imo. in c.accedens. de præben.in fi.& in
dictis locis,vbi de nuncio, & qualiter vniuerſitas poſſet contra-
4 here compaternitatem.Quarto & penul.quæro, quid † ſi leuans
non tangit puerum,ſed linteum ſolum inuolutum,an contraha
tur compaternitas.Arch. in c.quamuis.eo.ti.li.6. tenuit ꝙ ſic,ſ̃m
Hu.& probat ille tex.cum dicit, acceſſerit. & non requiritur ta-
ctus pueri,ſ̃m Io.An.& idem tenet Arc.30.q.4.c.fi. communiter
ſeruatur, ꝙ aliqui tangunt carnem pueri, & aliqui linteum ſ̃m
conſuetudinem locorum.& licet non debeant eſſe plures com-
patres,tamen ſi ſunt plures, contrahitur ſpiritualis cognatio: &
in d.c.quamuis.& in gl.j.An in ſacramentis, baptiſmo & confir
matione,debeat interuenire eadem perſona,idem cõpater,ſiue
patrinus.& dic ꝙ non,ſ̃m conſuetudinem.Et vltimo quæro,nũ-
5 quid epiſcopus† poſſit diſpenſare, vt plures poſſint leuare de ſa-
cro fonte.videtur ꝙ ſic,quia eps̃ diſpenſat ɔ̃ ius, vbi non eſt pro-
hibitum eis,in c.at ſi clerici.& quod ibi no.in gl.de iudi. cum er
go iſtud nõ reperitur iure prohibitum, forte permiſſum videtur
a iure,arg.c.nuper.de ſent.excom.in fi.Ita etiam tenet do.Domi
nicus de S.Georg.in præalleg.c. quamuis. Iſta ratio tamen non
multum ſapit, per ea quæ habentur in c.dilectus. de temp.ordi.
vbi fit regula contraria, quia epiſcopus non diſpenſat cõtra ius,
niſi in caſibus expreſſis. faciunt no.in cle. ne Romani.de elect.
in prin.nec c.nuper.loquitur in diſpenſatione, ſed in abſolutio-
ne,quæ eſt remedium iuris communis.Nec obſtant no.in c.at ſi
clerici.quia imo ibi concluditur,ꝙ epiſcopus non diſpenſat,niſi
in caſibus in iure expreſſis. conſuetudo tamen ſeruat dictam o-
pin.& dicit Zochus,ꝙ putat verum,quando talis diſpenſatio ꝓ-
cedit ex rationabili cauſa, cum diſpenſationes fieri debeant ex
cauſa,vt in d.c.at ſi clerici.& ſupra de voto. & in c. non eſt. &c.
hodie accipiunt omnes cohortem compatrum, & male &c.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas ſequens ſe extendit ad filium ante natum, ne contrahat cum illa, per quam deuentum eſt ad compaternitatem.*
2 *Conſcij criminis an repellantur a denunciatione.*
3 *Pater poteſt filium inſtante neceſſitate baptizare.*
4 *Cognatio ſpiritualis an contrahatur, ſi partus non eſt natus, & baptizetur.*
5 *Patrinus ad quid teneatur leuato.*

CAP. VII.


TVanos. Si filii duorum compatrum, per quo-
rum alterum deuentum eſt ad compa-
ternitatem,matrimonium contrahunt, ſeparantur,
& tempore contractus ſcientes illud tenentur denũ
ciare impedimentum.h.d.ſecundum Ioan.And.Et duę ſunt par
tes.In prima conſultatio.In ſecunda reſponſio. ſecũda ibi, ſuper
quo.No.quòd filius compatris ante compaternitatem natus nõ
1 poteſt†contrahere cum filia compatris ſui:& ſic compaternitas
ſequens ſe extendit ad filium ante natum, ne contrahat cum il-
la,per quam deuentum eſt ad compaternitatem. Not.ſecundo,
quòd cognatio ſpiritualis impedimentum matrimonii generat
habile ad impediendum & dirimendum poſt contractum.Vlti-
mo no. quòd ſciens impediendum matrimo. ſiue ante ſiue poſt
contractum, tenetur denunciare, & ſic quilibet de populo ad-
mittitur,infra qui matrimo.accu.poſſ.per totum. Opponitur cõ
tra tex.qui habet, quòd quis filiam compatris vel cõmatris ſuæ
non poteſt habere.ſed contra, quia hoc non reperitur prohibi-
tum,per ea quæ dixi in.j.& ij.q.in c.Martinus.ſupra eo. facit qđ
no.glo.in c.j.in verbo,contractum.eod.tit.lib.6. Solu.intelligite
hoc de filia ſpirituali patris ſui:& ita habet vera litera.ſi enim in
telligas de filia ſpirituali, certum eſt quòd compaternitas fieri
non poteſt, nec patiendo nec leuando, quia nõdum erat natus.
ergo &c.de conſtit.c. cum acceſſiſſent. fit enim quæſtio de pri-
mo nato:& per hoc declaratur hic glo.j.quæ dicit,filiam,ſcilicet
ſpiritualem compatris patris ſui, per quam deuentum eſt ad cõ-
paternitatem.Ioan.And.tamen in glo.j.reprehendit glo.dicens
in verbo,ſpiritualem. quòd illa expoſitio non procedit, ſed lite-
ra quæ dicit,compatris ſui patris.videtur procedere: ſed dicit fi-
liam carnalem,hic non procedit ſecundum Card.hic.nam fate-
tur,ꝙ intelligi debet de filia carnali compatris ſui. & per hoc,&
per literam iſtam, quæ loquitur alternatiue, do. Dominicus de-
terminauit quæſtionem, ꝙ prohibitio in hac materia habet lo-
cum, ẽt ſi ſit natus filius carnalis ex altero ipſorum leuantium.
vide ibi.Opponitur ſecundo:dr̃,ꝙ conſcii admittuntur: nã ſi fue
runt conſcii,ergo fuerunt turpes perſonæ & criminoſæ,quæ nõ
admittuntur.Sol.Goff.in ſum.de accuſ.in fi.& Io.An.hic in tex.
dicunt,ꝙ admittuntur turpes ad denunciandum crimen, vt hic,
& in Auth.de lenonibus.& s̃.de ſpon.c.præterea.2.& de hoc ſa-
tis in præal.c.præterea.2.& per hoc declaratur gl.fi.quam capio.
In gl.fi.glo.colligit duo argumenta, & opponit & ſoluit. Et no.
2 ex glo.ꝙ conſcii criminis †non repelluntur a denunciatione:in-
telligo vt dixi in ſecunda oppo.& dicit hic Hoſt.ꝙ hic intelligi-
tur de denunciatione,quæ fit ad pœnitentiam peragendam: nõ
enim debet in ea de apicibus iuris litigare, nec libellum petere,
nec correctionem differre:& ſi fecerit, non eſt audiendus, ff.de
lib.cauſa.l.1.2.& 3.& ff.de neg.geſt.l.ſoluendo.de excep.c.excep
tionem.de deſpon.impub.c.atteſtationes.de iureiur. c.quemad.
in fi.ſed non potuit talis pœnitere, niſi mulierem illam abiiciat,
vt hic dicit gl.de ſpon.duo.c.2.de ſpon.c.veniens.j. in fi. & c. ex
parte.In fi.glo.de materia eius in regula,cum quid vna via.lib.6.
3 & in c.tuæ.de procu.Extra glo.j.quæro, nunquid pater † potuit
filium in neceſſitate baptizare.dicit quòd ſic,vt dicit Hoſtien.in
ſum.de bapt.§.quis ſit effectus.ver.fi. quia neceſſitas non habet
legem,in c.conſilium.§.pe.s̃.de obſer.ie. & in regula, quod non
eſt licitum.de reg.iu.in 6.& ſic vr̃,ꝙ cognatio ſpiritualis ɔ̃cta in-
ter maritum & vxorem, & tamen inuicem coniuncto matri.re-
manet. multa.n.impediunt ɔ̃hendum, quæ non dirimũt ɔ̃ctum,
c. quemad. de iureiur. Iſte tamen in neceſſitate baptizatus por-
tari debet ad ſacerdotẽ,qui quærat,an forma ſit ſeruata,& quaſi
forma:& ſ̃m quod audiet eſſe ſeruatam vel nõ ſeruatam,vel ba-
ptizabit vel ſupplebit,qđ eſt omiſſum,vt no.Hoſ.in ſum.in p̃all.
§.ver.hoc tñ officiũ.& ſic intelligit c.in neceſſitate.c.Roman⁹.&
ſequẽs,de ɔſe. diſ.4. Et puniẗ grauiter ſacerdos baptizans ſemel

baptizatum, c.2. de aposta. vbi no. Si autem dolose, dēt pęnitere, in c. si vir. & in c. 5cto. eo. ti. & no. Host. in sum. de cogn. spir. §. fi. versi. quid ergo. & ibi dicit, ꝙ post mortem vxoris legitimæ si dolose filium suscepit, interdicitur matri. Remittit ad summam de mat. §. qualiter impediatur. versi. susceptus. Et quia dixi, ꝙ in ne-
4 cessitate † pater posset baptizare, & alius vnusquisque: quæro, si partus non est natus, & baptizetur, an ɔ̄hatur cognatio spiritualis. Exemplum, timetur ꝙ moriatur, antequā sit perfecte natus. sic dicas, ꝙ ɔ̄hitur cognatio spūalis, si apparet caput, quia tūc pōt baptizari: in capite. n. cōsistit rō hois: & vbi caput est, ibi totum
a corpus censetur, [a] l. cum in diuer. ff. de relig. & sum. fun. de verb. sig. cum olim. & cum non possit apparere an sit masculus vel fęmina, infundat aquam in caput & dicat, creatura Dei ego te baptizo, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, amen. Ita Host. in sum. de baptismo. in §. quæ sit eius forma. ver. licet autē puer. & in ver. si qua mulier. Possunt tn̄ fieri multa argumenta in ɔ̄rium, sed ista veritas, pro qua facit c. quicquā. & c. si qua mulier. & in c. qui in maternis. de consec. dist. 4. & 5. di. c. baptizari. & hr̄ pro nato, ex quo pricipalis pars, s. caput adest. & hoc tenet Tho. de Aquino per baptizationem ante perfectam natiuitatem, & cōtrahitur cognatio spiritualis. secus si non emisisset caput, sed aliud membrum, vel totus esset in vtero, vt in c. in maternis. &
5 c. si quid. de consec. dist. 4. † Quæro vltimo, ad quid obligatur patrinus leuato. dic ꝙ tenetur eum docere symbolum, & orationē dominicam, & quædam alia, quę spectant ad salutem directe, de consec. dist. 4. c. nos autem. vbi dr̄, ꝙ apud Deum patrinus est fideiussor pro filio. & vide quod ibi no. Arch. qui ibi arguit infidelem non posse esse patrinum. Facit quod no. Io. An. in c. j. eo. ti. lib. 6. Ex his ergo vr̄ periculosum leuare aliquem de sacro fonte, quia parentes pueri Christiani sunt, & apti ad instruendū filios: & satis potest probabiliter patrinus æstimare, ꝙ filium in fide erudient parentes, & etiam ab aliis curabunt erudiri. Secus autē erat in prima ecclesia, vbi cum infidelibus conuersabantur. & ideo diligenter cura adhibenda erit a patrino: & similiter etiam esset nunc secundum Arch. vbi s̄. si parentes pueri essent suspecti de infidelitate: vel si puer inter infideles conuersatus fuisset, quia diligentia tunc esset adhibenda a patrino, argumen. notatorum in c. ex literis. de conuersi. infidelium.

ADDITIO.

a ¶ Censetur. Adde Io. An. & Inn. in c. debitum. in gl. in ver. iam nescit. de bap. de pœ. dist. j. c. vulgaris. de consec. dist. 4. proprie. in gl. in verbo, trium militum. vel vna guta aquæ cadat super eo, qui baptizatur. sed tutius est secundum Innoc. ibi, quòd aqua fundatur super maiori parte corporis. & adde per Host. in sum. de bap. §. quæ sit forma. versi. hæc dixit. tenet non esse baptizatum, cuius manus vel pes tantum baptizatur, residuo corporis manente in vtero: cum tunc non dicatur natus. & hoc etiam tenet in d. versi. quid si aqua. & per consequens talis partus non potest in ecclesia sepeliri, cum anima non baptizati sit damnata, de consec. dist. 4. nulla. præter mortem perpetuam patitur, 30. q. j. limina. item ignem sempiternum. de consec. dist. 4. firmissime. sed Bar. contra in l. 2. C. de posth. hære. insti. vbi vide. sed Car. in clem. j. §. ad hæc de sum. trin. dicit esse cautius, quòd baptizetur. & adde do. Soc. consi. 67. incip. Circa primam q. ver. postremo ꝙ iuramento. circa prin. in j. parte, char. 114. quòd baptismus est sacramentum necessitatis ad salutem; nam sine eo nemo saluari potest.

SVMMARIVM.

1 *Testes admittuntur publicatis attestationibus super articulo separationis.*
Exceptio peremptoria an possit proponi post publicationem attestationum.
2 *Sententiæ, quæ non transeunt in rem iudicatam, sunt capaces remedij appellandi. & quid tunc operetur appellatio.*
3 *Cognatio spiritualis extenditur etiam ad illegitimos filios, etiam spurios.*
4 *Exceptio peremptoria potest opponi, & probari post publicatas attestationes, & quando.*
5 *Cognatio spiritualis contrahitur apta impedire & dirimere, si laicus in necessitate baptizat mulierem vel masculum.*
Monachi possunt baptizare.
Monachus dum est in obedientia abbatis, non potest facere commatres.
6 *Pœnitentia non causat cognationem spiritualem aptam impedire & dirimere, licet efficiatur filius spiritualis sacerdotis.*

CAP. VIII.

EX literis. Separari debet matri. de facto ɔ̄ctum inter baptizatum & filiam baptizantis. h. d. fm Io. An. In prima iudicum consultatio sup diffinitiua. In secunda responsio. In tex. ibi, mandamus. ibi, baptizauit. facit j. eo. c. j. lib. 6. In tex. ibi, si est. ita facit c. insinuante. qui cler. vel vouen. fm Host. Nota primo officialem episcopi posse cognoscere de causa matri. ex generali mandato episcopi. facit quod notatur in c. j. de consang. & affin. Nota secundo, ꝙ sponsalia de futuro, & fidei datio de matrimonio ɔ̄hendo transeunt in matrimonium præsumptum de præsenti per copulam sequentem, secundum Hostien. nisi aliud fuisset impedimentum. aliàs tamen hic negabat copulam, & ideo fuit conui-
1 ctus per testes, vt hic dicitur. † Nota tertio, quòd super articulo separationis publicatis attestationibus admittuntur testes. & nota cautelam, quòd exceptio peremptoria per reum non proponitur, nisi post publicatas attestationes: ne forte si non probaret actor, reus se grauaret frustra onere probandi exceptionem. vide de testibus, cap. ex parte Adæ. & sic peremptoria exceptio potest proponi post publicatas attestationes, secundum Philip. hic, licet glo. teneat contrarium in l. 2. C. sententiam rescin. non
2 posse. Quarto no. quòd inter † baptizatum & baptizātem oritur cognatio spiritualis, quæ inter filios baptizantis & baptizati impedit & dirimit matrimonium, & est perpetuum impedimentum, vt dicit litera in fi. nisi forsitan secundum Hostien. obstaret consuetudo contraria, quæ scandalum generaret. de quo dic vt notatur in c. super eo. supra eodem. Not. quòd sententiæ, quæ non transeunt in rem iudicatam, sunt capaces remedii appellandi. & quid tunc operetur appel. vide per Hostien. in cap. consanguinei. de re iudic. glo. & Doct. in c. ad reprimendam. de offi. ordin. No. etiam ad text. argu. optimum, & quasi expressum, quòd
3 cognatio spiritualis † extēditur etiam ad illegitimos filios: nam ista mulier erat filia sacerdotis, qui baptizauerat iuuenem, & nihilominus inter eam & iuuenem fuit orta cognatio spiritualis, quæ potest appellari fraternitas & sororitas: erant enim soror & frater spiritualiter. de quo vide quod notatur per glo. 30. quæstio. 4. in summa. Et nota, quòd etiam extenditur ad spurios filios, vt hic patet in filia sacerdotis. licet text. posset etiam intelligi de filia legitima, & nata ante clericatum. sed primum dictū communiter tenetur, vt notat glo. in summa prædicta, & infra titu. proximo. c. vnico. & Doct. in c. Martinus. supra eod. & taciте sentiunt hic. Nota, quòd coram vicario episcopi potest agitari causa matrimonialis. quod not. pro limitatione c. accedentibus. de excess. prælat. & eorum, quæ not. infra de consanguin.
4 & affin. Vltimo no. quòd † exceptio peremptoria potest proponi, & probari post publicationem attestationum, c. fin. & penul. de dolo & contum. quod intelligite vt plene in c. j. de ordine cogn. Opponitur, quòd imo iudex bene facit non admittendo hāc exceptionem: nam vir negauit veritatē, conuictus fuit per testes: ergo non debuit audiri, argumē. de solu. c. is, qui. Item quia erāt publicati testes, de test. ca. in causis. & in c. fraternitatis. Sol. secundum Hosti. dic, quòd sublimitas omnis, & rigor cessat, ex quo agitur de periculo animæ: vnde in hoc casu sententia non transit in rem iudicatam, c. tenor. & c. lator. & c. consanguinei.
5 de re iudica. Quæro, si laicus † in necessitate baptizat mulierem vel masculum, an contrahatur cognatio spiritualis apta dirimere & impedire. Vincen. dicit quòd sic, & Ioan. And. in versi. sacerdos. vide quod dixi supra in præcedenti c. in prima quæstione. Glo. quæ est vnica fortificat text. deinde quærens soluit, & solutionem, respondens, dat finalem. deinde etiam quærit, & non soluit contrarium, ibi, qua monit officialem. Ioan. And. dicit, ꝙ officialis nitebatur forte opinioni Tancre. vel secundum Hosti. putauit hoc non esse impedimentum, quia sacerdos ex necessitate officii hoc faciebat, idest baptizabat. & ad hoc allegat Hostien. 30. quæst. j. c. ad limina. C. de inofficio. testamen. l. parentibus. l. cum quidam. C. de administ. tuto. glo. in c. aduersus. de immunit. ecclesi. ff. de rei vendi. l. inter officium. ff. de furtis. l. seruus communis. §. si vero. ff. quemadmodum testamen. aper. l. si quis. leuans autem facit ex voluntate, non necessitate, vnde monachi possunt baptizare, qui prohibentur sibi facere commatres. glo. in c. j. 18. quæst. 2. quæ dicit, quòd monachus dum est in obedientia abbatis, non potest facere commatres. Absolutus autem ab obedientia, sic, exemplo Georgii, qui prius factus monachus est, & postea diaconus Cardi. factus est compater Mauritii Imperatoris. hodie multi monachi laxatis habenis pudoris habent commatres, & easdem lecti sorores, iuxta illud, quod vulgo vsurpatur, Dulcia commatris sub nomine furta tegimus. certum est autem secundum Docto. quòd baptizando & leuando contrahitur spiritualis proximitas, vt infra eod. c. j. lib. 6. ergo quocunque modo, vel voluntate, vel necessitate contrahatur ista proximitas, dicendum est quòd ipsa impediat & dirimat matrimonium. nec obstat secundum Hostien. quòd non inueniatur expressum, quia propter identitatem omnimodam idem fuerat statuendū, arg. de transl. præl. c. inter corpora. §. j. sed forte videbatur dubiū fm Host. & Io. An. hic, quare sacerdos nō includatur in tali ɔ̄ctu, sicut tabel. in testamento. sed rn̄det per illud verbū, quod hr̄ in l. Domitius Labeo. ff. de testa. aut nō intelligo id, de quo dubitas: aut fama est interrogatio tua: si ille, qui leuat, cōpater efficitur, multo magis ille qui baptizat. Ita dicit Hosti. in sum. eo. ti. §. fi. ver. item quid si quis in minoribus. & dum gl. nostra allegat hic c. non plures. dic ꝙ licet non debeāt plures compatres

compatres esse, ɔ̃hitur tñ compaternitas inter plures, c.quamuis.eo.tit.lib.6. Dicit tñ Io. An. super gl. in ver. ɔ̃hitur, q̃ tales peccant contrafacientes, quia faciunt ɔ̃ prohibitionem illius canonis, quod placet. Dic tamen ſm Ioã. And. q̃ vbi consuetudo non resistit, & fortius adsistit, q̃ illa est leuis culpa, & sic leuis indul-
6 genda. In fi. vltimæ partis gl. nostræ no. etiam q̃ in † pœnitentia non acquiritur proximitas sufficiens ad impediendum matri. & est expedita vtraque quæstio huius gl. in c. fi. eo. tit. lib. 6. & idem dicit de aliis sacramentis, excepto baptismo, vt est tex. & glo. in d.c. quamuis. videbatur tamen, q̃ tale matr. non deberet tolerari cum filia spirituali in pœnitentia. Nam presbyter, qui cum tali puella se carnaliter commiscuisset, punitur, si publicum est delictum, ac si propriam filiam cognouisset: quia si eps xv. ann. pœniteat, si sacerdos xiiij. an. nõ tñ deponitur, vt 30. q. j. c. omnes. & c. non oportet. dic ſm Host. eo. ti. in sum. §. fi. & ſm gl. hic, q̃ quãuis canones ita dicant, tamen non ɔ̃hitur tanta affinitas inter filios, sicut per baptismum. Quare cum nõ reperiatur prohibitũ, dic q̃ tenet mat. c. cum apud. de spon. Et vltimo cum dicit, q̃ illa est filia filii spiritualis, dic ſm casum propositum, vt hic dicit Io. And. & cum glo. alleg. c. omnes. quod dic vt ibidem not. per Io. An. nec ibi prohibetur matrimo. sed fornicatio, ſm vnum intellectum: ex quo sequitur quòd filius potest habere illam, quæ in penitentia confessa est patri suo. facit c. j. & quod ibi no. e. ti. li. 6.

De cognatione legali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio legalis quid sit.*
2 *Cognatio legalis quotuplex sit.*
3 *Adoptio fit coram quolibet magistratu: & quid de arrogatione impuberis.*
4 *Adoptare quis possit.*

¶Continuatur ad præcedentem. Visum est s̃. de cognatione spirituali, de legali videndum est, ſm Dama. & Goffr. Et de materia habetur 30. q. 3. c. j. Panorm. hic colligit ex rubro, iuncto nigro, q̃ lex ciuilis quandoq; inducit impedimentum habile ad impediẽdum & dirimendum mat. sed hoc procederet non ex dispositione iuris ciuilis, sed ex speciali approbatione ecclesiæ: vnde ius ciuile prohibet matr. inter pupillam & tutorem, & inter senatorẽ & subditam, seu rectorem prouinciæ, seu prouincialem. nihilominus de iure canonico tenet inter istos matr. quia ius canonicum specifice illas leges non approbauit. & ad hoc vide bo. glo.
1 30. q. 3. c. j. & per Host. in c. pe. & vlt. de secũ. nup. †Quæro primo, quid est legalis cognatio? Sol. Goff. eo. ti. dicit, q̃ est actus legitimus, per quem qui filius non est, pro filio habetur vel nepote vł vlteriore, ſm voluntatem adoptantis. Hos. autem dicit, q̃ legalis cognatio est ciuilis propinquitas, per quã reputatur quis filius, vel deinceps frater, vel affinis, licet vere non sit pene naturam imitans, ff. de adop. l. adoptio. & l. nec ei. §. quorum. & §. preterea.
2 ff. & instit. de adoptio. §. j. †Quæro secundo, quotuplex sit hæc cognatio legalis. Sol. ſm Goff. in sum. & Hos. duæ sunt species: vna transit in nomen speciale, & dicitur arrogatio: altera retinet no-
a men generis, & dicitur adoptio, [a] l. j. §. fi. ff. de adopt. & dic q̃ arrogatur paterfamilias, & talis arrogatus transit in potestatem patris, & acquirit talis arrogatus quasi omne quod habet filius naturalis: & suus adoptatur filiusfa. & remanet in potestate patris naturalis, abintestato tamẽ succedit patri legitimo & adoptiuo: & hoc est verum, nisi ab auo paterno vel materno fiat adoptio: nam tunc quia iura sanguinis, & iura ciuilis simul concurrunt, transit adoptatus in potestatem adoptantis, ſm Host. & Io. And. hic, qui ponunt versus.

Arrogo qui suus est, & habet meus esse necesse.
Patris adopto suum, sed patris permanet idem.

Probatur hoc ff. eo. tit. l. j. & ij. & in l. arrogatio. & Institu. eo. §. j. C. eo. tit. l. cum adoptiuus. & de hoc dicitur in c. j. in glo. & super
3 ea. Quæro tertio, coram quo habet fieri adoptio. Bar. dicit, q̃ †coram quolibet magistratu, ff. de adop. l. 2. ff. de offi. proconsl. l. 2. sed in arrogatione impuberis, quę fit auctoritate im̃piali, sunt quędam specialia, de quibus ff. eo. tit. l. si pater. §. fi. cum duabus ll. sequentibus. & l. non autem. & l. his verbis. & l. hic autem. ff. de lega. 3. de hoc etiam ibi in c. sequenti, in gl. & in j. & ij. q. super tex.
4 in c. j. †Quæro quarto, quis possit adoptare. Host. q̃ quilibet masculus sui iuris, siue habeat filios masculos siue non, dummodo illum, quem adoptat, præcedat annis xviij. vt sic omnino certũ sit potuisse illum generare. Nam necesse est, q̃ talis sit pater, qui generare possit alium saltem de facto, secundum Io. And. Ex cuius dicto apparet, q̃ presbyter quo ad patrimonialia sua adoptare potest sibi aliquem in filium: & ita tenet Panor. j̃. in c. j. argu. pro & contra, Instit. de adoptio. in §. illud. & in iuribus sequentibus. Hos. hic tamen dicit, q̃ ille §. non facit contra, sed solum dicit q̃ illi qui non possunt naturaliter generare, prout sunt castrati, non possunt adoptare. Host. & Io. And. hic dicunt, q̃ non, nisi ex causa per rescriptũ principis hoc fuerit impetratum, ad hoc l. nã & fœminæ, ff. de adopt. ad primum facit l. 2. §. illud. & l. si pater. §. fin. & l. sequens. & l. arrogatio. §. non tantum. Insti. eo. §. minorem. & q̃ presbyter possit adoptare, facit quod no. Panor. in c. præsentia. in 2. col. in argumẽto an appellatione filii veniat naturalis, s̃. de proba. quod no. Bar. in l. hæredibus. §. j. ad Treb.

ADDITIO.

a ¶Et dicitur adoptio. De materia adoptionis vide per Spec. in eo. ti. per totum. & de reb. eccl. non alie. ver. cæterum. & ver. seq. & Insti. & ff. de arrog. & C. de adop. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Frater non potest aliquem adoptare in fratrem vel sororem.*
2 *Adoptare aliquem in patrem quis non potest.*
Adoptandi forma.
3 *In arrogatione impuberis requiruntur aliqua specialia, & quæ.*
4 *Cognatio legalis an impediat & dirimat matrimonium.*
5 *Cognatio collateralium est apta impedire & dirimere durante adoptione: ea soluta non impedit, nec dirimit.*
Filius legitimus non potest contrahere cum sorore adoptiua, vel pronepte.
Filij duorum fratrum adoptiuorum an possint coniungi.
6 *Adoptio quomodo dissoluatur.*
7 *Adoptatus an transeat in potestatem adoptantis.*
8 *Filius illegitimus non potest copulari filiæ adoptiuæ, sicut nec filiæ spirituali patris sui.*
9 *Adoptiuus si contrahit cum legitima, an separetur matrimonium.*

CAP. I.



SI qua. Breue est. Io. An. non summat. ſm Card. sic summatur: Filia adoptiua non potest esse vxor fratris legalis, vł generalis. Cognatio legalis, donec durat, impedit & dirimit mat. h. d. An autem dirimat, dic vt in gl. But. autem dicit summando, nõ ɔ̃hitur mat. inter adoptatum & filiam adoptantis. No. q̃ ex actu adoptionis legalis quæritur cognatio: vnde si quis adoptatur in filium, efficitur frater filii naturalis vel adoptati: & sic inter fratres legales limitata causa limitatum ꝓducit effectum, c. de cętero. c. ex tenore. j̃. de sent. exc. Opponitur in eo quod dicit tex. de sorore adoptiua: non. n. quis potest adoptare sibi fratrem vel sororem, l. nec apud. C. de hære. insti. Solu. Card. dicit, hæc erat soror, quia adoptatus per patrem filii natu-
1 ralis, & sic frater est. Frater † non potest aliquem in fratrem vel sororem adoptare, d. l. nec apud. quia adoptio naturam imitatur, Insti. de adop. §. maiorem. sed non est naturale, q̃ frater possit a fratre descendere, sed filius vel nepos potest per naturam a patre vel auo descendere. ita hac ratione dixit Angel. in d. l. nec apud. quòd quis non potest aliquem sibi in patrem adoptare. Sed
2 quæro, cum in adoptione, vt dixi supra in rubrica, debet † interuenire auctoritas iudicis, vt dico ibi in glo. quid si non fuit seruata forma debita in adoptione: debet seruari hæc forma, videlicet quòd naturalis pater & legitimus veniat coram magistratu iudice auctorizante, & affiliabit sibi filiam extraneam. Facit de adoptionibus. l. 2. & ex quo est filia patris mei, & sic habebat ipsam ex alia vxore, soror mea est, & si Imperator potuit filiam facere per actum istum ciuilem non solennem: & multofortius Deus potest mihi facere filiam per spiritualem cognationem. vnde si hæc forma seruata non est, sed in domo per se coram vicinis pater meus hanc puellam recepit in filiam, sicut fit sæpe, non putant Hostien. & Ioan. And. per talem adoptionem impediri matrimonium vel contractum, vel contrahendum, vel tali filiæ, cui aliquod acquiritur: quia deficiente forma atque solennitate, deficit adoptio siue filiatio. ad hoc s̃. de rescrip. c. cum dilecta. in fi. s̃. de elect. c. quia prætor. §. alternam. hæc solẽnitas est de substantia, qua deficiente nihil valet actus, ff. de contrahen. emp. l. in venditionibus. & l. seq. & l. pacta. C. de proba. & l. non nudis. & l. non epistolis. in adoptione autem non requiritur verbum adoptati, sed in arrogatione sic: vnde infans non potest arrogari sed adoptari, l. j. & ij. & l. in adopt. & l. etiam infantes. & dicitur arrogatio, quia ille, qui adoptat, arrogatur, & interrogatur an id fieri patiatur, an velit eum, quem adoptaturus est, iustum sibi filium esse: & ille, qui adoptatur, arrogatur & irroga-
3 tur, an id fieri patiatur, l. 2. ff. de adopt. †Sed quæro, dixi s̃. in rub. quòd in arrogatione impuberis requiruntur aliqua specialia: quæ sunt ista specialia. dic quòd arrogatus non debet esse minor lx. an. quia si minor est, debet magis instare creationi liberorum naturalium, q̃ creatos quadã sibi fictione suos facere, l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adop. eo. ti. ibi tñ gl. arguit ɔ̃rium. Item non potest arrogare plures impuberes, non liberũ alienum, nõ maiorem

maiorem se, nec eum qui fuit in tutela sua, nec diuitem, cum ipse arrogator sit pauper, vel inhonestæ vitæ. Faciunt ad hoc iura, quę allegaui in 4.q.s̃.in rubro, videlicet l.si pater.§.fi.cum duab. legibus seq.& l.non aũt.& l.his verbis. & l.hoc aũt. & ita demũ permittatur arrogatio, si arrogator nãli affectione vel affectione sanctissima ad hoc procedere videatur: & requiritur vt arrogator satisdet seruo publico, i.notario de restituendis bonis illis parentibus, ad quos bona peruenissent, si in statu suo permãsisset arrogatus. & propter hoc prouidetur substitutis & legitimis hæredibus arrogati, & legatariis, & fideicommissariis, ꝙ agere possunt mortuo arrogato: qua cautione & stipulatione omissa agi põt vtili actione, & ex stipulatu, & sic hereditas vel legata petantur ex stipulatione tacita vel expressa, ff.e.ti.l.si pater.§.vlt.& l.seq.l.non aliter.& l.his verbis.& l.hoc aũt. nam actione ex testamẽto agi non põt ex pupillari substitutione, vel petitione hæreditatis, quia pupillaris substitutio euanuit minima capitis diminutione pupillari, quæ contingit per arrogationem, cũ mortuus sit pupillus in ptãte aliena: secus si sui iuris decessisset, ff.eo. ti.l.nec ei.§.eorum.& Insti.qui.mo.testa.infir.§.alio. & §.non tñ. Host.in sum.§.quod species.in ver.est speciale. Venio ad gl.quæ tangit materiam decretalis.& gl.quæ est vnica. Primo arguit ꝯ,
a ꝙ cessante cã cessat effectus.[a] Secundo ponit dñam inter adoptionem & arrogationem, ibi, no.ad intelligentiam. Tertio ponit de ascendentibus & descendentibus, an ꝯhere possint, ibi, inter ascendentes.& interserit coram quo fieri hẽt. Quarto ponit de adoptato, an possit copulari filiæ adoptantis, ibi, item posset dici.& arguit, ꝙ põt, sicut cum illegitimo.& recitat opi.ꝯriam, quã approbat. Quinto ponit, quid si adoptans durante adoptione ꝯhat cum legitimo.ponit opi.& sol.In gl.ibi, sed si qui.ibi, ad literam.ibi sunt verba, quę hñr in tex.nostro.Ibi, i.per adoptionem. sequitur, quęsita fraternitas impedit nuptias, q̃ diu manet adoptio.Ibi, nec transit in ptãtem adoptantis, l.vlti. ff.de adop.sequitur ibi, si remanet in ptãte, vt nullum ex pristino retinetur vestigium.Not.primo ex gl.in secunda parte de duplici cognatione. Io.An.addit tertiam speciem, & dicit ꝙ alia est carnalis cognatio, de qua ĩ.in ti.2. & sic quædam est spũalis cognatio, & quædã
4 legalis, & quædam carnalis.No.in 3.parte, ꝙ † licet soluatur adoptio, semper durat impedimentum inter ascendentes & descendentes, vt in iur.alleg.in gl. & est alia prohibitio perpetua inter adoptatum & vxorem adoptãtis, ff.de nup.l.adoptiuus. in fi.fm Goff.Inn.& Host.hic.ipse tñ Hosti. hic dicit quosdam dixisse, ꝙ non separatur mat.nisi q̃n filia vel soror est ducta: quia de pluribus speciebus non exprimitur in canone notato in prin. gl.nostræ.verius tñ vr̃ fm Host.ꝙ qua rõne de istis exprimitur, eadem rõne hoc ẽt de aliis intelligendum sit, arg.de consti.c.translato. non sine ministerio loquitur ita gñaliter, optat tñ Hos.ꝙ hec ꝓhibitio reuocetur: & idem optat de publica honestate, ꝙ reuocetur, videlicet impedimentum publicæ honestatis.facit quod no. in c.iuuenis.& ibi dixi, s̃.de spon.Et aduerte, ꝙ Host.in sum.§.fi. eod.ti.dicit, ꝙ triplex respectus hr̃ in adoptione: nam ibi ꝯhitur cognatio ascendentium & descendentium, quæ consideratur inter adoptãtes: nam loco filii, nepotis, & pronepotis, & deinceps adoptari põt quis: cognatio vero collateralium attenditur inter illum, qui adoptatur, & illos quibus agnoscitur, i.qui sunt in ptãte adoptantis ipsi adoptato ex latere venientes: & sic nãles & legitimi ipsius adoptantis ipsi adoptato vel arrogato, ff.eo.l.qui in adoptione.& aliis pluribus legibus.Hec affinitas aũt attenditur inter vxorem adoptãtis & adoptatum: ibi.n. nulla cognatio est, vt ff.de adop.l.qui in adoptionem.& tñ est affinitas fm Host. in sum.facit ff.de ritu nup.l.adoptiuus. & l.nihil interest.ascendentium & descendentium cognatio impedit mat. ꝯhendum, & dirimit iam ꝯctum durante filiatione, & soluta ẽt per emãcipationem vel alio mõ.& idem in affinitate legali, d.l.adoptiuus. & l. nihil interest.& l.seq.ff.eo.ti.Inst.de nup.in §.ergo.& §.affinitas.
5 Collateralium † cognatio impedit mat.ꝯhẽdum, & dirimit ꝯctũ durante adoptione: ea soluta non impedit nec dirimit, vt in c.ita diligere.30.q.4.& c.post susceptum.ergo ex his patet, ꝙ filius legitimus non põt ꝯhere cũ sorore adoptiua vel pronepote. Quid aũt de filiis duorum fratrum adoptiuorum, an coniũgi possint. vide pro hoc Host.in §.fi.eo.titu.ver.collaterum.& vr̃ ꝙ sic, cũ nec nãli iure, nec ciuili videantur coniũcti.vide ibi per eum, vbi ponit opiniones, & allegat iura, & aliquid dico ibi in fi.glo.in ver.
6 sed nunquid filii. Sed ego quæro, quõ † dissoluatur adoptio.dic ꝙ per emancipationem, q̃ est, q̃n extra manum patriæ ptãtis ponitur filius, ff.eo.l.emancipati.& Insti.qui.mo.ius pat.potest.sol.§.præterea.& iudex est competens ordinarius, & qui hoc hẽt ex ꝯsuetudine, vt C.de eman.l.j.& vlt.& ff.de manu.vin.l.j.§.vlt. & speciali priuilegio principis, arg de excess.præla.c.accedentibus.& c.emancipatio.voluntate patris & voluntate filii concurrentib. & vtriusq; præsentia.& si quis aliquem velit emancipare infantem, qui consensu caret, dẽt auctoritate rescripti impetrari: si aũt consensum non hẽt filii emancipandi, sufficit ꝙ eius præcedens vel subsequens consensus interueniat, fm Host.in §.& qualr.in sum.eo.ti.ver.quid si quis filium absentem.nec princeps concedit rescriptum in præiudicium alicuius, l.nec auus.C.de emanc. lib.c.super eo.de off.del.& in Auth.quib. mod.nat.effi.legi.in §. gñaliter.col.7.Nec cogitur filius emancipari, nec filius consentire, fm Host.sicut & consensus nudus requiritur nec solu.nec nudæ epistolæ & sine solennitate factæ, C.de proba.l.nõ epistolæ. C.de emancip.lib.l.non nudo.& l.vltra.ff.de adop. causalr cogit emancipare pr̃ filium, si verberibus ꝯ pietatem afficit, si compellat eum in corpus suum peccare, si filius impubes est arrogatus, & factus pubes, probat expedire si sibi nõ esset arrogatum: si pr̃ agnouerat legatum sibi tali mõ relictum, vt filium suum emanciparet, ff.si quis a paren.fuerit manumi.l.diuus.& ff.de cond.& demon.l.si cui.C.de epis.aud.l.si lenones. Dic ẽt fm Host.vbi s̃. ver.soluitur.ꝙ adoptio soluitur morte naturali, si is, qui adoptat, tpe mortis sui iuris erat, Insti.quib.mod.ius pat. pot.sol.§.j.ff.eo. l.si pater.Item soluitur morte ciuili, cum pater damnatur in metallum, vel in opus metalli, vel deportatur in insulam: nam si relegatur, nihilominus retinet liberos in ptãte, Inst.quib mod.ius pat.pot.sol.§.cum aũt.& §.pœnæ. item propter delictum ẽt sine amissione ciuitatis, vt si ꝯxerit incestas nuptias, in Auth.de ince. nup.sciuus. Item soluitur dignitate, quæ liberat curialem a curiali conditione, vt si fiat patritius, consul, præfectus prætorio, præfectus vrbis, præfectus orientis, præfectus augustalis, & cæteris dignitatibus, de quibus per Host.in §.qualiter.in fi.sum.eo. ti.Item si fiat eps, l.vlt.C.de decurio. lib.x.& in Auth. constitutiones, quæ de dignitatibus.§.pe.col.7.& Insti.quib. mod.ius pat. pot.sol. §.filiusfa.Item si feratur sñia ꝯ patrem petentem filium, pro emancipato hr̃, l.Iulianus.ff.de cond.indeb. & per Inn.in c. plerique.de immu.eccl.licet in ptãte remaneat: sed sñia lata tol-
7 lit effectum, fm Host.vt s̃.† Reuertor ad quartam partem glo. ista no.ex ea, ꝙ filius adoptatus non transit in ptãtem adoptãtis. ista fuit opi.But.gl.tñ ibi, vt alii dicunt, mutat opi.& quidam, Inn.& Pet.vñr tenere primam partem, & intelligunt, ꝙ in lr̃a de sorore arrogat, quæ transit in ptãte arrogãtis.vñ cum dicit lr̃a, soror mihi esse cœpit, quia pater arrogauit eam: do. Ant. tenet secundam partem, & bene, quia iste tex.loquitur indistincte non distinguẽdo inter adoptatam & arrogatam. Item Card. Flo. quia licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, surgit tñ cognatio legalis.facit quod dixi s̃.in rubr.& hoc vult gl.hic.& cum dicit hic gl.alii dicunt: dic ꝙ Tanc.Gof. Vinc.Phil.Host.Spe.eo.ti. in fi.prin.& Io.An.hic transit simpliciter recitando: sed est cõis opi.propter tamen diuersas opin. si quæ consuetudo esset, circa hoc esset seruanda.& dicit Car.Flo.vbi gñaretur scandalum, esset seruanda consuetudo, ex quo non obseruatio consuetudinis
8 scandalum inducit.facit c.super eo.cum ibi no.ti.præced.† In ea. gl.ibi, & sic põt dici, ꝙ filius legitimus.no.gl. ꝙ filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: secus dicit in filia spũali, cui non copulatur ẽt illegitimus.idem tenet Inn.hic.c.fi.ti.proxi. & c.ꝯcto.fm Io.An. in c.Martinus. nam si inter parentes filii illegitimi, & leuantem illum filium ꝯhitur compaternitas, eadem ratione inter ipsum filium & leuantem, fm Io.An. hic in verbo, spũali.dicit idem respectu filię adoptiuę, quia illegitimus non potest sibi copulari: nec procedit ratio, ꝙ filius illegitimus nõ sit in potestate, per ea quæ dixi s̃.in 4.parte gl.de prohibitione inter adoptatam & filium.& hoc videtur tenere hic But.cum transeat cũ eo quod s̃.dixi proxime de prohibitione inter adoptatum & filiam adoptantis.& firmat hic Car.in ea.gl.ibi, quæ dissoluuntur. per emancipationem, si est facta coram competenti iudi. vel illo, cui competit de consuetudine, & ipso hoc auctorizante, l.j. & 2.C. de emancip. lib. non enim sine iudiciali auctoritate dissoluitur, ita non contrahitur adoptio.ita in c.omnis res. de reg. iur.facta ergo tali relaxatione, tollitur adoptionis effectus, de appellat. c. cessante.de pact.l. quod dictum.& vide quod latius dixi in tertia parte glo. In ea. glo.ibi, sed nunquid filii adoptiui. no.glo.ibi, & dicas quòd multo magis filii duorum fratrum adoptiuorum possunt contrahere inuicem in matri.cũ nec naturali iure, nec ciuili tales videantur coniuncti, Insti.de nupt.§.species aũt.& §.duorum.l.in celebrandis. C.de nup.& sic hẽtis vr̃ esse ctum,

ADDITIO.

a ¶Effectus. Quando autem cessante causa cessat effectus, vide Old.consi.225.& per Bal.in l.generaliter.5.col.ver.ex prædictis determinatur. C.de epis.& cle. & clarius ibidem in 4.colu; ver.reuoco igitur.& in Specu.de alleg.& dispu. ver.cessante.

ctum, quę operāt dies circa nuptias, cōputāta gradum de iure ciui. quia in cognatione legali solum vsq; ad illum gradum impedimentum durabit etiam de iure cano. & fiet computatio ſm ius
9 ciuile, quod no. perpetuo. †Vltimo in fi. gl. no. gl. ꝙ concludit ſm vnam opi. ꝙ matri. separatur, si adoptiuus ɔ̄hit cū legitima. Spe. eo. ti. in prin. tenuit primam partem gl. & idem videtur ibi consentire Io. An. in addi. & quod hic se remittit, dicēs ꝙ si separat, separatio videretur frustratoria, cum facta dissolutione per emancipationem statim posset ɔ̄here. & ſm eum arg. huius literę, in verbo, consentire. dici potest ꝙ statim emācipatione facta tenet matri. sumpto hoc a ɔ̄rio in litera ibi, quam durat &c. Io. de lig. tenet secundam partem gl. nihil inducens: sed pro eo facit ſm Car. quia impedimentum adoptionis videtur esse perpetuum, pōt enim esse ꝙ nō soluetur adoptio, nisi morte adoptati vł adoptantis. sufficit ergo ꝙ potest esse perpetuum, ff. de cond. inde. l. sufficit. Facit in simili quod no. gl. in cle. 2. de rescr. dum v ult ꝙ officialis ad beneplacium, quia posset durare in tota vita sua, censetur perpetuus. licet q. sit dubia, cōis tñ j. opin. est, quam tenet Ioan. And. cum quo transit But. & Car. hic. facit ꝙ edictum de matri. est prohibitorium, de spon. c. cum apud. & facit quod no. gl. nosta proxime ibi, sed nunquid filij adoptiui &c. Et hanc gl. nostram habes ad contex. 30. q. 3. in summa.

De eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quot modis cognoscatur carnaliter.*
2 *Affinitas, vel quædam publicæ honestatis iustitia oritur inter vxorē & maritum, qui post contractum matrimo. cognoscit consanguineam vxoris suæ, non tamen dissoluit matrimoniū: priuatur tamen maritus exactione coniugalis debiti.*

Viso s. de cognatione spirituali & legali, nunc de carnali videndum est. & quia ex copula consanguineæ vxoris oritur affinitas & cognatio, de qua dubitari posset, an matrimo. dissoluat, ideo
1 post illam congrue ponitur hæc rub. †Quot modis cognoscatur mulier carnaliter: dic ꝙ aliquando fornicarie, aliquando adulterine, aliqñ incestuose, aliquando conturberniose, aliqñ mōnstruose. Primum, quando soluta ab eo cognoscitur, quē posset hēre in virum, s. de elec. c. innotuit. j. rñ. & c. fi. de fil. pres. Secundum est, cum nupta aliquem adhibet, c. cām quæ. j. qui fi. sint le. & de adulte. per totum. Tertium, quando admittit consanguineam vel affinem, vt in hac rubri. & de diuor. c. significasti. Quartum, quādo presbyterum admittit, s. de cle. coniu. c. sane. Vltimum, qñ ɔ̄ natutam cum vxore propria, ꝙ melius est tacere, ſm Ho. in sum. §. j. in
2 fi. †Quæro secundo & vl. si post ɔ̄ctum matri. quis cognoscit cōsanguineā vxoris suæ, an oritur affinitas inter ipm & vxo. Goff. hic dicit ꝙ sic, vel oritur quædam publicæ honestatis iustitia, sed ꝙ nihil superueniens matri. præter ingressum religionis soluit vinculum matrimonij. Idcirco talis affinitas, vel publicæ honestatis iustitia superueniens non dissoluit matri. quemadmodum dicimus de affinitate spirituali superueniente matr. c. ɔ̄cto. s. ti. præceden. exactionem tñ ɔ̄iugalis debiti interdicit, vt in iuribus superius alleg. in j. q. & dic ꝙ hoc hēt locū in consanguinea vsq; ad quartū gradū, ſm Gof. hic, & facit c. nō dēt. de ɔ̄sangui. & affi.

SVMMARIVM.

1 *Incestus committitur cum consanguinea vxoris.*
Affinitas oritur etiam ex copula ignoranter habita, tamen non est punibilis ex parte ignorantis: vnde nō priuatur facultate exigendi debitum, nec inhabilitatur ad matri.
2 *Episcopus in aliquibus casibus dispensat, ꝙ incestuosus possit matri. cōtrahere.*


CAPI. I.

SI quis cum. Breue est, ideo Io. An. nō sum mat. & dicit Hosti. hic, ꝙ tria quærunt & soluunt. Et primo, an qui cognouit filiastram, possit exigere debitum ab vxore. & dicit ꝙ non. Secundo, an quis possit habere filiastram in vxo. & dicit ꝙ non, quia in hoc obstat affinitas & publica honestas, quarum quęlibet per se sufficit. Tertio, an filiastra, vel ipse nunq̄ possit ɔ̄here matri. cum alijs. & dr̄ ꝙ non, & hoc propter incestum, vt in gl. si tñ ɔ̄hunt, dicite vt in ea. Abbas tñ hic summat totum ti. & hoc dicit: Affinitas superueniens rumpit spon. de futuro, sed non dissoluit matri. de p̄senti. non diuiditur. In tex. ibi, filiastra. i. filia vxo. quę alio nomine vocatur priuigna, ſm Io. And. j. e. c. transmissæ. In tex. ibi, nunq̄ ꝑꝑ affinitatem & publicam honestatem. facit quod dixi in rub. ſm Gof. Not. hic tria principalia dicta. Item no. secundo, ꝙ copula vxoris impedit matri. cum consanguinea vxoris. Et no. iuncta rub. ꝙ hoc nomen consanguineæ late sumitur pro qualibet, quę descendit de latere vxoris, vel coniuncta est consanguineæ: & hoc ex affinitate & publica honestate, vt dixi in rub. & hoc tale
1 impedimentum perpetuum est. †No. vltimo, ꝙ crimen incestus committitur cum consanguinea vxoris. faciunt iura alleg. in gl. ꝙ crimen priuat quē ꝑtāte ɔ̄hendi matri. si tñ ɔ̄hit cum non incestuosa, valet. In gl. fi. quæro, quid si filiastram cognouit ignoranter. gl. in ver. scienter. expedit hoc pro & ɔ̄. facit c. discretionem. j. eo. ibi ſm Host. facit, quia cum eo viro nō est incestus ꝑꝑ ignorantiam, c. 3. alleg. in gl. nostra ſm Ala. affinitas tñ insurgit. & ex hoc facto in c. discretionem. ſm Host. & Io. An. hic. Panor. ꝙ non priuaretur facultate exigendi debitum, nec inhabilitaret ad ɔ̄hendum mat. pro quo vide bo. tex. in c. lectum. 33. q. 2. & facit c. inebriarunt. 15. q. j. in fi. gl. ibi, teneret matrim. & hoc probatur
2 in c. transmissę. & in fi. glo. † Sed quæro, quis poterit dispensare. So. de Papa non est dubium, cum istud sit impedimentū iuris positiui. ad hoc c. proposuit. de conces. præben. De epo puto, ꝙ aut commissum est verum crimen incestus, & non potest dispensare, nisi rōne iuuentutis, quo casu dispensare potest. & pro hoc alleg. c. si duo. in fi. 32. q. 6. aut nō est proprie crimen incestus, vt puta quia admissum cum consanguinea spōsæ, & tunc poterit eps dispensare etiam circa iuuentutē. sic intellige c. j. proxi. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Incestus reputatur maius crimen quam adulterij.*
2 *Incestus cōmittitur, etiam si quis cognoscit consanguineam sponsæ de futuro.*
3 *Incestus proprie non est, nisi cum affinibus & consanguineis.*
4 *Incestuosus licet prohibeatur contrahere, si contrahit, valet matrimonium.*

CAP. II.



VEniens. Affinitas superueniens soluit sponsalia de futuro, matri. non, & incestuosi ɔ̄here nō possunt. h. d. ſm Io. An. No. primo, ꝙ culpa cum consanguinea sponsæ q̄. q̄. fornicaria creat affinitatem, ex qua sponsalia soluuntur cum sponsa ante copulam. No. 2. a ɔ̄rio, ꝙ affinitas superueniens non tollit sponsalia de pręsenti.
1 †No. 3. quod maius reputatur crimen incestus quam adul-
a terij, [a] ideo maior culpa & pœnitentia imponitur, vt hic. †Not.
2 4. ꝙ crimen incestus committitur, etiam si quis cognoscit consanguineam sponsæ de futuro, tamen videtur ꝙ ex solis sponsalibus de futuro creatur affinitas, nedum impedimentum publicæ honestatis, vel aliquid loco affinitatis, ex cuius iniuriosa copula cum coniuncta creatur crimen incestus, quod inhabilitat ad ɔ̄hendum, nisi dispensetur. Nota in ver. ex dispensatione. ſm Ioan. An. ꝙ vbi aliquid est ɔ̄ ius, siue agatur de clericis, siue de laicis, necessaria est dispensatio, ſm Inn. hic. de quo se remittit hic Io. An. ad c. cum monasterium. s. de sta. mo. super vlt. glo. ad fi. & ex hoc infert hic Io. An. ꝙ si episcopus iniuste cōfert beneficiū, ꝙ licet dispensare posset iniuste, tñ conferendo non dispensat, sine non vr̄ dispensare. Facit quod ipse no. in c. 2. de schisma. & in c. veniens. de fi. presbyte. & vtrobique per Inn. facit quod no. gl. in c. literas. de conces. præben. habetur in c. diuersis fallacijs. de cle. coniug. per Imo. & moderniores in l. quidam consulebat. ff.
3 de re iud. †Vltimo no. ꝙ quoddam est crimen incestus proprie, quod ɔ̄hitur cum propria cōsanguinea, & hoc est indispensabile. quoddam est, quod surgit ex copula cum consanguinea vxoris, & hoc est dispensabile. proprie tamen incestus non est nisi cum affinibus & cōsanguineis, §. cum ergo. 26. q. j. Pan. hic post alios. Quæro de intellectu literæ in ver. cæterum. Io. An. declarabat exponendo versi. cæterum si sponsam cognouit, antequam matrem, nunquam eam. s. matrem habere poterit. Car. Flo. legit hunc ver. cæterum si sponsam cognouit antequam matrem, & si vtranque cognouit, nunquam eam, s. sponsam quę tamen hoc casu vera est vxor, potest accipere, s. cum effectu, debet enim moneri ad continentiam, j. eo. c. discretionem. & c. fi. si tñ nō potest induci ad hoc, cohabitet vxori, vt in iuribus pręalleg. vel aliam, scilicet non poterit accipere, s. mortua sponsa, ad hoc, quia incestuosus est, hic tamen si contrahit ea mortua, valet, vt no. in cap. præce. & repete ver. cæterum si sponsam cognouit post matrē, nunq̄ eam sponsam potest accipere, & hoc proter affinitatem præcedentem ex copula cum matre, nec aliam potest accipere, quia incestuosus est, & hoc impedimentum non est perpetuū, j. eo. c. transmissę. & hoc est etiam de mente Bu. super gl. fi. hic. & vide Host. in sum. e. ti. §. 2. per totum §. Venio ad gl. & gl. j. opponit, ꝙ dato ꝙ cognouerit matrem, non soluitur matri. vt in c. discretionem. Glo. solu. & in fi. gl. cum dicit ibi, de futuro. idem dicit Host. de præsenti, & tunc exponit quod dicit litera, eum non posse

ADDITIO.

a [a] Quam adulterij. Adde l. si adulterium. §. j. ver. duplex. de adul. 27. q. 2. adulter. & Alex. in l. 2. in prin. de verb. obli.

posse cum alia ɔ̃here matri. intellige mortua prima ſm eū. & cū hoc transit Bu.Car.Flo.Tertio opponit & sol.In fi.gl.vult dicere ꝙ mater erat vxor patris huius puellæ,ſm Io.And. pōt enim dici ſm But. ibi, non nupta, quia cōmisit incestum propter publicæ
4 honestatis iustitiam.†Glo.in verbo,ex dispensatione.opponit & soluit.& no. Car. quia licet incestuosus ꝓhibeatur ɔ̃here,si ɔ̃hit, valet matri.Glo.in verbo,antequā matrem. quærit, quid si prius cognouit sponsam q̃ matrem, an possit habere matrem vel aliā. Sol.ꝙ non,quia erat matri.præsumptū fortificatum,quod si tp̄e, quo cognouit filiam huius mulieris, hæc filia adhuc non erat sponsa, tunc ſm Io.An.super hac gl.non erit matri. pſumptum, sed si prius cognouisset,& postea desponsasset de futuro prius q̃ initiaret copulam cum sponsa,cognouisset matrē, tunc soluta essent sponsalia,nec tunc filiam habere posset, nec cum alia ɔ̃here posset ꝓpter incestum.& ſm hoc intellige Io.An.hic. Gl.in verbo,eam.quærit de intellectu huius ver. & soluit. & cum gl.exponit eam,s.sponsam. Dic ꝙ in hoc non tenetur, per text.j.eo.tit.c. discretis.& c.vlt.dicit Io.An.hic.Ideo quia nō habebit illam, sed illa habebit illum:ipse enim nō poterit exigere,sed tenetur reddere,vt dictum est ſ̄. in c. proxi. & sic erit viro matri. onerosum. Sed ɔ̃ hoc opp.ꝙ immo possit exigere,ſ̄. de cōiu. lep.c.qm̄. in fi. So.ſm Io.An.quod hic nascitur solum ex proprio delicto,ibi aūt potest oriri ex casu fortuito,qui non imputatur, de homi. c. Ioā. vel dic ſm eundem, ꝙ quāuis non debeat petere vt hic,tñ tenet reddere vt ibi:quod tā intelligit ſm ea quæ no.in c. transmissæ.j. eo.in fi.dic vt ibi ſm Host. & Io. An. Glos.vlti. quærit de duobus & soluit. & pro eius declaratione & tex. vide quod dixi ſ̄. in j.q. & Hosti.in summa,eodem ti.§.2.

SVMMARIVM.

1 *Differentia an sit inter publicum & notorium.*
2 *Probatum testibus dicitur notorium iuris.*
3 *Affinitas probatur ad dictum vnius legitimi testis apta impedire matri.cōtrahendum.*

CAP. III.

DE illo, qui. Non separatur matrimon.ad dictū vnius asserentis affinitatem inter coniuges precessisse.h.d.Non diuiditur,quia tota est
1 sub vno constructu.† No.primo differentiā inter publicum & notorium.dic vt no.in c.vestra.de coha.cle.& mul.& vtrobique habet vim probationis: & quantum ad hoc ponūtur pro eodem.Inn.autem vr̄ hic sentire,ꝙ hic ponuntur pro distinctis.publicum enim dicit id,quod probari possit, sed hoc nō ꝓcedit per id,quod sequitur,idoneis testibus.quare primum vr̄ verius ſm Car.Flo.& Host.hic dicit,ꝙ notorium hic dicitur, vt qa eam publice tenebat.C.de nupt.l.si vicinis.& parentela notoria
2 erat.de diuor.c.porro. † No.2.ꝙ probatum testibus non dr̄ noto-
a rium, [a] nisi dicas ꝙ est notorium iur.dic vt habetur in c.cū olim. de verb.signifi.& in c.vestra.de coha.cle.& mu.in c.ex insinuante.vbi dixi,qūo acta faciunt notorium,ſ̄.de appel.Et no.ꝙ de eo, quod notum est iudici vt notorium, pōt iudex ferre sententiam sine testibus,etiam si sit notorium facti transeuntis, probatur ꝑ hūc tex.ſm Pan.facit gl.in l.j.C.qui & aduer.quos.per Bar.Bald. & Ange.in l.si vnus.§.pactus. ff.de pac.per Do.Anto.in c.bonæ. el j. ſ̄.de postu.præla. Vltimo no ꝙ non auditur quis,si probare non potest quod intelligit cum effectu, ſ̄.de concef.præben. ca. cum super.& dicit Inn.ꝙ isti sanctius est tacere q̃ opponere, ex quo non potest probare,6.q.7.c.plurimum. dictum enim vnius rīr non viuificat nec condemnat, 33.q.2.c.admonere. c.licet vniuersis.ſ̄.de test.& est arg.hic ſm But. ꝙ iudex pōt in princ. interrogare, quas probationes intendit producere actor vel reus, & si dicat,ꝙ velit producere tales, quæ apparēt iudici insufficiētes, pōt ab agendo repelli.facit in arg.c.cum contingat. de offi.dele. gl.in cle.ɔ̃stitutionem.ibi Do.de ele.l.ad probōnem. C.de prob. Gl.vnica oppo.& soluit.in fi.gl. cum dicit, ꝙ sola hæc confessio non præiudicat,& ideo tex.dicit illa occasione, non dicit cā. est enim differentia inter occasionē & causam, in c solitę.ſ̄.de mai.
3 & obed.ſm Ala.& Io.An.†Et no.ex gl.ꝙ ad dictum vnius legitimi testis probatur affinitas quo ad impedimentum matri.ɔ̃hēdi, c.præterea.alleg.in gl.facit quod no.Hosti.in sum.de spon.§.qualiter dissoluitur.ver.item tertio,secus si iam ɔ̃tum esset,in c.sup eo.j. eo. tit. Nunquid autem per extraordinariam pollutionem ɔ̃hatur affinitas,vel impedimentum publicæ honestatis, dixi in c.iuuenis.& c.ad audiētiā.ſ̄.de spō.facit 33.q.5.exordinaria. vide ꝑ Ho.in sum.de despō.imp.§.& ꝙ spō.ver.spō.ergo &c.Sequit tex.

ADDITIO.

a Non dicitur notorium.Adde quod notorium causatur ex cōfessione iudiciali, l.ictus fustium.ff.de infa.Bal.in l properandum.in fi.princi.C.de iud.non ex confessione pœnitentiali facta sacerdoti, Car.in cle.j.quæst.19.de sepult.Item ex sententia,l.emptorem.ff.de act.empt.Bal.in l.cum fratre.C.ad Sille.& eod. titu.de cohab.cler.& muli.& An.de Bu. & Imo.in c.j. vt lite non contestata. vbi dicunt verum esse,si sententia posset retractari.& Ale.in d.l.emptorem.& Ang.in q.astensis miles.in prin.Item magis de facili ex edictis, quam ex voce præconis,in aucten.quod semel.& ibi Doc.C.quomodo & quando iudi.item ex actis & probationibus factis,Inno.in d.c.ex insinuante.supra de appella.& Paulus de Cast.consi.39.Bal.in auct.ad hæc.C.de vsuris.per l.qui sententiam. C.de pœn.& Bal.in l.j.C.qūo & quando iu.Petr.de Su.in l.ciuis. C.de appel. item ex facto coram principe,l.omnium.C.de testa.& ibi Baldus.& Doc.item ex probatione testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, ex quibus non oritur,Bal.in l.fi.3.q.C.de edi.di.Adr.tol.item ex actis post cōclusum in causa,non ante,gl.sing.in c.significauerunt.ver.relinquere.de testi.& ibi Io. de Imo.& Abb.Sic.& tenet Domi.Phil.in d c.ex insinuante.de app. & Alexā. in l.naturaliter.§.nihil.char.8.C.de acqui.pos.nisi ex confessione,quæ inducit notorium etiam ante conclu.in causa,non autem aliæ probationes, prout no. hic.ad quod adde etiam Ro.decisio.385.& Anto.de But.in c.cum dilectus de causa poss.& propr.item notoriū crimen fit,eo quod quis in eo deprehendit, Barto.in l.fur.ff.de furtis.Ab.in c.tertio loco.de proba.item ex eo quod actus in publico geratur,qui sciri,& in notitiam venisse præsumitur, l.sed si pupil. & ibi Alex.post Bar.ff.de insti.& no.in c.j.de postula.præla.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,videlicet.est expositiua dictionis,seu orationis præcedentis.*
Et de dictione,idest.
2 *Incestuosus non potest exigere debitum.*
Et quid si exigit,an vxor teneatur reddere.

CAP. IIII.

TRansmissę. Hoc dicit, Incestuosus matrimo. contrahere non dēt, si ɔ̃hit,tenet. Et sunt duæ partes.In tex.ibi,ver. priuignā.quæ filiastra vocatur,ſ̄.e.c.j.In tex. ibi,cognouit scienter.vt in fi.ſm d.c.j.& si cōmisit incestum,debēt agere penitentiam,vt in fi.ſm Host.In tex.ibi,illicitam. hoc est feram siue crudelem rē. In tex. ibi,in vxorem,quam duxit post mortem primę. In tex.ibi, incestū.quem cōmisit post mortem primæ vxoris.In tex.ibi, adulterium,cum priuigna post ɔ̃ctum secundæ vxoris.In tex. ibi, cum ea vxore.quam duxit post perpetratum incestum. Ibi, ei vxori.s.
1 legitimę.†Not.primo de dictione,videlicet. quę est dictionis seu
a orationis præcedentes expositiua,concor.c.statutum,[a] de heret. li.6.gl. in c.2. de priui. li. 6. dicit ꝙ post duo diuersa non exponit oīa pręcedentia. Facit tex.in c.tua.ti.seq.& licet sit expositiua,nō posita inter genus & speciem stat restrictiue.Bart.in l.quæsitum. §.fi.ff.de fun.instruc.& instru.leg.Panor.in c.sedes.in pen.col.de rescr.Dictio aūt,idest,pariter expositiua est,vt in c.2.de verb.sig. No.2.ꝙ eodem actu quis potest committere incestum & adulterium.facit 27.q.2.c.virginibus.& de quo licet puniendus est in foro pœnitentię,& arbitraria erit penitētia, vt in fi.litere,debet tñ ibi adhiberi moderamē,j.di.c.si quis diaconus.de pœni.& re.c.significauit.ſm gl.Gof.Host.& Io.An.hic. No.3.ꝙ peccat rediens ad peccatum post confessionem,& æquiparatur ei,qui ad vomitum redit.concord.de pœn.dist.3.c.si autem.& c.irrisor.ſm Hosti. hic.No.4.ꝙ incestuosus & adulter post incestum priuantur exactione debiti. Nota quinto, ꝙ vir priuatur exactione debiti, tñ tenetur administrare vxori necessaria,i.alimenta, si vxor continenter viuat, ſm Io.An. ne propter hoc maritus lucrēt fructus, ff.de iur.do.l.dotis fructus.de vsu.c.salubriter.Vlti.ꝙ incestuosus matri.ɔ̃hit.de hoc in gl.fi.Opp.ɔ̃ text. vbi dicit, cum graui dolore cordis &c.vbi videtur pręsupponere impossibile,nam ista videtur obligatio ad impossibile, ergo non valet, c. fina.ſ̄.de pac. regula,impossibilium.de reg.iur.itē tex.vult,ꝙ requisitus debeat reddere debitum:ergo iste erit in peccato.Gof.sol.dicens, ꝙ dēt cōdolere, & ad vxorem suam redire,vt videatur magis pati quā agere,6.dist.c.testm̄.7.q.j.c.scias.c.sacris.ſ̄.quod met.cau. c.olim. el 3.ſ̄.de rest.spo.& sic nō habet vxorem, sed vxor habet ipsum, vt no.ſ̄.eo.c.veniens.quod intelligit Host. qñ continere potest, alias de licentia ecclesiæ poterit exigere debitum, sicut etiā ɔ̃trahere,cum maius sit ɔ̃here q̃ exigere:ergo &c. Sed potest etiam talis de licentia ecclesiæ ɔ̃here,vt euitetur peius, vt no.ſ̄.eod.c.veniens.si autem non potest continere, tunc debet dolere saltem qñ exigit debitum,nō autem qñ reddit, alias vix poterit iste hāc pœnitentiam seruare,nec esset pœnitentia, quæ ad impossibile obligaret, per iura præalleg. vel si non potest dolere in ipso accessu ad vxorem, debeat dolere ante actum & post, non autem doleat de solutione debiti, quia facit quod debet, sed doleat de peccato per se commisso,quod ipsum tali copula reddidit indignum,de pœni.dist.3.c.pœnitentia.ſm Host.& per hoc tollitur ɔ̃rium de impossibilitate:& ꝙ sufficit dolere ante actum,probat tex.ibi,non sine dolore accedat. ſm Cardi.& But. Et per prædicta ha-

ADDITIO.

a Capi.statutum.Et ibi vide Gemi.Et adde l.cum quidam. §.j.de vsur. & Bar.in l. j.ff.ad leg.Aquil.

cta habetur, an cum incestuoso possit dispensari, vt ꝯhat, quia ꝑ
prædicta habes ſm Hostien.s̄.qui distinguit, an posset continere
2 an non.†Sed quæro, cum incestuosus non possit exigere debitū,
vt hic, an si exigit vxor, teneatur reddere. Ho.ꝙ nō, sed potest se
authoritate dñi accusare, & sic denegare, 32.q.9.c.dixit.nisi ipsa
ab ipso exigeret, quia postea tacite videtur facta reconciliatio:
vnde non habebit de cætero quid obijcere possit, c. proposuit.s̄.
de cōiug.ser.& dicit Host. sic intelligendum quod no.s̄.eo.c.ve-
niēs.vide in gl.in ver.eā. quia hunc remisi. & cum hoc dicto Io.
And.ibi,& hic transit do.Car.dicit Host.ꝙ sic intelligendo, fru-
stratorium esset quod hic dicitur, ꝙ teneatur reddere requisitus
ab vxore,& quod non possit exigere: nam per primam exactio
nem factam ab vxore maritus fieret habilis ad exigendum: qua-
re melior videtur ꝙ mulier, etiam quæ exigit, non teneatur red-
dere: exigit enim vtens iure suo vt hic, similiter iuste denegat;&
hoc mihi placet. & iura quæ alleg.Host. loquuntur in alijs casi-
bus, per nouum consensum ius tollitur dimittendi cōiugem.Itē
hoc exigere & reddere sunt diuersa, ſm Car. vnde dicite, vnum
ad aliud nō infertur, c.3.de transla. præla. c.inter dilectos. de fide
instru.Faciunt quæ no.in c.Iordane.j̄.eo.ti.& ibi Ioan. And. Bu.
etiam hoc hic placet: quia ergo priuatio non venit ex sola iniu-
ria ex adulterio, sed ex grauitate criminis incestus, vnde hāc nō
potest remittere viro, licet ipsa exigat, quod de iure sibi debeat.
& ita hic Card.& Panorm.Gl.j.exponit literam. Gl.2.sentit op-
positum: nam eo ꝙ iste non potest ꝯhere, ergo ista hic est vxor.
deinde dat simile,& ponit vnā regulam, & casus exceptos. Gl.
fi.se remittit,& eā intellige vt in c.j.s̄.e.in gl.& in no.vt in glo.c.
veniens.s̄.& in fi.dic vt 33.q.2.§.hic quem alleg. incipit, de peni-
tentibus.secundum Ioan.And.hic.

SVMMARIVM.

1 *Collusio quid sit.*
2 *Rumorem inducit minor pars viciniæ, & quando.*
Fama inducitur, si tota ciuitas vel maior pars hoc diceret.
Nomine partis quid veniat.
3 *Matrimonium non separatur ad confessionem vtriusque coniugum super impedimento matrimonij ex affinitate surgente.*
4 *Consensus vbi non præiudicat, nec confessio præiudicat.*
5 *Confessio partis in causa criminali non præiudicat, vbi agitur de matrimonio carnali.*
Confessio in matri. spirituali præiudicat ad præiudicium confitentis, vt sibi silentium imponatur super beneficio.
6 *Confessioni coniugum creditur in foro pœnitentiali in præiudicium matrimonij carnalis vel spiritualis.*
Et quid in foro iudiciali. nu.7.& 8.
7 *Allegantes turpitudinem suam audiuntur ob rem licitam.*
8 *Nomine viri non venit sponsus de futuro, sed de præsenti.*
Fama facit semiplenam probationem.
9 *Confessioni coniugum creditur in crimine adulterij, non autem quando agitur de fraude matrimonij.*

CAP. V.

SVper eo. Non separatur matri. per confessio-
nem coniugum, qui dicunt affinitatē
præcessisse, etiam si rumor viciniæ consentiat. h. d.
ſm Io.And.Et primo ponit quæstionem. secūda ibi,
tuę.In tex.ibi, nonnulli, idest coniuges.sed Io.An.& Inno.aliter
exponunt, vt j̄.dico.In tex.ibi, colludere. quia vnus alteri displi-
cet, per collusionem vellent ad inuicem discedere, de diuor. quā
to.§.fi.In tex.ibi, bene contractum.quo ad opi.eccle. in cuius fa-
cie est ꝯctum.In tex.ibi, irritari impediri autē sic, ſm Host. Nota
primo aduertendum esse, an coniuges insimul colludant, vt hic,
& in c.quanto.in fi.de diuor. & in c.tua. el 3.de iureiur. nā a iure
prohibetur collusio, c.bonę. de postu.præla. ver.nec nocebat.c.
1 j.de ali.iu.mu.causa fa.†Et est collusio inter actorem & reum oc
culta & illicita pactio, per quā alter in iudicio permittitur sepa-
rari.dicit gl.in c.præterea.s̄.de censi. putat igitur Ho. ꝙ extra iu-
dicium fiat hęc collusio, vt comprehendat iudicialē & extraiudi
2 cialem.†No.ibi, an aliqua pars vicinię, ꝙ minor pars viciniæ suf-
ficit ad inducendum rumorem. Facit qnod hic habetur in gl.fi.
si vero tota ciuitas, vel maior pars hoc diceret, tunc appellatur
fama, ſm Host.hic.facit quod no.de coha.cle.& mu.ca.vestra. &
c.cum dilectus.de purga.cano.& c.per tuas. j̄.qui fil.sint legi.vel
naturales.vide quę dixi s̄.de spon.c.cum in tua. Et dr̄ aliqua pars
viciniæ facere rumorem, ſm Pan.hic, puta tertia vel quarta, nam
licet appellatione partis veniat medietas, vt in ca.2.j.rñ.de deci.
lib.6.& l.nomen filiarum.§.portionis. ff.de ver.sig.tamen vbi ad
ducitur aliqua, tūc verificatur in qualibet particula, quia dictio,
aliqua.restringit, de quo vide bo.gl.in ver.aliqua.in cle.j.de foro
compe. quam tenebis ad hoc menti. Bal.in c.j.§.j.de contro.in-
uesti.in vsib.feu.in l.j.in j.col. C.de inoffi.do. tū vbi subiecta mā
posset verificari in qualibet particula, partis appellatione intelli
gimus de qualibet particula, gl.in verbo, pro parte.in c.auaritię.
& ibi Gemi.de ele.lib.6.& sic intellige gl.hanc, quæ dicit, aliud
rumor.& quod in minus se habet rumor quam fama.& similem
3 gl.habes in c.si duo.35.q.6.†No.tertio casum, ꝙ ad confessionem
vtriusq; coniugum super impedimento matri. ex affinitate sur-
gente, matri.non separatur.& sic est casus, in quo confessio non
præiudicat confitenti, quia non tantum confitetur ꝯ se, sed ꝯtra
Deum & ꝯ eccles. per hoc inducuntur verba sua per iudicium
eccle.& per hoc surgit ratio ſm Host.quare publicatis attestatio
nibus producunt̄ testes in causa matrimoniali.& vide quod scri-
4 bo in c.j.super gl.j̄.de consan. & affi. Facit no. †Do Ant.hanc re
gulam, ꝙ vbi consensus non præiudicat, nec confessio præiudi-
cat: authoritas.n.matri.ex Deo pendet non ab hoīe, ergo illi vin
culo matri.non pōt pręiudicare eccl.nec priuata confessio mul-
tominus.Et dicit Bal.per istum tex.in auct.nouo iure. in fi.C.de
pęna iudi.qui male iudi. ꝙ si quis accusauit potestatem in sindi-
catu, dicens ꝙ barratariam cōmisit, ꝙ habuerit a se centū, ꝙ si nō
fuit ꝑ eo ꝓnūciatū, sed ptās fuit absolutꝰ i sindicatu, ex quo ista
ꝯfessio emanauit propter aliud, s.vt potestas puniretur, & nō est
sortita effectum: ꝙ isto casu non poterit ꝯ ipsum accusatorem
induci ad probandum, ꝙ ipse barratariam commisit.alleg.etiam
not.per Inno.in c.mulieri.de iureiuran.facit quod no. Do. Ant.
in c.ex parte decani.s̄.de rescr. Vltimo no.ꝙ rumor vicinię con-
currens cum confessione coniugum non adeo roborat confes-
sionem, ꝙ ex eo posset sententia diuortij ferri: multominus ergo
rumor de se probat Dicit tamen hic Bu.ꝙ quandoq; est habilis
ad probationem roborandam & confirmandam, vt cum proba
tio habeat de se aliquas vires: sed non est sic in confessione cōiu
gum, qui hic non habēt aliquam famam subsistentē: si autem ta-
lis confessio haberet concurrentem famam secum, tunc videret̄
ꝙ deberet separari matri.35.q.6.c.si duo.& c.tertio loco.s̄. de præ
sump.de quo dico in gl.& in 2. oppositione. Oppo. primo, ꝙ ru-
mor & fama præiudicet, c.pręterea.s̄.de spon. & c. super eo.el 2.
s̄.de testi.So.ibi agitur de matri. ꝯhendo, hic de iam ꝯcto. ita sol.
gl.in c.de illo.s̄.eo.ti. Oppo. ꝙ idem est in matri. iā ꝯcto, vt in c.
præterea.s̄.de testi.vbi per testes de auditu, præsumptionem, &
famam,& alia adminicula soluitur matri.iā ꝯctum. ad idem facit
c.tertio loco.s̄.de præsump.hic allegatum in gl. vlti. vbi de con-
fessione coniugum iunctis alijs præsumptibus separatur matri.
facit c.illud.de pręsumpt. Quantum ad primum Innoc.se remit-
tit pro solutione ad c.præterea. & sic transit hic Host.Car.hic di
cit, ꝙ ibi est alius casus, quia non coniuges sed alij dicebant de
auditu, & iuuabatur eorum testimonium ex fama & alijs admi-
niculis ex violenta præsumptione: quod etiam facit pro solutio-
ne c.tertio loco.de præsump.speciale est tamen,& gl.hic respon
det vlt.ad c.tertio loco. & c.illud. de præsump. dicit ꝙ contraria
loquuntur de præsump. hic autem loquitur de rumore. Item ꝙ
c.tertio loco.loquitur de ꝯhendo, hic de ꝯcto, in quibus multum
differunt, vt in c.super eo.s̄.alleg.in primo ꝯrio. Inno.autem hic
se remittit ad c.tertio loco.vbi dicit, ꝙ ibi fuit confessio, fama,&
vocatio notoria. & sic ibi fuerunt aliæ coniecturæ quasi violen-
tię, de quibus ibi,& c.literis.eo.ti.de præsump.vel dic ad c. tertio
loco.ꝙ ibi concurret fama cū confessione, 35.q.6.c.si duo.hic aūt
non concurrebat rumor: vel aliter, confessio hic emanat a stantę
ad separationem matri. ibi vero a stante pro matri.fauente ma-
tri.quia nō est verisimile stante pro matri.confitenti fraudulen-
ter.ad hoc c.cum causa.j̄.de rap.c.attestationes.s̄.de despō. impu.
per rumorem ergo & per confessionem coniugum ꝯ matri. se-
parandi nō statur, ſm Hug.hic.& dicit Host.hic, ꝙ si omnino cō
staret pro certo iudici, ꝙ hæc confessio non fit in collusione ma
tri.tunc videtur ꝙ stari possit confessioni coniugum, per ea quæ
5 no.in d.c.attestationes.†Sed q̄ro: nā in causa criminali confessio
partis non præiudicat, vbi agitur de carnali matri.vt hic: q̄d autē
in matri.spirituali,& maxime in causa beneficiali. Dic ꝙ confes
sio præiudicat ad p̄iudicium confitentis, vt sibi silentium impo-
natur super beneficio.Facit gl.in ver.si constiterit. & c.post ele-
ctionem.s̄.de ꝯces.pręben.& ibi no. But. non pręiudicat quo ad
iudicium superioris.q̄q̄ enim confessio super ti.non probet in-
stitutionem, quia a parte non pendet, daret titu.in beneficio, vt
no.Io.An.in c.eum qui.de eo qui mit. in pos.& c.fi.de confes.p̄-
iudicat tñ confessio ad præiudicium partis de prelationis titulo
contendentis, vbi de tit.non dubitatur, sed de ti.prelatione, vt in
c.post electionem.præallega.Et ex istis colligitur, quare senten-
tia in causa beneficiali transit in rem iudic. quo ad pręiudicium
partis: est enim pręiudicium ordinarij collatoris, ꝙ debet acquię
scere iniquæ sententię latę super beneficio, vt alteri ius non ha-
benti quęratur ius, vel ex confessione partis: de quo tamen ego
me

me remitto,videlicet an ſententia lata in cauſa beneficiali tran-
ſeat in rem iudicatam,ad gl.& ſcribentes in c.ad audientiam.de
reſcrip.& Inno.in c.cum Bertoldus.de re iudi.& c.cum olim. de
6 dolo & contu.& ibi per Do.Pan.†Quæro,nunquid in foro pęni-
tentiali credatur coniugibus in pręiudicium matri. carnalis vel
ſpiritualis.Hoſt.in ſum.e.ti.§.vult.ver.illud nondum. dicit,ꝙ ſic,
in tali foro quis cõuincitur per ſacerdotem, ne inuicem cũ vxo-
re miſceatur,ĵ.eo.c.inquiſitioni. c.veniens.de ſen.excõ. & in ca.
mulieri.de iureiur. Quid autem in foro iudiciali circa diſſolutio
nem matri.ſpiritualis,& præcipue monachatus,vide in vlti.q.&
dico vnum verbũ ſuper gl.Hoſt.non ſtat huic ſo.in fi.huius ver.
Venio ad gl.cum quib.expediam materiam. & glo.j.opponit &
ſoluit,& diſtinguit duplicem confeſſionis ſpeciem. Aliqñ cõfeſ
ſio eſt ↄ̃ confitentem,& iſti ſtatur.aliqñ eſt pro ſe,& iſti non ſta-
tur,vt hic qñ agitur ad ſeparationem vinculi, ſed qñ agitur ad ſe
parationem thori, & tunc ſtatur confeſſioni coniugum. deinde
opponit & ſoluit ibi arg.ↄ̃.In gl.ibi,l.vna,de confeſſis.confeſſio
minoris præiudicat.de quo in l.certum.hic alle.l.de ętate. §.j.di-
cit,ſi quis cum hæres non eſſet,ſe pro parte eſſe hæredem reſpõ
dit,conuenitur ac ſi pro ea parte hæres eſſet, fides enim ↄ̃ ſe ha-
bebitur.No.gl.iſtam,qñ ſtatur confeſſioni coniugum, qñ non,
& eſt ratio,quare ſtatur ↄfeſſioni ad ſeparationem thori,vbi tra-
ctatur de præiudicio thori,& confitentur, tunc remanent cõiu-
ges,licet ſeparati:nec timetur ita colluſio, ſicut qñ ad ſeparatio-
nem vinculi agitur,32.q.j.c.dicit. ſm Goff.& Ioan.An.poſt eum.
7 †In ea.glo.in fin.no. glo. ꝙ aut fama concurrit cum confeſſione
coniugum,& tunc nõ ſtatur illi confeſſioni in præiudicium ma-
trimo.aut rumor concurrit cum ipſa confeſſione coniugum, &
tunc non ſtatur illi confeſſioni.& hoc approbat Inno.remitten
do ſe ad ca. tertio loco . de præſump. & dixi ſ̃.in 2.oppoſitione.
& idem glo.vult hic,& gl.in c.ſi duo.hic alleg.quæ glo.ſunt no-
tabiles.& hæc fuit opi.Tanc.quod etiam tangit gl. hic in fi.vt di
cit Io.An.qui Tanc. dicit,ꝙ in c.ſi.præalle. audiuntur allegantes
turpitudinem ſuam ob rem licitam.facit quod no. ſ̃.de dona.ca.
inter dilectos. & ibi gl.& in c.ſup. de conceſ.pb. Ab.aũt dicit,ꝙ
probat famam, in d.c.ſi duo. debet ipſa fama præceſſiſſe litẽ mo
tam,ſ̃.de teſti.c.licet ex quadam.nec enim deberet ſeparari cõiu
gium ꝑꝑ dictum ſolum cõiugum & famam.dicit Abb.plane, ꝙ
c.ſi duo.loquitur ſm antiqua tꝑa,ſm quæ oportebat recipere ꝓ-
bationes nimis validas,quia in tantũ extendebat̃ prohibitio ↄiu
gij,ꝙ probatio vo:i potuerat haberi, q̃ ceſſat hodie.d. c. licet ex
quadam. Do.Ant. admittit dictum Abb. cum agitur impedimẽ-
to conſanguinitatis:ſed vbi ageretur de alio impedimento clan-
deſtino,puta de affi.illicite ↄ̃cta,putat ſufficere famam cum con-
feſſione coniugum.hoc vltimum dictum ſatis placet. Sed puto,
ꝙ etiam in primo caſu ſufficeret fama cum confeſſione coniugũ
non obſtante dicto Abb. ratio, quia ex quo confeſſio emanat a
ſtantibus pro matri.nec eſt pręſumptio colluſionis, ſtandum eſ-
ſet præſumptioni ſine fama, quia non eſt præſumptio ꝙ quis cõ
fiteatur falſum ↄ̃ ſe, l.fin. C.arbi.tut. & hoc voluerunt cõmuni-
ter Doc,in d.c.atteſtationes.& Hoſt.hic. fortius ergo valet con-
feſſio,qñ habet cõcomitantiã famæ. Nec ob.c.licet ex quadã.qꝛ
loquitur, qñ non adeſt confeſſo coniugum ſtãtium pro matr.ita
indiſtincte intelligit Panor.tex. & dictum c. ſi duo. quod habet
locum,qñ coniuges confitentur conſanguinitatẽ: adde, qñ ſuã
turpitudinem,vt hic.Item dicebat, ꝙ aliud erat, qñ confiteban-
tur ipſi cõiuges.& ita loquitur c.ſi vir. aliud ſi vir & adultera, qñ
eſt particeps delicti vt hic.verbũ,vterq;. poſitum in litera noſtra
intelligatur, i. vir & conſanguinea vxoris ſuæ q̃ ſit adultera.ſed
dic, ꝙ iſta vltima ſolutio non præcedit literam ibi, nõnulli inter
ſe &c.Item nec alia, an confiteantur conſanguinitatem vel adul
terium, non procedit ſm Car.Flo. hic, nam vtroq; caſu eſt ratio
colluſionis.Alij intelligunt c.ſi duo.qñ agitur de matrimonio cõ
trahendo,hic aũt qñ agitur de ↄ̃cto.hæc in ſe vera,& placet Car.
quia melius eſt ita reſtringere capitulum,ſi duo. quã dicere ꝙ ſit
correctum,c.cum expediat. de elec. lib. 6. & hoc voluit vera ſol.
Abb.ſ̃.poſita: tñ licet ſolu. hæc ſit tuta, verba tñ illius tex.in c.ſi
duo.non capiunt eã,quia ibi præſupponitur famam fuiſſe, ibi cũ
8 dicit,vtrũ ſic eſſe,ſicut fama eſt, recognoſcatur &c. † Item ibi de
cõiugibus,& appellatione viri non venit ſponſus de futuro, ſed
de præſenti.facit quod no.gl. in verſi. cum vxor. in c. ſi vero.el j.
de ſen.excom.ſed dico in rubri. de ſponſa. & in arbore affinita-
tis ti.ſeq.facit ff.de adul.l.ſi vxor.§.j.Remanet ergo ſo. ꝙ cõfeſſio
coniugum vnà cum fama conſanguinitatis ſufficit in illo tex. in
c.porro.j.de diuor.ſuper verbo ſecundo.Sed ↄ̃ hanc opi.facit: nã
conſanguinitas aliter probari debet,vt dicitur in ca. licet ex qua
dam.ſ̃.de teſti.& hic in litera, vbi dicitur ꝙ debẽt eſſe probõnes
rõnabiles & fide dignæ. hic aũt dici fide dignæ poſſunt per fa-
mam & confeſſionem coniugum, quia iſtis coniugibus non ſta
tur ꝑ rationẽ,quę ponitur in litera,nec fama facit plenam proba
a tionem,ſed ſemiplenam,[a] vt no.gl.in c.j.ſ̃.de appel.4.q.3.§. item
ſæpe.& in c.qualiter.vbi no.de accu.& in c.veniens.ſ̃.de teſti.&
Bar.in l.de minore. §.tormenta. ff.de quæſtio. Propter hoc dicit
Hoſtiẽ.ꝙ ibi erat rei euidentia,hic autem publica fama erat, ſm
Cardi.ibi loquitur de fama,& ſic nõ de rei euidentia ipſius, quo
caſu non exigeretur confeſſio coniugum,c.euidentia iſta.de ac-
cu.& ſ̃.de iureiur.c.ad noſtram.el 3.ideo Hoſt.non ſtat huic ſolu
tioni ad illum tex.ſed remittit ſe ad no. per ſeipſum ad c.atteſta-
tiones.ſ̃.de deſpon.impub.& ibi dixi.vide etiam quod dixi in fi.
& hic etiam Hoſt.ſentit, ꝙ iudicis conſideratio arbitrabitur, vt
videat an confeſſio talis emanata ſit a coniugibus intendentib.
ad ſeparationem matrim. vel confirmationem. facit quod idem
Hoſt.no.in ſum.eo.ti.§.fi.ver.bene videtur.alle. c.pe.de reſcript.
vbi monialis capta reducta de monaſterio viro ſuo, ſi confitea-
tur,ꝙ antequam intraret monaſterium, fuiſſet cognita a mari-
to,creditur ei,eo ꝙ nolebat habitare cum eo,quare non erat ve-
riſimile,ꝙ mendacium dicat,2.q.j.ca. ſancimus. & ſ̃. de pro. cá.
in noſtra.& ſic ſequitur, ꝙ in præiudicium matrimonij ſpiritua-
lis,& ſic monachatus ſtatur confeſſioni monialis. facit de reg.c.
vidua.27.diſ.c.quod interrogaſti.Vltimo dicit Car. ꝙ c.ſi duo.in-
telligitur de ↄ̃hẽdo,vel huic tanq̃ vltimo ſtandum erit, ar.c.j.de
conſti. & licet hic dicat de rumore, tñ dicit idem de fama, quia
nõ facit niſi ſemiplenam probõnem. So.mihi placet quam teti
gi ſm Hoſt.vt videatur intentio coniugum,& ſi confiterentur ↄ̃
ſe,confeſſio non eſt ſuſpecta, ſed ad tollendum omne dubium
ipſa confeſſio cum fama operatur ſeparationem vinculi, & ita
concordantur iura,ne corrigantur.But.autem hic poſtremo col
ligit materiam per diſtinctionem, & no.dicas ſic. Quid ſi agitur
de ↄ̃hendo matri.& tunc confeſſio illius, qui ſtat pro matri.im-
pediret mat.cõtrahendum,ſi confiteretur ↄ̃ ſuam intentionem,
aut eſt confeſſio ſtantis ↄ̃ matri.& tunc non impeditur ↄ̃hendũ,
ſi autem agitur de iam ↄ̃cto diſſoluendo, & tunc aut quęrit̃ quo
ad vinculum,aut quo ad thorum.ſi quo ad vinculum,tunc ẽt di-
ſtingue,aut de non conſummato per carnis copulam,tunc ſi cõ
fitendo alter coniugum velit vitam mutare,pręiudicat matrimo
nio.& eſt ratio, quia hoc caſu potuit ſine confeſſione monaſte-
rium ingredi, c.2.& ca.ex publico.de conuer.coniug. ita limitat
But.hanc decre.c.ex parte.de conuer.coniug.quod intelligo,qñ
confeſſio eſſet annexa cauſę profeſſionis, quia tunc talis confeſ
ſio ob cauſam religionis,i.ꝙ profeſſa eſt,vel uelit ꝓfiteri, & in-
gredi religionem uel monaſterium, pręiudicat matri.aut loqui-
mur de matri. conſummato, & tunc iudex ex officio inquirit ↄ̃
eos,& ſi nihil reperiret,dimttet,& ſtabitur iuramento,35.q.6.cá.
ſi duo.arbitrium iudicis in hoc exuberabit,cap.atteſtationes.&
quod ibi not.ſ̃.de deſpon.impube. ſi autem confitetur pro ma-
trimonio,& alter contra, ſtanti contra non creditur:ſtanti pro,
quidam dicunt quod creditur. ſed dixit ipſe arbitrium eſſe iu-
dicis, per ea quæ notantur in dicto capit. atteſtationes.ſi autem
agitur de diſſoluendo quo ad thorum, ſtatur confitenti, dum-
modo non ſit ille,q ſeparationem intendit. & hæc procedũt ſm
Bu.qñ nec rumor nec fama adminiculũ præſtãt, & tunc aut agit̃
de ↄ̃hendo,& ſoli famę credit̃,c.ſuper eo.ſ̃.de teſti.& de pſump.
c.illud.& c.ſuper eo.ĵ.ti.ſeq.ſi vero agitur de ↄ̃cto diſſoluẽdo quo
ad thorum: & tunc confeſſioni cũ rumore creditur. & hoc pla-
num,quia ſoli confeſſioni ſtaretur, ſoli autem rumori vel famæ
non,quia illa non faciunt fidem in præiudicium alterius.Si autẽ
agitur quo ad vinculum diſſoluendum, ſed vterq; ſtat ↄ̃:& tunc
famę vel confeſſioni creditur,quia confeſſio ibi eſt adminiculũ,
& fama per ſe non eſt potens,cum agitur de graui pręiudicio,vt
no.in c.veniẽs.el j.de teſti.& per Bar.in l.de minore.§.tormenta.
ff.de quæſtio. ſi vterq; ſtat pro matrimonio, tunc creditur famæ
& iurõ eorum, & maxime ſi ad hoc cõcurrat atteſtatio parentũ.
Iſte eſt caſus ſm Bu.in d.c. ſi duo.aut alter ſtat pro matrimonio,
alter ↄ̃,ſi ſtãs contra confitetur,confitendo per ſe nihil eſt,& tũc
fama concurrens nihil operatur.ſi ſtans pro matrimonio ↄ̃ ſe cõ
fitetur,& tunc eſt caſus dubius.& dicit But.hoc caſu,aut concur
rit ſolus rumor ſine confeſſione,& nõ ſufficit, vt dicit hic gl.aut
concurrit fama cum cõfeſſione illius q ſtat pro matri: & tunc an
credatur. Do.Anto. dicit ꝙ relinquitur arbitrio iudicantis.aut eſt
rumor cum confeſſione,& tunc ſi confitens allegat turpitudinẽ
ſuam,

A D D I T I O.

a ¶Sed ſemiplenã.Adde Do.Soc.conſi.270.incip.Conſideratis his. ver.iſta conclu. circa medium.ea.2.parte,char.182.& adde,ꝙ fallit in antiquis, quia probatio per famam eſt plena probatio,vt per præſa.Do.conſi.266.incip. In cauſa quæ vertitur.ver.præterea.Io.An.in prin.in d.parte.car.176.

suam, non credatur etiam cum fama, facit quod not. Arch. in d. c. si duo. aut mulier allegat turpitudinem, & tunc aut allegat impedimentum consanguinitatis, & tunc allegat dictum Abb. ꝙ licet forte olim sufficeret fama cum confessione, hodie tñ secus, nisi aliud interueniat. & an videatur verum dictum Abb. dixi. s. bene tñ hodie dicit standum esse illi c. licet. de testi. quo ad certificandum dictum, ꝙ ad inducēdam probationem arbitrariam ad arbitrium iudicantis ad sic credēdum sufficeret sola confessio & fama, vt no. in c. attestationes. de despon. impube. aut agitur de probando impedimento alterius affinitatis surgentis ex copula, ita ꝙ agitur de probanda copula, & tunc confessio sola non sufficit ad in formandum iudicem, hoc eius arbitrio relinquitur, vt dicit Io. An. in c. attestationes. de despō. imp. quod aūt arbitriū putat considerandum, per ea quæ tradunt in c. præterea. de testi. quia famam & confessionem iuuarent alia adminicula. Sed insuper quæro, quia dixi s. in 2. q. ꝙ in foro pœnitentiæ statur cōfessioni coniugum, & in matr. spirituali, & de causa bñficiali dixi s. & remisi. de cā monachali dixi s. ꝙ c. penult. de rapto. hoc vr̄ decidere sm̄ Host. Goffr. autem dicit, ꝙ in carnali non creditur, in spirituali sic. Host. in sum. eo. ti. §. fi. ver. vñ videtur. dicit ꝙ in monachatu, si cōfitens confitetur ɔ̄ intentionem suam, statur cōfessioni. sed Host. hoc non placet in sum. præal. qui hoc dicit, ꝙ multæ mulieres propter hoc possent religonem exire. & rñdet Host. ad c. cum cā. de rap. ꝙ ibi constabat de matri. ɔ̄cto, anteꝗ intraret monasteriū, & de traductione in domo, & inspecta est & inuenta corrupta: subaudit Host. & ideo in hoc dubio melius & tutius soluetur matrimonium spirituale, quā carnale. sed si oīno consistere velit, quod sibi displiceret, stari posset confessioni, sm̄ Ho. attenta fama & alijs violentis præsumptionibus, de præscrip. c. tertio loco. dicit tñ ꝙ multum erit arbitrio iudicis relinquendū, vt no. in præal. sum. §. verum videtur. in sum. de clan. despō. §. qualiter. §. vnum. Et de intellectu c. nostri. & c. si duo. 35. q. 7. vide per ipsum Host. in sum. eo. ti. §. fi. ver. illud notandum. & ver. & vñ vi-
9 deret. versi. sed hic non placet. † Vltimo ex prædictis videtur decidi talis q. Mulier coniugata ingreditur monasterium: & primo adulterata. Secundo maritus adulteriū cōmittit, & religionē ingredit: mulier repetit eū, ipse cōfitetur adulteriū cōmisisse, an debeat extrahi de monasterio. vr̄ ꝙ sic, quia in pꝛiudicium talis mulieris ingredi non potuit. Item hoc casu in crimine adulterij creditur confessioni coniugum, vt dicit gl. hec magna in fi. quāuis nō credatur, qñ agitur de fraude matrimonij, vt in c. nr̄o, & vr̄ casus in c. pe. de rap. & hoc vr̄ tenere Bu. in c. veniens. de ɔuer. ɔiug. in ɔ̄rium tñ facit, quia hæc talis cōfessio præiudicat monasterio. & gl. nostra intelligit, qñ nemini præiudicatur nisi coniugibus. & præalleg. c. penul. de rapto. aliter intelligitur, vt s. dixi sm̄ Hostien. ideo dicas, ꝙ hæc quęstio pendet ex dictis in præcedē. q. & Ho. & Bu. in c. veniēs. præallag. de hoc se remittūt ad sū. tit. nostri in §. fi. ver. vnde vider. & versi. hoc non placet. hic non sunt alia.

S V M M A R I V M.

1 *Verba sunt de substantia matrimonij de præsenti.*
2 *Cautela, ꝙ contrahens matrimonium per violentiam fugiat quā cito potest.*
Sufficit in possessorio libellum concludere matrimonium de præsenti sine copula.
3 *Publica honestas oritur ex coitu i llicito.*
Affinitatis impedimentum oritur ex coitu damnato, & etiam ex copula cum inuito contracta, & idem si cum ignorante.
4 *Maritus regulariter propter causam fornicationis potest dimittere vxorem, & quando.*
5 *Nomine fornicationis venit omnis illicitus concubitus.*
6 *Sponsus potest accusare de adulterio sponsam nondum cognitam, quam parens alteri tradidit.*
7 *Dictio, præsertim. quid importet.*

CAP. VI.

DIscretionem. Affinitas superueniēs non soluit sponsalia de præsenti. h. d. sm̄ Io. An. Et sunt duæ partes, s. consultatio & rñsio, secunda ibi, nos. in qua rñsione primo dicit mulierē ad continentiam inducēdam. Secundo ibi, quod si. dicit, quid si ad cōtinentiam induci non pōt. Tertio soluit obstacula. primum ibi, cum adulterium. sm̄ ibi, sed nec affinitas. tertium ibi, quamq. In tex. ibi, de pręsenti. sit ergo legitimum matrimoniū sm̄ Tanc. & Vin. In tex. ibi, celebrauit. i. carnaliter cognouit. sm̄ Pe. Abb. In tex. ibi, libertati. & ideo dicitur, effugere cum poteris, ne consensisse dicaris, s. de spon. c. ad id. in gl. sm̄ Io. An. In tex. ibi, inquisitioni. quam petisti. An in hac parte mulieris petitio admittēda sit, quid agendum, sm̄ Hos. In tex. ibi, cogatur, nisi velit religionē ingredi, c. ex publico. de cōuer. coniu. sm̄ Io. An. † No. primo tex.
1 in arg. ꝙ verba sunt de substantia [a] matrimonij de præsenti: & ꝙ primum matr. sine copula pręualet secundo matrimonio etiam cum copula, in c. pe. & vlti. s. de spon. duo. Not. secundo, quod solennitas matri. dr̄ eius consummatio, operatur autem suos effectus consummatio, s. de sponsa. c. is qui. & s. de conuer. coniug. c. ex publico. hic nihil potuit operari p p sponsalia de præsenti, c. præterea. el j. & 2. s. de spon. No. 3. bonum tex. ꝙ cum sponsa alterius de præsenti nondum tñ cognita, committitur adulterium. facit gl. hic. vide no. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adult. in c. 2. & hoc, quia adulterium committutur ex violatione matrimonialis vinculi de præsenti, sm̄ Bu. facit gl. hic in verbo, adulterij. in sponsalib. autem de futuro non committitur adulterium, vt no. gl. 27. q. 2. c. quidam. & sic debet intelligi sm̄ Car. l. si vxor. §. diuus. ff. de adulte. de sponsalib. de pręsenti dicit idem quod de vxore, vt no. de sen. excom. c. si vere. el 2. committitur tamē cum sponsa de futuro saltem ad hoc, vt sponsa & vir possit accusari de adulterio, per tex. no. in l. si vxor. §. biēnium. ff. de adul. vbi dr̄, nec matrimonium nec spē matri. violare licet. & quatenus dicit de spe, loquitur de spon. de futuro. & hoc etiam voluit glo. in ca. quemadmo. de iureiur. licet Do. Car. tenuit ɔ̄rium, alle. pro se gl.
2 in c. quidam. 28. q. 2. sed primum putat Panor. verins. † No. 4. cautelam ɔ̄hentium per violentiam, fugiant quam cito possunt, ca. ad id. s. de spon. No. 5. practicam libelli in possessorio, sufficit cōcludere matri. de præsenti sine copula, vide no. s. de restit. spol. c. ex transmissa, & ca. ex parte. el 3. vide glo. in c. institutum. 27. q. 3.
3 † No. 6. ꝙ impedimentum publice honestatis oritur ex copula fornicaria seu adultera, oritur etiam impedimentum affinitatis. facit gl. hic in ver. nec affinitas. & oritur etiam hic ex copula cū inuito ɔ̄cta, vt hic, & idem si cum ignorante, vt no. Host. in sum de spon. in §. & qualiter. ibi ponit hāc doctrinam. dic idem, si cū detrimento, quia ɔ̄hitur affinitas. vide s. in c. j. in verbo, scienter, eo. tit. No. 7. ꝙ nec adulterium nec incestus cadit in inuitam, maxime a marito traductam, sed oritur affinitas. facit quod dixi s. in rubro, sm̄ Goffr. nec maritus potest tali opponere adulteriū vel incestum, vnde compellitur ad eam redire, nō vxor ad eum, sm̄ Ho. & hoc ideo, quia tradidit eam adulterandam, vt hic. Et facit ad q. sm̄ Io. An. hic in verbo, tradidit. de quodam, qui vult vxorē suam dimittere propter adulterium, quod ipso marito rogante commisit ipsa cum medico. & facit quod no. gl. in c. concubuisti. 22. q. 9. & ponit Bar. Brixi. in q. quę incipit, cum quidam graui ter egrotaret. & est dñicalis, 32. & ibi ponit multa arg. pro & cōtra. dicit Io. An. ꝙ illa mulier peccauit. & ad hoc tendunt arg. cōtraria, non mirum, ex quo videtur concludere Io. An. ꝙ vir non potest eā dimittere. Quid modo de illa, quę decepta credidit se adulterium committere de permissu viri, ut in barbitonsore illo, qui habebat pulchram uxorem, accessit socius ad illum festinans, ut daret sibi de quadam carne sallata, quam hēbat, quia hospites ad illū declinauerāt ex improuiso: is, cū quēdam haberet in manibus quē radebat. dixit, vadas superius ad vxorē meā, & dic ꝙ tibi det. ascendit ille ad vxorem, ac petijt vt ita iubente marito pmitteret se cognosci: cui illa renuebat. dixit iuuenis, pete à marito, videbis ꝙ est cōtētus; petijt illa superius existens, heus bone vir, estis ne huius sententiæ vt dē de illa re isti. rñdit maritus, q. de carnibus intelligebat, ita fiat, ita fiat, da quantum vult. sic bona mulier clumē submisit. deinde cum maritus vna cū ea esset, reprehēdit illa maritum, & ꝙ ammō similes nūcios ad eā non mitteret, ꝙ prima vice illi morem gessit, sed de cætero nō cōsentiret: fraude maritus cōperta cępit exclamare, ò traditore dalla carne sallata. & in hanc vsq; diē tritum est prouerbium, ò traditore dalla carne sallata. & de hac qōne cogitabis, & pro solutiōe addite dñam Iacobinā nostrā virum sub muliebri noīe mulierū partes tuentē, ac earum argutias callentē. Et ideo in proposito offert quod dixit Ange. in §. j. in Auct. de leno. q. dixit ꝙ stante statuto, ꝙ quicūq; adulterauit inuitā, decapitet̄, qui vero volentem, bāniat. aliquis adulterauit Seiā decipiēdo eā cū auri datione, vel vt in casu pmisso, an dicetur inuitā adulterasse, & decapitabit̄.
4 Ang. ibi determinat ꝙ sic per illum tex. † No. 8. ꝙ regulariter propter causam in fornicationis potest vir dimittere vxorem: quod est

ADDITIO.

a ¶ De substantia. Adde l. cum notiss mi. ver. solam. C. de præscri. 30. an. per Card. in cle. j. q. 17. de consan. & affi. fallit in muto, qui solo nutu vel consensu cōtrahit, l. ex facto. in princ. & ibi Doc. de vulg. & pup. & glo. & Doc. in c. tuæ. sup. de spon. & in c. apud eo. tit. item nisi propter verecundiam verba non interueniant: quia ex verecūdia puella non loquatur, sed interrogata capite annuat, glo. est in c. inter virū sup. de spon. & gl. & doc. & Inn. in c. tenor. de re iu. vbi verba non interueniunt, sed tacitus consensus per annuli immissionem, per Host. in sum. de mat. sup. ver. qualiter. gl. 13. di. sic rector. Ad quod adde Spe. in tit. de elec. §. 2. in 7. col. ver. item nunquid. quod taciturnitas pro consensu habetur in his, quæ me inuito fieri non possunt.

est verum, nisi ꝙ ius agendi ad dissoluendum cõpetat exceptio:
& sicut mulier agit & maritus excipit de adulterio, tunc mulier
replicat de lenocinio: si vero accusat maritus de adulterio, tunc
mulier excipit. ita intelligitur litera ibi de exceptione vel repli-
catione, sm Io. An. & remanet expedita gl. in verbo, exceptio-
5 nes. †Et appõne fornicationis hic venit oĩs illicitus cõcubitus,
37.q.j.§.cũ ergo.cõcor.s.c.j.sm Io.An.No.9. ꝙ suo iure sine culpa
sua &c.vt in litera,concor.s.c.2.de consti.25.dist.c. renuentes. &
c.antiquam.de priuile.& per hoc expeditur gl.vlt.No.sm Hosti.
ꝙ opi. antiquorum & romanorum põtificũ nõ semꝑ sunt sequẽ
dæ,cõcor.s.de spõ.duo.c.licet.§.fi.& c.vnicũ.§.pe.s. de sacra vnc.
s.de deci.c.pastoralis.§.j. & colligit demũ Hosti. hic in fi. ꝙ Papa
pt dispensare ex cã certa matri.iã ɔ̃cto ante copulam subsecutã:
remittit ad ca.ex publico. s. de conuer. coniug. c. ex parte. 2. &
circa ɔsummatũ carnali copula dicit late, dixi ĩ c.pe. de spõ.duo.
Quæro,qualis pnĩa est iniũgenda huic marito. dicit ꝙ grauis,vt
dicit litera,quia dedit cãm pluribus adulterijs, s. de testi. c. sicut
arbitraria.tñ erit s.e. transmissæ. sm eũ.Deinde venio ad gl.j.op
ponit de c.agathosa. & soluit, ꝙ aliud est cã,aliud occasio. dein-
per Bar.in l.falsa demonstratio. in dubio autem intelligitur cau-
sa esse impulsiua,arg.d.l.j. C. de fal. causa adiecta lega. vide glo.
in l.2.in §.fi.ff.de dona.& quæ dixi in d.c.verum. s̃.de condi. ap-
posi. & ex his infertur notabiliter ad intellectum literæ nostræ
fm Card.hic, cum loquitur in dispensatione impetrata a Papa :
& in impetratione subintelligitur conditio, etiam si non expri-
matur,quia subintelligitur illa clausula, Si preces nitantur veri-
tate.de rescrip.c.2. & ideo si clausula incerta conditionaliter est
falsa,vitiat,vt hic expresse habetur. & hoc vr̃ indubitatum, quã-
do ad instantiam impetrantis dispensatur,vt hic.& pro hoc facit
litera ibi,obtinenda.si enim concessa fuisset motu proprio, vte-
retur alio vocabulo:ideo cum sit odiosa hæc dispensatio,merito
restringi debet. Sed de dispensatione motu proprio magis pos-
set dubitari,quia illa vr̃ ampliabilis,de præben. c.si motu ,ꝓprio.
lib.6.tamen dic,ꝙ falsa causa vitiat,fm Cardi.& bene.Nam licèt
motus proprius tollat surreptionem , non tamen tollit impedi-
mentum iuris, & defectum intentionis Papæ cõcedentis,vt no.
per Doct.in c.si motu proprio.in glo.2.de præbendis,li.6.& glo.
in cle.si Romanus.de præben.in glo.pe.quia ex quo præsumitur
causa,infertur ꝙ aliter non erat concessurus , præcipue ita de fa-
cili.& clarum est per c.postulasti. s̃.de rescrip. ꝙ taciturnitas vel
expressio eius , quo tacito vel expresso concedens de facili non
concessisset,habet vitiare dispensationem . Item quia non sunt,
præsumitur Principem velle recedere a iure cõmuni,c.ecclesia.
2.de elect.& ex isto patet solutio ad contraria iura alleg.in prin.
glo.in quibus dr̃,ꝙ falsa causa vitiat:nam debet intelligi,quando
5 causa exprimitur non conditionaliter . † Ad contrarium autem
de c.venerabilibus.§.vbi autem.est leuis sol.Et de excõmunica-
tione ex falsa causa,& absolutione ex falsa causa,vide gl. in c. ex
parte. de offi. ordi. & tenendo prout teneo, ꝙ absolutio ex falsa
causa non tenet, dic ad §. vbi autem, ꝙ loquitur de absolutione
iniusta:& intelligo de alia iniustitia q̃ de iniustitia in expressio-
ne falsæ causæ: vt puta de iniustitia ordinis absolutionis, vt quia
non vocata parte, ad cuius instantiam lata fuit excõmunicatio ,
c.Romana.§.sententias.de app.lib.6.& hic,vt illum tex.concor-
demus alijs iuribus,prout est in c.dilectus.de rescrip. & c.super
eo.de coha.cleri.& mulie.c.officij. & c. cum pro causa.de sent̃.
excom.& excõmunicatio, quæ patet falsa , nullum inducit vin-
culum.ergo non põt tollere,vt no. in c. ex parte. vel aliter ille §.
põt intelligi,qñ iudex in oẽm cãm erat absoluturus: ideo ibi nõ
erat absolutio ex falsa causa: nec absurdum est ita intelligere, vt
fiat iurium concordia.facit quod no.Inn.in d.c. ex parte. dicens
excõicationem ex falsa causa tenere , quando constat de mente
excommunicantis ; quia tunc falsa causa est assumpta pro causa
vera,& intentio iudicis sumitur pro causa efficiente. In ea. glo.
ibi,item no.ꝙ proles est causa dispensandi,contra glo. est tex.in
c.cum haberet.s̃.de eo qui dux.in matri.quam pol.per adul. hic
soluit , quando scienter contraxerant , & contumaciter stant in
peccato in scandalum ecclesiæ: tunc proles nõ excusat , sed ma-
gis accusat ,vt in cõtrario:alias secus vt hic. & licet c. cum habe-
ret.probet, ꝙ multiplicitas prolis non minuit peccatum sed au-
get,non propter hoc tollitur,quin facilius dispensetur cum tali-
bus , vt in peccato non remaneant ad euitandum scandalum vt
hic:delictum autẽ præcedens aliter punietur,sicut fit s̃.de eo qui
6 cogn.consang. in c. veniens. † In fi.glo.no.ex ea,ꝙ dissimulatio
non habetur pro dispensatione , nisi ex certa scientia superior
dissimulet & ex causa.vide quod dixi in tex. q.j. vbi allegaui di-
ctum Io.An.cuius etiam dictum reperio in additionibus Specu.
quod etiam hic alle.But.in tit.de clandesti.despon.super rub.Pa-
7 nor.hic post D.Anto.†No. ex glo.& tene semper menti, ꝙ tole-
rantia & dissimulatio Principis in actu a iure prohibito inducit
dispensationem:cuius contrarium vr̃ probare tex. in c.cum iam
dudum.in fi. de præben. vbi dicit tex. ꝙ multa per penitentiam
tolerantur &c.Dicit D.Ant. hic aliqua pulchra verba: aut enim
constitutio Papæ a principio cõiter nõ recipitur ipso Papa scię-
te & tolerante:& tunc tolerantia excusat a peccato.,ꝓ hoc quod
no.glo.4.dist.§.leges.& in c.j. de treu. & pace. & c. cum multæ.
25.q. vlti. aut a principio a quibusdam recipitur & a quibusdam
non: & tunc tolerantia non excusat a peccato. ad hoc c. cũ iam
dudum.Hoc ergo intelligo fm Panor. & limito, quando maior
pars populi recipit:nam tunc minor pars peccat non obseruan-
do.secus si minor pars sciuisset,& maior pars non recepisset: nã
in consuetudine inducenda requiritur maior pars populi.Et no.
ꝙ facit minor pars,no.Io.An.in c.fi.de consue.in glo. & ibidem
in tractatu de consue. in c.circa quintum. Aut constitutio Papæ
a principio fuit recepta cõiter,supple vel a maiori parte,quia q-
dem vt s̃.dixi,sed ex postfacto aliqui transgrediuntur: & tũc aut
Papa specifice scribit, ꝙ vult certum actum tolerare seu dissimu
lare : & tunc talis dissimulatio habet vim dispensationis , & ille
est proprie casus huius c. non enim est verisimile , ꝙ Papa circa
dispẽsationem mandasset istos tolerari in peccato propter scã-
dalum,contra c.2.de no.ope. nun. Aut Papa nihil specifice scri-
bit, & non vr̃ dispensare . & sic loquitur d. c. cum iam dudum.
quod ego post Panor.intelligo verum, nisi Papa dispẽsaret cum
istis trãsgressoribus circa aliquem actum tanq̃ habilem . ad hoc
facit l. Barbarius. & quod ibi no. ff. de offi. præto. Idem dic per
omnia quo ad statuta epi,fm But. hic. In inferioribus autẽ præ-
latis dicit no. ꝙ tolerantia contra sua propria statuta operatur
idem , quod operatur tolerantia Papæ contra suas leges cõmu-
nes & generales . & sic eadem distinctio adhibeatur in inferio-
ribus prælatis,de qua s̃. circa autẽ leges superioris, s. Papæ infe-
riores nihil possunt per viam tolerantiæ vel dispensationis, nisi
in causis,quibus cauetur in iure , quòd inferiores possint contra
ius dispensare. hoc tamen casu tenet Imo. in l. quidam consule-
bant.ff.de re iu.quod non sufficeret certa scientia superioris,sed
requiritur expressa dispensatio.

SUMMARIUM.

1 *Nepos est filius fratris vel sororis.*
2 *Statutum loquens de nepotibus, non habet locum in filijs fratris vel sororis.*
Statutum loquens in filio,an habeat locum in nepote. vide remissiuè.
3 *Testes,qui deponunt de consanguinitate,debent incipere a primo stipite.*
4 *Fratres sunt in primo gradu.*
Iudicium idem habendum est de æquipollentibus,& ad certificandum quem, sufficit nomine proprio vel æquipollenti significare,& certificare.
5 *Testimonium de auditu admittitur super consanguinitate probanda.*
6 *Vno inconuenienti dato,multa contingunt.*

CAP. VII.


Va nos. Testes,qui de consanguinitate deponũt
super computatione, debent incipere a
stipite vel germanis. h. d. fm Io. An. Primo ponitur
consultatio. Secundo rñsio. secunda ibi, nos igitur. In tex.
In tex.ibi,auditu.s.auditus,vt de testi. c. licet ex quadam. In tex.
ibi,vlterioribus.s.tertio & quarto:& sic vbi est eadem rõ, ibi dẽt
esse idem ius,s̃.de exce.c.cum inter.de testi.c.licet.fm Ioan. An.
1 l.fi.ff.de consti.pecu.† No.j.hic tex.expressum,ꝙ nepos est filius
fratris vel sororis : forte raro hic inuenies . dicit But. ꝙ imò fre-
quẽter in iure hoc reperitur,habetur in c.per tuas.de proba.in c.
vnico.de schisma.li.6.de pe.c.fęlicis.§.cęterũ.eo.lib.vt ibi Io.An.
super ver.nepos.10.col.quib.mod.feud.amit.in §. fi. sed fm anti-
quas leges est tm̃ filius filij vel filiæ,l.j.& 2.ff.de gradi.& l.3.in fi.
& l.iurisconsul.§.secundo gradu.in fi.fm Car. hic, etiam de iure
ciuili non reperitur,ꝙ nepos sit filius fratris, nisi in libro feudo-
rum,de controuersia inter dñm & vasallum.c.j. & fm Bar. ff. de
inoffi.testa.l.fi.cum alle.de præben.c.dilecto.& s̃.de arbi. c.2. &
j̃.de accusa. c.accedens. & sic habet cõis vsus loquẽdi secundum
eum,qui vsus est attendendus,s̃.de spon.c.ex literis.cum suis cõ-
cordantiis.glo.ibi & Doct. in l.2. C. de suc. edic. dic ꝙ nepos dr̃
filius fratris improprie,nepos proprie est filius filij vel filiæ, fm
2 gl.in cle.1.de baptismo. † Ex quo infertur ꝙ statutum loquens de
nepotibus,

nepotibus,non habet in filijs fratris locum vel ſororis.vide Fe-
de.de Senis,conſi.39.Et nunquid ſtatutum loquens de filio, hẽt
a locum in nepote [a]. vide D.Pe.de Ancha.in cle.j.de conceſ.præ-
ben.& late per Bal.in l.ſi dotali.ff.ſol.matri.in l.cum vir.ff.de cõ-
di.& demõ.Bal.in l.ſi in ſtatuta.§.fi.ff.de inoffi.teſta. Imo. in c.2.
de arbi.& Doct.in decretis hic allega.Bal.in c.ſi pater.in 28. col.
de teſta.Io.An.in c.fundamenta.in nouella,de elect. li.6. Cano-
3 niſtæ in c.per tuas.ſ.de proba.maxime Panor. † No.2. ꝙ qui de-
ponunt ſuper conſanguinitate, non debent incipere in ſecũdo
gradu, vel vlteriori: ſed a primo ſtipite forte dicebant ibi teſtes
ſm Io.An.poſt Inno. hic,vidi vel audiui, ꝙ tales vocabant ſe in-
uicẽ patruus vel nepos:vel ꝙ dicebatur, ꝙ talis fuerat frater pa-
tris, vel aliter filius fratris. Ex his arguit Bu. ꝙ Doctor legis de-
bet declinare principia & primos terminos,non autẽ ita ſubtili-
ter loqui,vt non intelligatur:& ſic illud Terentianum ſequatur,
4 Faciunt ne intelligẽdo vt nihil intelligant.† No.3. ꝙ fratres ſunt
in primo gradu,& ex hoc,quia hic germani ponuntur pro ſtipi-
te.Arguit Hoſt.ꝙ is,qui non põt ꝯhere cum filia ſtipitis, & ſicut
qui eſt in quinto gradu ex vno latere nõ põt ꝯhere cum ſtipite,
ſic nec filia ſtipitis ex alio latere:ſed hoc eſt falſum,vt no.Io.An.
in arbore conſanguinitatis,in fi.facit c.ꝙ dilecto.ſ.eod. Nec ob.
quod hic dr̃ ſecũdũ eum: hic enim quæritur ſolum de computa-
tione teſtium,qui ſuper conſanguinitate deponunt,non autem
quo ad alium effectum. No.4. ꝙ idem iudicium eſt habendũ de
æquipollentibus.& ad certificandum quem,ſufficit nomine ꝓ-
prio vel ęquipollẽti ſignificare & certificare,c.licet ex quadam.
ſ.de teſti.& l.certum.ff.ſi cer.pet. & in c.ſignificãte.ſ.de reſcrip.
& hoc in vltima glo.exemplũ ſm Io.An. in glo.fi. ſi dicat teſtis,
Titius & quidam decretorum Doctor actu legens Papiæ talis
ætatis, longus vel breuis, ſenex aut iuuenis, diues vel pauper,
fuerunt fratres: vel Titius & vxor talis militis fuerunt fratres &
5 ſorores.† No.5.ꝙ ſuper conſanguinitate valent teſtes de auditu.
de hoc ſ.de teſti.c.licet ex quadam.& c.præterea. vt hic, vbi dr̃,
ꝙ non eſt laſſanda facultas.ſimile ff.de legi.l.quod non rõne.ſm
Vin.& Io. An. hic. minus enim eſt teſtimonium de auditu q̃ de
viſu,& minus eſt de auditu auditus q̃ de auditu proprio, ſm Io.
An.& quia circa maiora eſt maius periculum, 62.diſt. c.quieſca-
mus.de elect.c.vbi periculum.li.6.non eſt amplianda licentia in
6 talibus teſtibus,ſecundũ eum. † No.6. ꝙ dato vno inconueniẽti
plura ſequuntur.ita allegat hunc tex.in fi.Car.Flo.in verbo,qua
ratione.concordat l.ex diuerſo.§.j.ff.de rei ven.& no.ff.ꝙ quiſq;
iur.l.j.§.hæc aũt verba.& ſimilis tex.in d.c.licet ex quadam. ſ.de
teſt.Vltimo no.ꝙ vbi eſt eadem ratio,ibi & idẽ ius: dixi in apo-
ſtilla in verbo,vlterius.cui adde de cõfirma.vtili vel inutili. cum
dilecta.& c.2.ſupra de tranſla.præla.glo.ſunt claræ.

ADDITIO.

a ¶In nepote. Sed quid, quando verbum filij profertur a teſtatore, an & quando appellatione filiorum veniant nepotes,vide no. per Do.Soci.conſi.149.incip. Materia præſentis conſultationis.ver.j.quia verbum.cum ver. ſeq.in 2. parte, char.133.Item adde,ꝙ qualitas requiſita filij,quæ in eo eſt,in nepote non eſt, nec idem iudicatur de nepote quod de filio,a quo ipſe præceſſit,vt per pręfa. D.Soci.conſi.252.inci.Viſis inſtrumentis conceſſionum. verſi. quanto. eadem conclu.in d.par.char.146. & an & quando appellatione filiarum veniant neptes & proneptes fœminæ natæ ex maſculis,vide per præfa. D.Soci.conſi.49. inci.Capio primam huius.circa fi.5.col.ibi,licet enim.in j.par. char. 92. Item an & quando appellatio filiorum porrigatur ad nepotes, quando profertur a teſtatore.& quid quando ipſe prouidet dando tutores.vide præfa. Do.Soci. conſi.14.incipiente,Sequendo ordinem prædictarum.ver.circa ꝙ quæro.cum verſi.ſeq.in j.par.char.20.& conſi.30.inci.Quamuis ex his.verſi.quod non ſit idem,in fi.cum ſeq.in d.par.char.58.& conſi.152.incip.Caſus iſte. per totum in dicta parte,char.237.

SVMMARIVM.

1 *Papa licet habeat ſupremam poteſtatem, tamen timet reprehendi.*
2 *Scientia iuris canonici vel ciuilis an ſit proprie ſcientia. & nu. 3.*
3 *Statuta humana debent mutari ad varietatem temporum.*
Lex debet eſſe fundata ſuper naturali æquitate, & immutabili ratione,aliàs non eſt lex.
4 *Leges ſummorum Pontificum & conciliorum appellantur ſtatuta humana, & ſic ſtricte non poſſunt dici ius diuinum.*
5 *Affinitatis primum genus,ſecundum, & tertium,quomodo inducantur.*
6 *Maritus & vxor parificantur quo ad debitum reddendum: in alijs vxor dicitur famula viri.*
7 *Receditur a iure propter neceßitatem vel euidentem vtilitatem.*
Infideles non ligantur canonibus:
8 *Matrimonium an licite contrahatur vltra quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis.*
9 *Matrimonium ſcienter contrahens in gradu probibito eſt excommunicatus.*
10 *Matrimonium an poßit eſſe inter aſcendentes & deſcendentes vltra quartum gradum.*
11 *Affinitatis genera quot ſunt, & qualiter computentur.*
12 *Quare dicatur primum,ſecundum,tertium &c.*
13 *An hoc genus affinitatis conſiſtat ex vna parte tantum, an ex vtraque.*
14 *Impedimentum in genere affinitatis ſolum ſe extendit vſque ad primum genus affinitatis.*
15 *Qualiter in affinitate computentur gradus.*
16 *Affinitas cum quibus contrahatur.*
17 *Duo vbi ſic ſe habent,quòd vnum venit conſecutiue ad reliquum,vno immutato ſeu ſublato ẽt conſecutiuum intelligitur immutatum ſeu ſublatum.*
18 *In diſpẽſatione an ſit fienda mẽtio ſpecifica de affinitate,et publica honeſtate.*
19 *Matrimonia contracta in 6.vel 7.gradu ante conſtitutionem huius decre.ſuperueniente iſta conſtitutione non confirmantur. Si tamen poſt iſtam conſtitutionem ſimul cohabitant, confirmatur matrimonium.*
Quid ſi tales ante iſtam conſtitutionem ſeparentur, an poſtea contrahere poterunt.
20 *Statuto reuocato non cenſetur reuocatus effectus iam cauſatus per ſtatutum, nec videtur approbatus actus geſtus contra antiquum ſtatutum.*
Excommunicatus ante legis reuocationem indiget abſolutione etiam poſt legem reuocatam,niſi in reuocatione dicatur, quòd antiqua lex debeat haberi pro infecta.
21 *Ignorantia iuris an excuſet militem,mulierem, & ruſticum a pœna iuris, de qua in clemen.1.de conſang. & affini.*

CAP. VIII.

NOn debet. Prohibitio coniugij non extẽditur
vltra quartum gradũ conſanguini-
tatis vel affinitatis,& in 2.vel 3.genere affinitatis lici-
te ꝓhitur:põt etiã proles ſuſcepta ex ſecundis nuptijs
conſanguineis prioris mariti coniungi.h.d. ſm Io.An. Et primo
excuſat correctionem iuris antiqui.Secunda ibi,cum ergo.excu
ſationem declarãs in duobus illud tollit & reſtringit, reſtrictio-
nis probabilem cãm reddens.Tertio ibi,cum ergo.reſtrictã pro-
hibitionem fortificans, qõnes ꝯrias tollit, & cãm reddit. In fi.
ibi,præſertim.eſt ſecunda rõ literæ.ibi,qm̃ ipſe. hic tangit tertiã
rõnem,quã probat per euidens exemplũ.ſimile ſ.de conſtitu. c.
1 eccleſia.& de elect.per venerabilem. † No. j. principium literæ,
ex quo collige,ꝙ licet Papa habeat ſupremam ptãtem, tamẽ ti-
met reprehendi.ſimile ſ.de auctoritate & vſu pallij. c. niſi. & in
c.vt noſtrũ.ſ.vt eccleſiaſtica beneficia.ſed quantuncunq; timeat
Papa,vt iuſta faciat & bona,tamen mordetur,c.j. de male. ſecũ-
dũ eundem:& hoc cum non ſit ſine peccato,vt ibi.No.2. ꝙ finis
iuris poſitiui quieſcit in ipſa vtilitate aut neceſſitate publica, &
quando iſte ſit variabilis,vide quod ſcripſi in c. tua. ſ. de ſponſa
duorum.& ſic quia ſecundũ varietatẽ ipſorũ finis variatur,vt ip-
ſa lex varianda eſt.Et glo.j. & 2. hic allegant iura ad iſtam muta-
bilitatem ſeu varietatem.facit l.nunq̃.ff.de collatione bon.regu
lariter enim varia rõ prohibetur,c.vnico.ſ.vt eccle.bene. l.cum
2 quęritur.ff.de admi.tuto.cle.j.de renun. † Et ex hoc arguunt ali-
qui,ꝙ ſcientia iuris canonici vel ciuilis non eſt ſcientia proprie,
cum ſcientia ſit in incorruptibilibus & in impoſſibilibus aliter
ſe habere,vt habetur per Philoſophũ primo poſteriorum: quod
nihil eſt dicere ſm Cardi.hic,nam ſcientia iuris licèt in conſtitu
tionibus particularibus varietur, tamẽ in eſſentia ſua manet in-
uariata & incorruptibilis: quia in mente legiſlatoris eſt dictum
rõnis informatũ traditionibus iuris, ex quo dictamine quãdoq;
ſtatuitur vnum,qñq; aliud, manente tamen eadem rõne in eius
mente.Item in ſuo primordio eſt ſciẽtia inuariabilis, vt nemini
fiat iniuria,& reddat vnicuiq; quod ſuũ eſt. ad cognoſcendũ aũt
quid ſit iuſtum & æquũ,exigitur notitia circunſtantiarũ de iure,
in c.cum quidam.& c.ſicut dignũ.de ho.& c.ſi qõnes. j̃.de ſimo.
3 † No.ſm Panor.ꝙ ad varietatem tẽporũ debent immutari ſtatu-
ta humana:quia lex debet conuenire tẽpori,4.diſt.c.erit aũt lex.
& ideo alibi dixit tex.ꝙ ętas noſtri tẽporis non patitur antiquo-
rũ iuriũ rigorem, cũ nobis defecerint merita & virtutes corpo-
rales,vt habetur in c.fraternitatis.34.diſt. ideo hodie ex ſimplici
fornicatione clericus non deponitur,ſicut olim deponebatur,c.
a multis.de æta.& quali. quinimò olim quodlibet peccatũ mor-
tale erat depoſitione dignũ,de quo dic vt no.in c.at ſi clerici. de
iudi. & per hoc dicunt quidam volentes detrahere ſcientiæ iu-
ris,ꝙ non eſt proprie ſcientia, quia ſcientia eſt de incorruptibi-
libus & de impoſſibilibus aliter ſe habere,vt habetur j.Ethi.ſed
ſcientia iuris mutatur quotidie:ergo &c. Sed dicendum, ꝙ licèt
mutentur conſtitutiones particulares,non tamẽ mutatur ipſum
ius ſeu cauſa finalis iuris:nam ſemper ius ſeu lex proditur,vt ap-
petitus noxius ſub iuris regula limitetur, vt habetur ſ. in proœ.
finis ergo iuris eſt inuariabilis, ſed conſtitutiones mutantur, vt
deſeruiant fini:ſemper enim lex debet eẽ rationabilis,& ſic fun
data ſuper naturali æquitate & immutabili rõne: aliàs autẽ non
eſt lex,in d.c.conſuetudo.& 4.diſt.erit aũt lex.& dixi ſ.Secundo
no.ꝙ propter neceſſitatem vrgentem,vel vtilitatem euidentem
recedendum eſt a iuris diſpoſitione: nam finis legis concernit
4 neceſſitatem vel vtilitatem ſubiectorum. † Itẽ no. ꝙ leges ſum-
morum

morum Pontificum & conciliorum appellantur statuta huma-
na:& sic stricte non pñt dici ius diuinũ.quod no.pro limitatione
c.in ius.de re.iu.in 6.& c.j. de iura. calũ. & c. qualiter. de accusa.
No.ꝙ Deus nonnulla mutat, & sic vr̃ mutabilis. habetur 5. dist.
5 in §.is ita.& quod no.in c.fi.de consu.† Item no. ꝙ matri. hodie
ↄhuntur licite in secundo & tertio genere affinitatis, gl.laborat
in declarando illa genera:sed dic breuiter,ꝙ persona adiuncta ꝑ
carnis copulam sanguini alterius inducit primũ genus affinita-
tis:persona vero addita primo generi inducit secundũ genus: &
persona addita secundo inducit tertium.quod declara vt in glo.
6 † Item no.ꝙ mulier dr̃ habere potestatem corporis sui mariti,sic
& econtra.est ergo inter maritũ & vxorẽ q̃dam reciproca obli-
gatio:& dic ꝙ parificantur quo ad debitum reddendum,non sic
in alijs:nam magis tenetur vxor marito seruire q̃ econtra:vnde
breuiter dr̃ famula viri,vt in c.hæc imago.& c.mulierem.33.q.5.
7 & vide in c.literas.de resti.spol.† No.ſm Cardi.ꝙ ꝑ necessitatẽ
vel euidentem vtilitatẽ receditur a iure, 7.q.j. c.scias. j.q.7.c.tali.
de præben.c.mulcta. in fi. vbi de hoc Inno. ꝙ ẽt ius diuinũ qñq;
variatur.de hoc in glo.2.& dic vt no.de consue.c.fi. vbi dr̃ de ce-
rimonialibus, quę olim ad literã seruabantur, hodie non sic, de
purificatione post partũ.c.vno.de conse.dist.4.c.peruenit.de ce-
le.mis.c.cum Marthæ.§.cęterum.No.de prohibitione,quæ olim
erat respectu sobolis susceptæ ex secundis nuptijs,&c.vt in lite-
ra.& de hoc erat specialis rubri.in prima cõpila. No.ꝙ prohibi-
tio matri.in secundo & tertio genere affinitatis, vel de sobole
suscepta in secundis nuptijs ponebat difficultatem & periculũ
animarum:quod intellige inter fideles. Infideles enim canoni-
bus non ligantur,s̃.eo. c.de infidelibus. & dic difficultatẽ respe-
ctu computandi gradus.Item quia impediebat qñq; pacem,quę
potuisset reformari per ↄ̃ctum matri. nisi hæc genera impedis-
sent.& dic periculũ animarũ respectu eorũ,qui scienter ↄhebant
ↄ̃ illam prohibitionẽ, quæ non bene poterat seruari, cum esset
nimis lata. No.ꝙ cessante prohibitione cessat effectus: & vocat
hic effectum periculũ animarum. facit ad Romanos,quarto,vbi
non est lex nec preuaricatio,de consti.c.nam concupiscentiam.
8 †No.ꝙ vltra quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis li-
cite ↄhitur matri.quod intelligit Abb. etiã in descendentibus &
ascendentibus. ↄ̃rium cõiter tenetur, quod dicam in arbore. Et
dicit Abbas, ꝙ est reperire, ꝙ qñq; quis ↄhit cum sorore fratris:
vt si filius tuus ex prima vxore,postq̃ ex secunda habuisti prolẽ,
ↄhit cum filia secundæ vxoris ex alio matri. Dicit enim Abbas
quosdam dicere quartum gradum affinitatis intelligi, quãdo de
affinitate ↄ̃cta per successionis propagationem quatuor perso-
næ descendunt:quod non procedit, vt patet in arbore affini. &
j̃.c.se.No.ꝙ in vlterioribus gradibus vltra quartum non poterat
tolerari prohibitio absq; graui dispendio.Et dicit Host.ꝙ dispẽ-
dium eẽt,quia multi remanerent impediti putantes subesse im-
pedimentũ, nec haberent super hoc probationẽ ꝑ breuẽ vitã
hominũ, qui minus viuunt q̃ consueuerunt. nec statur eorũ cõ-
fessioni ↄ̃ matri.de eo qui cog.consan.c.super eo.de quo ad illud
de breuitate vitę,ꝙ attento tẽpore ante diluuiũ verũ est,sed post
diluuiũ nõ fuit magna varietas:nam ẽt in psalmis dr̃, ꝙ dies ho-
a minis sunt 70.anni,vel in potentioribus 80.[a] & amplius eorum
labor & dolor.No.ꝙ vir non hẽt potestatẽ sui corporis, sed mu-
lier.Et notanter dicit corporis,& non animæ: nam quantum ad
animã si infidelis discedit,vxor discedat,de diuor. c. quanto. Ex
hoc infertur,ꝙ fortius est coniugiũ spirituale q̃ carnale,de tran-
slatio. c.2. & in quibus differunt, dic vt dixi s̃.de spon.c.tuæ.q.3.
No.ꝙ sufficit arguere persuasiuẽ: sic enim arguit Papa pro restri
ctione ad quartũ gradum per simile de quatuor humoribus. de
hoc in glo.antepenul.talibus tñ rõnibus non multũ insistendũ,
quia non sunt vrgentes,pro hoc quod no.de rescri. c.si quando.
& s̃.in procœ.prosequitur autem Io.An.multas quaternitates de
quatuor anni T̃pibus:quatuor Euangelistis:quatuor Doctorib⁹,
9 & simi.† No. ꝙ matri. illegitime ↄ̃ctum non põt præscriptione
sequenti iustificari.de hoc in glo. pe. & hodie scienter ↄhens in
gradu prohibito est excõicatus, eo.tit. cle. vna. No. literam ibi,
10 tanto sunt grauiora.de hoc in glo.vlti.† Quæro ſm Panor. nun-
quid inter ascendentes & descendentes possit esse matri. vltra
quartũ gradũ: quod est dicere, nunquid dispositio huius c. pro-
hibitiua concernat oẽs consanguineos tam collaterales q̃ ascẽ-
dentes & descendentes,vt vltra quartũ gradum prohibitio non
extendatur. vide Goff.in sum.eo.tit.§.item quæritur. qui dicit,ꝙ
sic:vnde intellexit istũ tex. generaliter. sed ↄ̃rium tenuit Io. An.
in glo. super arbore consangui. & originaliter Host. in sum.ea.
parte prima.§.quæ consueuerunt.& §.qualiter arbor. ver. nono
quæritur.& hanc opi.credo verissimam cum tex. iuris, qui indi-
stincte prohibet matrimonia inter ascendentes & descendentes
in infinitum,vt l.nuptiæ.ff.de ritu nup. Vnde glo. ibi colligit, ꝙ
si Adam viueret,non reperiret vxorẽ, quia oẽs descendimus ab
eo:& cum ius ciuile expresse non reperitur correctũ, & sit fun-
datũ super honestate maxima,nõ debemus per generalẽ dispo-
sitionẽ canonicã dicere ↄ̃rium,ar.in c.2.de despon.impu. hæc tñ
qõ ꝑ breuem hominũ vitã raro practicatur,& dicam j̃.in arbo-
re affinitatis.No.ex tex.causas, quare mat. est hodie restrictum.
11 † Quæro pro intellectu glo.maxime gl.magnæ,in ver.2.& 3. ſm
D.Ant.cuius theoricã assume. Primo, qualiter cognoscatur pri-
mũ genus affinitatis,qualiter secundũ,qualiter tertiũ. Secundo,
quare dicatur primũ genus,quare secundũ,& quare tertiũ. Ter-
tio,an hoc genus affinitatis cõsistat ex vna parte tantum, an ex
vtraq;. Quarto, vsq, ad quod se extẽdat impedimentũ in genere
affinitatis. Quinto, qualiter computentur gradus in affinitate.
Sexto, vsq; ad quem gradum hodie se extendat hæc prohibitio.
Ad primum pono regulas matrimonialiter vel carnaliter, iun-
ctus vel iuncta sanguini affinis est de primo genere affinitatis:si
igitur consanguineus meus accipit vxorem, quia iuncta est illa
sanguini meo, est mihi in primo genere affinitatis, & similiter
frater meus oibus consanguineis vxoris suæ: quia iungitur san-
guini illorũ, est in primo genere affinitatis eis similiter: si con-
sanguinea mea copulatur oibus de cõsanguinitate mea,& illius
consanguineæ iunctis,est ille in primo genere affi. & sic oẽs cõ-
sanguinei mei,q,a illa consanguinea mea iungitur sanguini suo,
dicuntur illi iuncti in genere affinitatis.Secundũ genus consan-
guinitatis sic cognoscitur:coniunctus copula maritali vel forni-
caria alicui,qui est mihi in primo genere affinitatis, est mihi in
secundo genere affinitatis. Exemplũ, cõsanguineus meus cepit
vxorem,ista est mihi,quia sanguini iuncta,in primo genere affi-
nitatis:mortuo consanguineo meo, pone ꝙ illa accipit virũ,ille
ei copulatus est mihi & consanguineis meis in secundo genere
affinitatis: & hoc, quia est iunctus ꝑ copulã nobis affinis primi
generis:similiter in fęmina, pone ꝙ consanguinea mea accipiat
virũ,hic vir mihi & oibus de consanguinitate, quia coniunctus
sanguini est,est nobis in primo genere affinitatis. pone ꝙ con-
sanguinea mea mortua, ipse accipiat aliam, hic iungitur affini
meo & consanguineorum meorum in secundo genere affinita-
tis:sic posset exemplificari ex altera parte.Tertium genus affini
tatis cognoscitur:coniunctus copula maritali aut fornicaria ali-
cui, qui mihi est in secundo genere affinitatis, ille iunctus vel
iuncta est mihi in tertio genere affinitatis. Exemplum, consan-
guinea accepit virum, ille est mihi in primo genere affinitatis,
quia iungitur sanguini.pone ꝙ cõsanguinea mea moriatur, iste
accepit aliam vxorem,qui fuit vir consanguineæ illa iuncta, ille
mihi & consanguineis meis est in secundo genere affi. pone ꝙ
ille vir moriatur,& illa accipiat aliũ, ille tertius, qui ei iungitur,
est nobis de consanguinitate mea in tertio genere affi.quia iun-
ctus est ei,qui nobis est in secundo. Exemplum in masculo, cõ-
sanguineus meus accepit vxorẽ, hæc iuncta illi nobis est in pri-
mo genere,quia iuncta sanguini. moritur consanguineus, acci-
pit ista alium,hic est iunctus mulieri quæ nobis est in primo ge-
nere:ergo & ille nobis est in secũdo.pone ꝙ illa moritur, & iste
accipiat aliam, ista iungitur affini nobis in secundo genere. er-
go & ista est in tertio.aut ergo iungitur sanguini, & efficitur de
primo genere: aut iungitur primo generi, & efficitur de secun-
do:aut iungitur secundo,& efficitur de tertio.copula ergo addi-
12 ta copulæ mutat genus. † Ad secundũ,quare dicatur primũ,qua-
re secundũ,& quare tertiũ.dicit gl. dic,ꝙ primum genus dr̃,quia
surgit a prima propinquitate, s. a consanguinitate, vel a prima
copula & vna persona mediante ↄ̃hitur. Secundũ, quia a secun-
da propinquitate,siue a secunda copula & duabus personis me-
diantibus ↄ̃hitur. Tertium, quia a tertia propinquitate & tertia
13 copula,& mediantibus tribus personis ↄ̃hitur. † Ad tertium, an
hoc genus consistat ex vna parte tm̃, an ex vtraq;. dic ꝙ regula-
riter cõsistit ex vna parte,si sola copula ↄ̃hitur: si aliqua iungatur
fratri meo,per solam copulam inter eam & fratrem, mihi est af-
finis,mea copula nihil ducit,si qñ ex vtraq;, vt in vxoribus duo-
rum fratrum, quia copula cuiuslibet causat affinitatem: vt quia
iungitur mihi vxor mea, est affinis vxoris fratris, & quia iungi-
tur fratri,est affinis vxoris meæ secundi generis: & sic regulari-
ter ex vnius actione creatur: & sic dr̃ ex vna parte consistere.
quandoq;

ADDITIO.

a ¶80. Adde l.fi.C.de sacrosan.eccle.& Car.in cle.j.de reb.eccle.non alie.& Spec.
de proba.§.j.ver.ꝙ si testes.l.an vsusfructus.in fi.de vsufru. & adde, ꝙ quan-
doq; longior fuit,vt legitur de abba.Cosma,qui vixit ann.120.in Authen. de
mona.§.si vero intra.84.dist.c.fi.& plenius per Pli.li.7.char.48. Plures tamen
hodie moriuntur infra an.l.Car.vbi supra per l.j.C.qui æta.li.10.

quandoq; ex vtriusq; actione, & sic dr̃ ex vtraq; parte cõsistere.
14 † Ad quartũ, vsq; ad quod genus se extendat. Dicit gl. & tex. hic, ꝙ solum vsq; ad primum genus affinitatis. ideo cũ solis iunctis
15 sanguini est prohibitio, non cum iunctis generi affinitatis. † Ad quintũ, qualiter cõputentur gradus. Dico, ꝙ in quolibet genere computantur ad instar graduũ consanguinitatis coniunctis, vt quoto gradu distant consanguinei a iuncto sanguini vel iuncta, toto distent in affinitate iuncto vel iunctæ, iuncta vel iunctus sibi. Exemplũ, soror mea est mihi in secundo gradu: maritus secũ ɔhens erit mihi in secũdo gradu affinitatis, & ego sibi similiter. Si consanguinea est mihi in tertio, ɔhens cum ea est mihi in tertio: si consanguinea mea est mihi in quarto, maritus eius est mihi in quarto. Si est mihi in primo, quia filia iunctus secum est in primo: si maritus iste moritur & accipiat aliã, ille erit mihi in illo gradu, in quo erat ille mihi: si erat in secundo, ista in secundo: si in tertio, ista in tertio: & ita erit. si postea ille moriatur, & illa accipiat aliũ, erit mihi ille iunctus in illo gradu, in quo erat primus maritus, & ipsa, quæ nunc virũ accepit. & iõ dicit hic glo. ꝙ copula addita copulę mutat genus & nõ gradũ. Exemplũ, pone, soror est mihi in secundo, accepit virũ, hic est mihi in secundo, q̃a iungitur sanguini distanti in secundo. pone, ꝙ mortua sorore ipse accipiat aliã, iste erit mihi in secundo genere: tñ gradus nõ mutabitur, q̃a iste est mihi in secũdo gradu, & ipsa erat mihi in secũdo. pone, ꝙ mortuo illo ista accipiat aliũ, ille q̃ iungetur erit in tertio genere, sed remanebit in secũdo gradu, q̃a fuit sic mihi affinis secundi gradus. mutatur ergo genus, sed non gradus.
16 † Quæro hic, affinitas cũ q̃bus ɔhatur. rñdeo, ꝙ cũ cõsanguineis vel affinibus iuncti vel iunctæ inter iunctã, iunctũ, & consanguineos: non inter consanguineos & cõsanguineas vel affines iuncti & iunctæ. vnde si ego habeo consanguineos & affines, sunt consanguinei & affines vxoris meæ, & sui sunt cõsanguinei vel affines mihi: consanguinei aũt mei & affines cũ consanguineis vel affinibus vxoris meę pñt ɔhere: ideo frater meus posset ɔhere cũ vxoris sorore cognata mea. hoc olim fallebat solo vno casu in prole prodita ex secundo matrimo. si vxor fratris mei ɔhebat post mortẽ fratris, & postea haberet ex ea sobolẽ, nullus de consanguinitate mea poterat esse maritus illius sobolis, vel secũ ɔhere: non q̃a ibi esset aliqua affinitas, q̃a ꝓles illa non erat iuncta consanguineis iunctæ, tñ quia exiuerat ex vtero, cui iunctus erat sanguis noster, ex quadã publica honestate nõ poterat secũ ɔhi: & certe satis fuerat rõnabile. Similiter si soror mea ɔxisset cũ vno, illo mortuo habuisset ꝓlẽ ex alia filia ꝓdita ex illo secũdo matri. erat ꝓhibita ɔhere cũ nostra consanguinitate, q̃a orta erat ex corpore iuncto sanguini nostro: Papa tollit istũ, vt videtis hic. Quæro ergo, an impedimentũ publicæ honestatis hodie sit sublatũ. Vt intelligas, est dare publicã honestatẽ quadrupliciter. vno mõ, q̃n adest ẽt affinitas, & hic est adhuc impedimentũ publicæ honestatis concurrens cũ affinitate, q̃a turpe est ɔhere & inhonestũ cum affi. & de hoc loq̃tur c. discretionẽ. š. de eo q̃ cog. consan. vxo. suæ. an quatenus hæc est sublata & quo ad gña & gradus affinitas, censeatur sublata illa publica honestas. vr̃ ꝙ non, q̃a vbi concurrunt duo impedimenta, ad sublationẽ vnius non tollitur aliud, de præbendis. non põt. lib. 6. de vsu pallij. c. ex tuarũ. ad hoc 35. q. 3. c. porro. vbi patet, ꝙ cum secundo gñe cõcurrit impedimentũ publicæ honestatis, vt in vxoribus duorũ fratrũ, vel duorũ consobrinorũ. Gl. determinat ɔ̃ & bene: q̃a impedimentũ publicæ honestatis est consecutiuũ fundamentũ super ipsa affinitate, ꝑut cũ ea cõcurrit: nã iõ inhonestũ est, quod ɔhũt q̃a affines sunt, sublata affinitate tollitur vtrumq; impedimẽtũ, quasi publica honestas habeat pedes suꝑ radice affinitatis, a qua causatur vitiũ vna radice & c. C. de nup. l. pe. ad finẽ. Est alia publica honestas, q̃ erat vt soboles ex secunda coniuge vel viro suscepta: non posset iungi consanguineis primi viri vel cõiugis. & hec sublata est, q̃a hic non erat nisi vnũ impedimentũ, s. publicę honestatis, quod fundabatur super illa ꝓhibitione, qua sublata est publica honestas. Est tertia publica honestas, q̃ surgit ex spõsalibus de futuro: vt quo casu affinitas olim ɔ̃cto matri. & secuta copula impediebat matri. eo casu spõsalia ex publica honestate impediebant & dirimebant. & an hæc sit sublata: vr̃ ꝙ non, quia istud corrigens nihil loq̃tur de publica honestate. & sicut vr̃, ꝙ sic, vt olim publica honestas inducebatur in secundo & tertio genere affinitatis, ita & hodie, quod non mutatur & c. vr̃ ꝙ sicut olim impedimentũ publicæ honestatis se extendebat ad septimũ gradũ, ita vr̃ ꝙ hodie se debeat extendere. ɔ̃rium determinat glo. q̃a impedimentũ publicæ honestatis oĩno seq̃tur instar impedimenti affinitatis, vt ibi affinitas impediat in matri. cũ copula ibi impediret in sponsalibus de futuro: per quod patet, ꝙ cum hodie sit restricta affinitas ad quartũ gradum, & ad primum ge-
17 nus, sic erit restricta etiam hæc publica honestas. † Ex hoc habes vnam regulã in materia extensionis, ꝙ vbi duo sic se hñt, ꝙ vnũ venit consecutiue ad aliud, & alius sequitur limites, vno immutato consecutiuũ immutatur. ad hoc optimus tex. de seruis non or. c. miramur. in gl. cle. generalẽ. de ęta. & quali. quædam est publica honestas, quę surgit ex ɔ̃ctu matrimonij de facto, impediẽte ætate, persona existente inhabili ad matri. habili ad sponsalia, de qua in c. fi. de despon. impu. & in c. j. de despon. impu. lib. 6. & idem per oĩa in ista. quædã est publica honestas, quæ surgit ex ɔ̃ctu matrimonij vel sponsalium cum inhabili ad sponsalia de futuro, & ex tentatu copulæ, de qua š. de spon. c. iuuenis. ſm intellectũ quem posui ibi, & in c. fraternitati. š. de eo qui cog. consan. vxo. & idem per oĩa in ista: quia ista & proxima sequuntur limites consanguinitatis & affinitatis. Et Panor. hic colligit prædictam regulam ex hac glo. in materia extensionis, ꝙ vbi duo sic se habent, ꝙ vnum venit consecutiue ad reliquũ, vno immutato seu sublato etiam cõsecutiuum intelligitur mutatum seu subla-
18 tum, alle. c. quãuis. in fi. de præbẽ. li. 6. † Et hoc dictũ glo. potes inducere ad q̃onem, nunquid in dispensatione sit fienda mentio specifica de affinitate & publica honestate: vbi simul concurrũt, an sufficiat facere mentionem de affinitate. Q̃õ fuit ardua in curia Ro. & alle. illa glo. ꝙ sufficiat facere mentionẽ de affinitate, quia in ɔ̃nam fit de publica honestate. In ɔ̃rium facit glo. super arbore affinitatis post prin. sed re vera concordando dicite, ꝙ si publica honestas necessario comprehenditur sub affinitate, satis est de affinitate fecisse mentionem. & sic procedat illa glo. Exemplum, si impetro dispensationẽ vt liceat mihi ducere vxorem consanguinei mei defuncti, non obstante affinitate in tertio gradu: nam ex quo feci mentionem, ꝙ fuit vxor consanguinei mei, consequenter feci mentionem de publica honestate: & sic per consequentiam videtur sublata virtute dispensationis. si vero non comprehenditur ex narratione eorum, vt puta impetraui dispensationem, vt liceat mihi ducere Titiam mulierem, non obstante ꝙ sit mihi affinis in tertio gradu, non valet dispensatio, si vltra affinitatem erat publica honestas, ex quo de eo nõ fuit facta mentio expresse vel tacite, argu. in c. ex tuarum. de aucto. & vsu pal. nam affinitas potest contrahi sine matri. vt in cap. discretionem. š. titu. proximo. & hoc casu procedit glo. super ar-
19 bore. † Quæro, an matri. contracta in sexto vel septimo gradu ante istam constitutionem, superueniente ista constitutione cõfirmentur. dicit glo. quòd non, quia respicit tantum futura matri. ex natura constitutionis generalis, de constitu. c. 2. & c. fi. & ex verbo, de cętero. sed an si post istam constitutionem simul cohabitant, confirmetur matri. glo. dicit ꝙ sic, š. de despon. impu. c. literas. dummodo sint de hoc certificati: nam primus contractus nullus potest ex superuenienti tacito consensu confirmari, in Authẽ. de nuptijs. §. si vero ab initio. Non ob. quòd verba sint de substantia: quia hoc negari potest, vt dixi š. de spon. c. tuæ. vt si hoc fateatur, prima verba trahuntur ad hunc sensum, & sic habetur vterq;, vt no. š. de spon. c. is qui. Nec ob. quòd videantur durare in antiquo consensu, si illud non exprimant: q̃a verum non est, ex quo certificati sunt, & actum faciunt cõgruẽtem matri. & hoc tenet Hosti. maxime si copulentur. Quid si tales ante consi. separentur, an postea contrahere poterunt. videtur quòd non, 35. q. 6. c. ab isto. dicunt Doct. quòd possunt, ad hoc quod no. supra de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulterium. c. cum haberet. tenet ergo contractus, licèt contrahere non deberent, propter incestum. Non ob. c. ab isto. dic quòd illud iuramentum de non sociando se intelligitur durãte illo impedimento. In glo. in versi. secundis nuptijs. ibi, sponsa de futuro. Panor. hic idem dicit, fortius in spon. de præsenti: nam maior honestas exigitur, vt non ducam eam in vxorem, quæ fuit sponsa de præsenti consanguinei mei, quàm quòd abstineam ab ea, quæ fuit sponsa de futuro. & hoc voluit glo. in fi. & sic tenent
20 Doct. in c. sponsam. & ibi dixi. supra de sponsali. † In glo. in ver. de cætero. ibi, non trahuntur ad præterita. no. gl. quia potest seruire in alijs terminis: ex hac enim glo. potest inferri, quòd si reuocatur statutum, non censetur reuocatus effectus iam causatus per statutum, nec videtur reprobatus actus gestus cõtra antiquum statutum: & ideo excõmunicatus ex antiqua legẽ indiget absolutione etiam per legem reuocatam. Dic hoc ꝓcedere, nisi in reuocatione dicatur, quòd antiqua lex debeat haberi pro infecta: tunc enim omnis effectus antiquæ legis est sublatus, ita vt excommunicatus non indigeat absolutione, vt est glo. singularis in clemen. j. in verbo, pro infectis. de immunitate eccle. & tene menti illas duas glo. sic intelligas. Et in fi. glo. hæc vltima opinio cõmuniter tenetur, & satis placet fauore matri. Panor.
21 † Sed pro complemento quæro, an miles, mulier, rusticus igno-
rantia

a rantia iuris excusentur[a] a pena iuris, de qua in cle.j. e.tit. si cõhãt in gradu prohibito. Lud.in consi.506.quod incipit, In re pñti. dicendũ vr prima fronte dictũ militem non incidisse in excõicationẽ, q̃ cõhentibus vetitas nuptias infligit, cle.vna, de consan. & affi. Primo, q̃a in milite habemus expressum, q iuris ignorantia sibi prodest in damno vitando, C.de iu.& fac.igno.l.j.C.de iure deliberandi.l.fi. ergo in vitanda excõicatione q̃ plurimũ est dãnosa. Secundo, quia videmus, q iuris ignorantia, quẽ a pena cõfiscationis bonorũ excusat, a lege imposita vetitas nuptias cõhẽti, vt est sñia gl.in c.& si necesse.de dote post diuor.resti.per Bar. in l.fi.de cõdi.sine cã.& Bar.in rub.ff.sol.mat. & quod plene no. in l.qui cõ.& l.si quis incesti.& auth. incestas. C. de incestis nup. Tertio, q̃a videmus q iuris ignorantia militem excusat in simili casu, s.a pena per legẽ imposita ascribẽti sibi q̃d in alterius testõ, vt est casus in l.quod adhibitũ.C.de his qui sibi ascribunt.vbi est tex.no.q in milite iuris ignorantia adesse p̃sumitur.vltimo istud pbat sñia glo. j. q.4. c.ignorantia. 38.dist.ignorantia. & quod hr̃ de re.iu.c.ignorantia.lib.6. & in l.regula.in §.si filius.ff.de iur.& fac.igno.concluditur militi ex iuris ignorantia subueniri in his, in quibus tractat de damno vitando: pari quoq; ratione maxime mulierẽ, q̃ ẽt tẽpore clandestini mat. cõcti minor erat, vr in pœnã excõ.non incidisse: primo per l.si adulteriũ cum incestu. §.j.ff.de adul.vbi exp̃ssum, ignorantiam iuris ciuilis inducere in muliere maiorem excusationẽ a pena incestus. secundo per l.regula.ver. videmus.ff.de iu.& fac.igno.& in l.j.in fi.ff.de eden. vbi mulieri nedum minori, sed ẽt maiori iuris ignorantia deceptã se dicẽti, succurritur, dum de damno vitando tractat. tertio ad idem tex. in d.l.qui cõ.C.de ince. nup. vbi exp̃ssum est p̃p iuris ignorantiã minori fauori, ita q non incurrit pœnã a lege impositã incestas nuptias cõhenti. His tñ non refragantibus, cũ quibus pñt multa similia allegari, cõrium verius Ludo. cõcludit, & primo mouetur ex casu ad propositũ nostrũ singulari iudicio meo in l.j.C.de interdicto mat.vbi fm lec.gl.cõiter approbatã a Doctoribus, ibi & in d.l.qui cõ.per l.fi.ff.de ritu nup.est expressum, q ille, qui aliàs a pena cõhentiũ vetitas nup. p̃p iuris ignorantiã esset excusatus, vt est rusticus & similes, si cõhit eas clam, vt in proposito casu, penã non euitat: & huius est rõ, vt dicit gl. notabiliter, q̃a p̃p clandestinitatem præsumitur in eo adesse scientia iuris, & cessat p̃sumptio ignorantiæ eiusdẽ. vnde tex. ille formaliter istã q̃õnem determinat. Secundo mouetur ex tex. c.pueris. c.quãuis.c.j.c.mulieres.& c.de monialibus.de sen.excõ.vbi in simili iste casus etiã deciditur, q̃n in eis est exp̃ssum, q minor ætas seu muliebris sexus mulierem non excusat, quo minus si manus violẽtas in clericũ iniiciat, sentẽ.excõ.incurrat latã a canone, si quis suadente. Ita igit in p̃posito dicendũ in hoc milite, & muliere, maxime si in gradu p̃hibito iure diuino, iuxta no.in c.literas. de resti. spol. cuius ignorantia apud homines damnabilis est, vt in l.venia. C. de in ius vocãdo.& in d.c.ignorãtia.j.q.4.si nuptias cõxerint, q in sentẽ.excõ.latę per dictã cle.inciderint. istud aũt in muliere maxime verũ est, quia in ea datur regula, q iuris ignorantia in dãno vitãdo nunq̃ sibi p̃dest, nisi vbi a iure hoc spãliter reperitur exp̃ssum, C.de iur.& fac.igno.l.ne passi. At in p̃posito casu eã excusari iure tantũ non reperio. & p̃ hac sñia quo ad q̃õnem propositam facit optime dispositio c.fi.s̃.de clande.desponsa.

ADDITIO.

a ¶Excusentur. Quibus autem ignorare iura permittatur, & quibus non, vide no. & plene per D.Alex.consi.92.j.parte.& an, & quando, & in quibus mulieres excusantur a iuris ignorantia, vide Do.Soci.consi.39. incip. Visis & inspectis. ver.2.posset excusari.in j.parte.char.78.& adde Ang.in l.vbi.de eden.& Alex. in l.2.ff.si quis in ius vo.non ierit.

SVMMARIVM.

1 *Distans à stipite quarto gradu vel citeriori cum distante quinto vel vlteriori, contrahere potest.*

2 *Regula magistrorum approbata a iure debet pro iure seruari.*

CAP. IX.

1 VIr qui. Secundũ Io.An.se summat: fm Cardi. h.d. † Distans a stipite quarto gradu vel citeriori cũ distante quinto vel vlteriori, cõtrahere põt. h.d. cum gl. But.sic summat: Distans a stipite quinto gradu matri.contrahit, licèt æqualiter a stipite non distet. h. d. non diuiditur. In tex.ibi, quarto gradu. supple ex vno latere, repete distat a stipite. qualiter gradus cõsanguinitatis debeat distingui, vide quod no.35.q.5.parte. In tex.ibi, licite possunt. nisi multitudo, consuetudo, scandalum generantes cõrium inducunt, c. q dilectio.§.fi. No. primo regulam infallibilem & perfectam in põderando distantiam graduum inter duos trãsuersales: quia quoto gradu distat remotior, toto distat a quolibet per aliam lineam descendente: cum ex eodẽ stipite & ex vna linea distans a quinto gradu potest cõhere cum alio ex alia linea distãte quarto gra-

2 du, secundo, & primo, vt in glo.2. † No. secundo, q regula a magistris tradita seruatur & pro lege habetur, quando est a iure approbata.& de hoc in glo.2.facit de dã.infec.ff.l.si edibus.& s̃.de decimis.c.j.& quæ ibi in glo.no.3.& ibi Io.An.allegat iura.simile dr̃ de consuetudine, quæ pro iure seruari debet, vt s̃.de cogna. spiri.c.j.& c.super eo.& dicit Host.q hoc casu approbatio debet fieri a Papa, aliter parum prodest, vt patet ex his, quæ notantur in c.de infidelibus.c.super eo.& in c.quia circa. s̃. eo. decreta ẽt consuetudo approbata ius interpretatur, s̃. de consuetudine. c. cum dilectus.fm Io.An.& per Host.in glo.2. Hic glo.j.& 2. sunt expositæ.& cum glo.j.dicit, q idem si tertio vel secundo: gl.sentit tacite, q ex vno stipite quis distet tertio vel secundo gradu, q cõhi põt mat. secus quidẽ si ex vno latere distet quis a stipite primo gradu ex primo vno gradu, quia vr q non põt cõhi mat. inter istos, quasi gl.nõ sine ministerio omiserit de primo gradu.& hoc tenuit Host.q. hoc no.s̃.eo.c.qd̃ dilectio.in c.tua.dicens, q q̃ nõ põt cõhere cum stipite, nec poterit cum filio stipitis: quod est falsum fm Io.An.& But. & Cardi. scribentes vt dixi in c.tua. & remittit se Io.An.ad no.per eum in arbore consanguinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Arbor consanguinitatis, & affinitatis arbor, cuius sit vtilitatis, & ad quid inuenta fuerit.*
2 *Arbor est authentica.*
3 *Arbor quare repetatur in decretalibus, quæ olim erat in decretis.*
4 *Consanguinitas quid sit.*
5 *Consanguinitas vnde dicatur.*
6 *Linea quid sit. & nu.20. & 22.*
7 *Gradus quid sit.*
8 *Arbor consanguinitatis qualiter formetur.*
Cellula vacua, quæ est in arbore, qualiter vocatur. & nu.25.
9 *Cellularum quis sit ordo.*
Persona addita personæ per carnis propagationem inter ascendentes & descendentes, adijcit gradum tam de iure nostro quàm ciuili.
10 *Quot sunt personæ, de quibus quæritur, computatis intermedijs inter ascendentes & descendentes, vna dempta tot sunt gradus inter eas.*
Parentes duos regulariter quis habet, quatuor auos, octo proauos, & sexdecim abauos: quod procedit in licito coitu: aliàs bene possunt haberi pauciores. & nume.30.
Matrimonium prohibetur contrahi inter ascendentes & descendentes in infinitum. & nume.31.
11 *Gradus collateralium qualiter computentur.*
12 *Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a stipite, toto secundum nos distant inter se: secundum autem leges tot sunt personæ dempto stipite quot gradus.*
13 *Personæ quare duplicentur in arbore, & quòd auus, proauus, & abauus sunt bigami.*
14 *In collateralibus æqualis lineæ procedit allegatio affirmatiua & negatiua: affirmatiua procedit in æquali linea quarti gradus, negatiua autem in tertio vel propinquiori.*
15 *Collaterales, quorum vnus est in primo alter in quinto gradu, possunt inuicem contrahere.*
16 *Voluntates hominum variæ sunt.*
17 *Doctor non debet esse ita breuis, vt non perfecte dicat, vel non intelligatur.*
18 *Decretum an sit authenticum.*
19 *Vinculum quod maius dicatur, vel descendentium quo ad ascendentes, vel econtra: & cui magis debeat quis subuenire an patri indigenti an filio.*
20 *Nomine agnatorum & cognatorum qui veniant in materia stricta.*
21 *Lineæ quot sunt, & quid contineant.*
22 *Stipes quid sit. & nu.18.*
23 *Arborem affinitatis quis adinuenit.*
24 *Arboris forma.*
26 *Cellularum forma. & nu.27.*
28 *Gradus & consanguinitas quibus regulis cognoscantur,*
29 *Emphyteusis concessa alicui & alijs suis descendentibus vsque in tertiam generationem, an comprehendat primam personam pro prima generatione: & an ista verba, vsque ad tertiam generationem, & c. ponantur inclusiue vel exclusiue.*
30 *Emphyteuticæ locationes, quæ fiunt de generatione in generationem, videntur similes esse in inuestituris feudalibus, & debent intelligi vt faciant rem emphyteuticam esse in hæredibus.*
32 *Ascendentes qui dicantur, & qui descendentes.*
Nomine liberorum qui contineantur, & qui nomine descendentium.
33 *Nomine parentum qui comprehendantur.*
34 *Statutum quòd extantibus masculis filijs filia fœmina non succedat: aliquis decessit relicto nepote ex filia, & nepote ex filio, an nepos ex filio excludat nepotem ex filia. & nu.35.*
35 *Masculinum an concipiat fœmininum. & nu.36.*
36 *Statutum, quòd masculi præferantur fœminis, tunc nec filiorum nec liberorum appellatione neque in contractu neque in vltima volantate comprehendet filias fœminas.*
37 *Nomine patris vel parentis venit naturalis pater tantum.*

Nomine

38 *Nomine nepotum an comprehendantur pronepotes in materia stricta: & appellatione auiæ an veniat proauia.*
39 *Statutum de patre an comprehendat auum vel proauum.*
40 *Nomine patris non venit mater in materia odiosa: secus in fauorabili.*
41 *Nomine patrui non venit patruus magnus.*
42 *Nomine nouercæ non venit nouerca magna.*
43 *Consanguinei qui dicantur, attenditur communis vsus loquendi, qui si non apparet, statur significationi legali.*
44 *Nomine fratris non comprehenditur consanguineus, siue consobrinus.*
45 *In collateralibus quis erit stipes.*
46 *Cellulæ qualiter computentur a latere sinistro.*
47 *Gradus collateralium qualiter cognoscantur.*
48 *Computationis ratio, quæ sit inter diuersimodam computationem iuris nostri & ciuilis.*
49 *Gradus quomodo sint computandi in statutis.*
50 *An vltra quartum gradum de iure canonico sit gradus.*
51 *Gradus quis attendatur in materia arbitrorum.*
52 *Matrimonium contrahens cum coniuncta sibi in quarto gradu consanguinitatis prohibito a iure cano. sed nõ prohibito a iure ciuili, an incurrat pœnam legalem: & quæ sint pœnæ legales contrahentibus incestas nuptias.*
53 *Quoto gradu aliquæ duæ personæ diuersarum linearum sibi attineant, qualiter cognoscatur.*
54 *Matrimonium in 7. vel 5. gradu contractum ante c. non debet. an legitimetur per iura ipsius consilij generalis, an dirimi debeat.*
55 *Nomine progeniei quid contineatur.*
Illi dicuntur de genere, qui sunt consanguinei.
56 *Nomine parentelæ venit etiam affinitas.*
57 *Nomine sobolis comprehenduntur etiam descendentes fœminini sexus, etiam continentur legitimati, licèt quandoque restringatur secundum subiectam materiam.*
58 *Nomine suorum qui contineantur.*
Sui qui dicantur.
59 *Nomine propinquorum qui veniant.*
60 *Nomine stirpis, qui contineantur remissiue.*
61 *Nomine necessarij veniunt consanguinei de latere.*
62 *Nomine descendentium qui veniant.*
63 *Nomine cognati comprehenditur bastardus.*
64 *Generatio & gradus idem sunt.*
65 *Nomine domus continentur illi de familia.*
66 *Capitaneus de tali domo intelligitur, i. primarius.*

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Circa Lecturam arboris diuersis olim diuersum modum
tenentibus, Io. de Deo Hispanus post illos lecturæ
ipsius arboris nouum modum assumẽs, per suas metricas regu-
las ipsius intellectũ apponere fuit nixus: & propter multitudinẽ
regularum & versuum obscuritatem aliquibus notum ignotũ,
15 ꝙ si statutum dicat, ꝙ affinis † teneatur compromittere, vel cogatur, vel quid simile, debet intelligi de affine mediātibus nuptiis, nō ex illicito coitu: licet forte satis posset distingui sm̄ Car. Flo. in hac quæstione, ꝙ in foro ecclesiastico nō requirātur nuptiæ, in foro ciuili requirātur, sicut vidimus in simili quæstione in arbore cōsanguinitatis. & sic dicamus, si tale statutum est in foro ciuili, ꝙ nō fiat compromissum: secus si est in foro ecclesiastico, quia fit compromissum. Fed. de Se. in hoc articulo in cōsi. quod incip. Magister. & est nu. 229. dicit circa hoc, qn̄ ex copula surgat affinitas siue cognatio vel parētela, ꝙ licet vir agitauerit, seu mēbrum immiserit in membrum mulieris, si tū semē nō dimisit, licet mulier agitata & palpitata semē emiserit, ꝙ nō dicat cognita: vt dāt exemplum de frigido, qui potest agitando & palpitādo inducere mulierem ad seminis effusionem. & de hoc dicto nullus dubitat, quia ex quo vir nō emisit, ibi nō potest dici seminis vel sanguinis commixtio: vnde vulgariter dr̄, qn̄ aliquis nō seminauit in ea, sed stetit super ea per lōgam horam, & fecit eam corrumpere, sed nō potuit eam supponere, ꝙ nō expleuit actum veneris. Sed casus dubitabilis est, qn̄ vir emisit nō mulier. & dicūt quidam Doc. idem, s. ꝙ nō ɔhitur affinitas, quia nō fuit sanguinis commixtio: quam commixtionem sanguinis dicūt quidam necesse interuenire debere: & sic isti accipiūt pro eodem sensu cōmixtionem. sed ɔ istam opi. vr̄ esse Io. Theutoni. qui glosauit decretum: nam in c. extraordinaria. 35. q. 3. innuit in gl. vltra ꝙ si vir emittit in agro mulieris, ꝙ ibi dicatur sanguinis commixtio. itē Host. dicit, ꝙ ista opi. est periculosa, quia de copula vtriusq; nunquam posset fieri fides ecclesię. Item ista opi. est omnino falsa, si vera est sentētia medicorum, quæ habet ꝙ ex solo semine hominis sine semine mulieris mulier pariat. quod truffa esset dicere, ꝙ si mulier cōcepit in matrimonio, & peperit, ꝙ nō dicatur cognita, posito ꝙ non seminauerit. Pone ꝙ mulier semel in anno nō emittat, & supponatur a viro ducētum vicibus: quomodo nō diceretur ista cognitio? absit. Fugiēdæ. n. sunt opi. quæ illaqueāt, quæ difficultates ingerūt, quæ sunt ɔ omnem signationem vocabuli, & omnem modum loquēdi. Restat ergo videre ad canonē, qui incipit, ex diuinæ cōstitutionis. positum 27. q. 2. vnde qui innuit, ꝙ talis propinquitas seu affinitas tūc demum insurgit, cum fit sanguinis commixtio. & habetis probare, ꝙ solo vtroq; semine dicatur sanguinis commixtio fieri: quod valde facere debet esse, ꝙ solo viro sit ɔcta affinitas. videtur sequi hic, quòd si seminauit vir in claustro mulieris, & mulier timens impregnari, cito eijciat semen viri, vel alia de cā semen emissum subito emittat, ꝙ hic non sit ɔcta affinitas, quia hic semen viri nō fuit aliquatenus

nus cōmixtum alicui matrici, quę sit infra claustra mulieris. Certe posset concedi hoc, si præsupponis ꝙ semen receptum solum in orificio membri mulieris emissum sit: sed si vlterius receptū est, dato ꝙ emittatur, quod difficile est, quin in totum vel in partem ibi nō fuerit commixtio aliqua seminis viri cum aliqua mulieris materia, siue illa materia sit seminaria, siue menstruosa, siue sanguinea, quam ille tex. appellauit sanguinis commixtionē. Ex prædictis ēt infertur, cum s. dixi, ꝙ ex fornicaria copula oritur affinitas ſm Io. An. hic, ꝙ qñq; concurrit affinitas cum cōsanguinitate, vt si quis cognoscit cōsanguineam, oritur affinitas, & sic cōsanguinei eorum propter hanc copulam efficiuntur affines, & tñ prius erant consanguinei, s. eo. tit. c. quod super his. q. a ex quo vir & vxor sunt vna caro, nō pōt esse quis propinquus vnius, quin sit propinquus alterius, 35. q. 9. c. fraternitatis. sed inter cōsanguineos viri & cōsanguineos mulieris nulla oritur affinitas, c. quod super his. eo. tit. vñ pater & filius ꝯhūt cum matre &
16 filia, vt ibi. Sed quæro, an ipse † maritus & vxor efficiantur affines. Doct. dicūt ꝙ nō, sed sunt affinitatis causa, vt no. s. in proœ. huius cōstitutionis. gl. in l. sed & hæc. in princ. ff. de procu. gl. in §. affinitatis. Instit. de nup. ſm do. Card. hic, & Cald. si maritus & vxor essent affines, sequeretur ꝙ quis nō posset cum illa ꝯhere, quam cognouit: quod est ꝯ id quod habetur s. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. c. signasti. & est rō ſm Doct. & maxime Car. Flo. quare per copulam nō efficiuntur affines, quia per copulam efficiuntur vnum & vna caro, s. de biga. c. relatum. vnus autem & idemmet sibi nō attinet, quia attinentia præsupponit multiplicitatem personarum, vt patet hic in diffinitione affinitatis, & vidisti s. in præceden. arbore, in vlt. q. ex hoc infero ad q. Quid si dicat statutum, ꝙ inter affines vsq; ad certum gradū fiat cōpromissum de lite vel litibus vrgētibus: inter eos vertitur qō inter maritum & vxorem, nūquid inter eos tanq̃ affines debeat
a seruari statutum [a] per prædicta. & vr̄ ꝙ nō: nam vt s. dixi, proprie nō est affinitas inter virum & vxo. sed proprie statuta debēt intelligi ad proprium signatum, in c. statutum. de elect. lib. 6. facit c. in nostra. de iniu. & dam. dato. ita determinat gl. in l. affinitatis. C. cōia de suc. de hoc Cy. in l. maritus. C. de procu. vr̄ sentire, ꝙ nō dūr ēt cōiuncti. gl. ꝙ sic in l. Quintus. ff. de au. & arg. leg. not. Bar. in l. cui eorum. §. j. & Bal. in l. j. §. fi. ff. de post. in l. cum alienā. C. de leg. & in l. j. C. vñ vir & vxor. & ibi Lud. de Ro. Itē q. a nulla affinitas pōt esse sine capite: caput aūt affinitatis est vir & vxor, spōsus & sponsa, ad quos debet recurri tanq̃ a stipite, & tanq̃ signum positum ad sagittam, arg. c. qualiter. el 2. de accusa. & exēplum patet s. in arbore ꝯsanguinitatis, & ita in arbore affinitatis: vñ illis, s. viro & vxore demptis a computo graduum, alii gradus debēt successiue demōstrari: nullus ergo affinitatis est gradus inter eos, ſm quod dicit Io. An. in gl. in versi. sed ipsi sunt affinitatis causa. & vide gl. quam pono s. Glo. determinauit ꝯrium in d. l. affinitatis. dicens, quia propter vnumquodq; tale, & illud magis, ſm Philosophum. Item & hic agitur in tali statuto disponente de arbitris eligendis inter affines de prorogatione iurisdictionis, quæ faciliter prorogatur, l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iudi. & maxime propter maioritatem rationis: nam est ratio maior extinguendi lites inter virum & vxo. q̃ inter alios affines. Item propter publicā vtilitatem isti iudices arbitri sunt, l. pe. in fi. ff. de iudi. ex quo sequitur, ꝙ nō ex propria signatione inter eos, s. virum & vxo. sed propter materiam fauorabilem & ampliabilem, & propter maioritatem rationis habet locum dictum statutum de compromisso. Glo. in ver. & dr̄ affinitas. hæc est secūda pars primæ principalis ſm diuisionem Io. An. In glo. in verbo, per incestum coitum ſm nos. cum ista gl. alleg. ēt tu c. literas. de despon. impu. in ver. filiam. quod no. in regula, nō præstat impedimētum. de reg. iur. lib. 6. & 35. q. 3. c. de incestis. In glo. in vers. Iulia. & si quātum ad hoc intelligātur leges ſm Io. An. in apparatu suo in additione suæ glo. vel ſm Goff. vt ipse recitat, & dixi s. in gl. in ver. ſm leges. nō obs. d. l. licet ex damnatis nuptiis non oriatur affinitas de iure ciuili: oritur tñ publicæ honestatis
17 iustitia. In gl. in ver. vnionem carnis. quę † vnio insurgit ex copula: & ſm Io. An. in suo apparatu est dare regulam infallibilem, ꝙ inter virgines matrimonium propter affinitatem impediri vel separari non pōt. Ex quo pōt dici, ꝙ inter virgines nunq̃ ꝯhitur affinitas: non reperitur. n. copula carnalis, 27. q. 2. lex diuinæ. s. de eo qui cog. cōsan. vxo. suæ. c. fraternitati. & vera copula requiritur, vt dixi in gl. in verbo, leges affinitas. vt ēt hic dicit glo. per c. extraordinaria. vñ vitium sodomiticum hoc non inducit, vt ibi dixi ſm Arch. ēt si fiat cum muliere: & sic vir membro mulieris ad hoc non concesso vtatur, 32. q. 7. c. adulterii malum. & in d. c.
18 extraordinaria. † In gl. in versi. sunt affines vterq;. & sic vt dixi in gl. in verbo, ſm leges. affinitas & cōsanguinitas possunt ꝯcurrere. de hoc dubito, per ea quæ sunt in duabus diffinitionibus siue descriptionibus s. Nam primo dicit Io. An. in diffinitione sua, & hoc vt s. dixi, cū carens parētela. Item ex eo quod dr̄ in §. affines. hic alle. ꝙ affinitas est ex eo, ꝙ duæ cognationes diuersę copulētur: sed ex quo sunt consanguinei, non vr̄ inter eos ꝯhi affinitas ex tali coitu, quia sunt eiusdem cognationis: & ideo vt dictū est s. diffinitio Io. An. & Host. non est bona, quia oēs diffinitiones periculosæ, maxime in casu isto, vbi est diuersitas inter Doct. diffinientes, vt dixi in gl. in versi. ſm leges. credo tñ ꝙ ſm Io. An. bene dicatur hoc, cū dicit ꝙ affinitas cōcurrit cū consanguinitate, sicut dr̄ inferius in gl. Io. An. ꝙ affinitas concurrit cū publica honestate: ex quo infertur, ꝙ qñq; circa easdem personas plures attinētiæ oriūtur, vt tenet ēt Spe. in ti. de consang. & affin. §. j. versi. fin. & ibi ponit versum sequentem.

Nate nepos dixit frater puero sua mater.

Versum ponit ipse, qui pōt soluere soluat. & illud est pueriliter dictum, dicit ipse: hoc est, ꝙ pueri dicūt in scholis inter seipsos. & cōtingit hoc ſm Spe. Ecce exemplum, Titius ex matre sua cōcepit filiam, puta Bertam: & sic Titius est pater & frater Bertæ. deinde Berta crescēte ex ea tunc Titius cōcepit filium, puta Petrucium, qui est filius Bertæ & frater, qui vterq; est filius Titii, & etiam nepos Bertæ: quia est filius Titii fratris Bertæ. Item ipse Titius est pater auus & auūculus ipsius Petrucii. & sic soluta est qō ſm Spe. Dicit Car. ꝙ expositio Spe. non declarat, qualiter Petrucius sit frater Bertæ. sed vidimus satis in eo declaratum, quia quilibet filius patris mei est meus frater ex latere patris, licet non matris: sed iste filius est patris mei: ergo est frater meus. dicit tñ iste Car. ꝙ ipso dormiente visus est sibi quidam quærens ab ipso, Tu quidem affligeris in sensu huius versus: est. n. valde perfacilis intellectus versus: Si. n. ponis ex fratre & sorore filium, quē natum pater ipsorum fratris & sororis adoptauit: nōne eadem soror eadem mater recte dicit filiū: & quia a patre adoptatum, æque & dicit fratrē. & sic intelligitur versus prællegatus, cumq; ille dixisset, somnus abiit. dicit ipse Car. & ne de memoria recederet intellectus versus, Gratias Deo agens, qui dat hominibus scientiā, hoc scripsit. Dicit Zochus, ꝙ nō videt drīam inter expositionē reuelatā do. Car. & reuelatā do. Spe. In gl. in verbo, scias aūt. ista est tertia pars ſm diuisionem do. Car. est aūt membrum vnum sub prima principali ſm diuisionē Io. An. In gl. in verbo,
19 perpetuum † impedimentū. ꝯrium probatur ff. de postu. l. cui eorum. §. affinitates, canonizata. 3. q. 7. §. tria. ver. affinitates. vbi mortua ipsa persona, mediāte qua est ꝯcta affinitas, deletur affinitas. Dic ꝙ in dictis locis soluitur ꝯrium per gl. & per Bar. in l. affinitatis. C. cōia de succ. nam quo ad impedimentū matrimonii dicūt ipsi non deletur affinitas per mortem: sed quo ad illa, de quibus ibi, vt quia prohibitus postulare nisi pro affinibus, intelligitur donec viuat consanguineus, mediāte cuius persona est mihi affinis: & dic quo ad alios effectus. facit quod no. in c. fraternitatis. alle. hic in glo. & Inst. de nup. §. affinitatis. de hac quæstione in l. cui eorū. §. j. per oēs, per Lud. in consi. 85. quod incip. Quo ad id, quod quæritur. per Saly. in l. fi. C. de verb. sig. per Pau. de Cast. in consi. 46. quod incipit, Super primo dubio siue quæsito. per Pe. de Anch. in c. j. de cōsti. Imo. post gl. in l. sed hoc ita. ff. de re iudic. Bal. in c. accedens. el 2. qui ēt alle. dictam gl. extra vt lite nō ꝯtest. sed in ꝯrium arguitur, ꝙ status præteritus debet attendi nō præsens, C. de quæstio. l. seruos. & l. vnius. §. pe. ff. eo. vbi qui fuit seruus, nō debet torqueri in præteritum. Item quidā amor, & quædam reliquiæ affinitatis vr̄ durare, arg. l. sicut aūt cū marito. & l. seq. ff. de re iud. & arg. eius quod no. Bald. in præall. l. affinitatis. C. cōia. de suc. sed dic, ꝙ ibi durabāt reliquiæ ad impediendū torturam ad illū effectū, de quo ibi. vel illud in memoriam beneficii recepti. Ad l. sicut aūt. rñdent, ꝙ illud est ad q̃dam honestatis reuerentiam maritalem, & propter bonos mores. ad arg. l. maritum. cū duabus seq. ff. sol. mat. sunt casus speciales. Et hæc faciūt ad statutū, quo præcipitur, ꝙ affines intelligantur compromittere, vt intelligatur statutū, qñ est præsens affinitas: secus si expira-
b uit [b] per eius mortem, quo mediante fuit ꝯcta, per alle. s. iura in prin. glo. quæ iura applaudent vulgari rusticorum, amissa vacca est per-

ADDITIONES.

a ¶Statutum. Vide Bal. in d. l. affinitatis. alle. in tex. in j. col. ad fi. versi. pone, statutū dictat. & ibi Bar. & Doct. ꝙ sic, licet non sint proprie affines, sed principium affinitatis: tamen vide Bal. tenentem contrarium in l. j. paulo post princip. C. vnde vir & vxor.

b ¶Secus si expirauit. Adde Bar. & Bal. in d. l. cui eorum. alle. in tex. Pau. de Cast. consi. 66. Ang. arc. in §. pęnales. Insti. de acti. & Bal. in l. fi. in j. col. in ver. modo quęritur. C. de verb. sig. item adde do. Alex. in l. non tantum. ff. de re iud. in vlt. col. per hanc gl. cum concor. ibi per eum signatis, & per Pau. de Cast. in l. rei iudicatæ. §. socero, ad finem. ff. sol. ma.

est perdita la socida. Dicunt tñ quidam, ꝙ in foro ecclesiastico seruabuntur Canones, in foro ciuili seruabuntur leges. facit qđ dixi in præcedne. arbore. In gl. in verbo, ſm leges. Et in gl. in verbo, computatio eorum. Dicit hic Card. quo ad q. nostram subsistere posset, per c. fraternitatis. iūcta gl. 25. q. 10. semper duret affinitas quo ad oẽm effectum, nisi in casibus, in quibus reperitur ɔ̃rium in iure, & in casu l. cui eorum. §. affinitates. cum simil. legibus s̃. alleg. ita tenet gl. expresse in d. c. fraternitatis. in verbo, nõ deletur. quæ dicit, ꝙ de iure cano. potius affinitas remanet affinitas: sed deberet intelligi l. cui eorum. quo ad illam legem q̃tum ad beneficium illius l. 3. q. 7. §. tria. ver. affines. & l. cui eorum. §. affinitates. cum simi. Ista opi. placet mihi, per no. in c. j. de no. ope. nun. & per ea quæ s̃. dixi. & vltra illa adduntur, quia validum est arg. de consan. & affi. probatur s̃. in rub. de cõsang. & affi. vbi de ambobus simul fit mentio in tit. & rub. facit c. non debet. s̃. eo. sed videmus, ꝙ post gradum consanguinitatis vel affinitatis prohibitum, i. post quintum vel septimum gradum repetitur, & dat adhuc gradus, & nomina graduum consanguinitatis: & per oñs datur quidã amor & inclinatio animi, & sic in vlterioribus gradibus adhuc repetitur quædam consanguinitas, licet non prohibita, vt s̃. dixit Io. An. in sua gl. in arbore cõsanguinitatis, in ver. vides exemplum in s̃. dictis. & dixi ẽt in superiori arbore in ver. ɔ̃dicentes. & in verbo, computatio eorum. adduco glo. in ver. a propinquo. s̃. de testa. in c. requisisti. in fi. quæ vult, ꝙ in consideranda consanguinitate respectu consanguinitatis & coniūctionis qualitas amoris & dilectionis & sanguinis consideratur: ex quo sequitur, si statutum loquens de consanguineis ratione cõpromissi fiendi, se extendit ad gradus non prohibitos: sic igitur in proposito nostro si continentia affinitatis adhuc remanet, & eius reliquiæ: dico ꝙ erit locus compromisso in q. nostra. Præterea tale statutum vr̃ fauorabile rõne dirimẽdarum litium, vt no. Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe. facit quod dixi s̃. in gl. in versi. ſm leges. in vlt. q. in fi. ver. dixi ꝙ prorogatio iurisdictionis fauorabilis est, & maxime arbitrorum propter publicam vtilitatem. & ex istis sequitur ɔ̃ Bal. in l. affinitatis. C. cõia de suc. ad aduocatos Perusinos dicentes, ꝙ statutum inter affines disponens, ꝙ de causa compromittatur, non hẽt locum inter priuignum & nouercam in causa, inter quos est qõ mortuo patre. fundatur ex illa rõne, quia est soluta affinitas per mortem quo ad oĩa, præterq̃ ad matrimoniale impedimentum: & ipsos reprobat, quia sñia illorum Perusinorum hoc dicentium per prædicta non est vera. Item sequitur ex prædictis, ꝙ Bal. vbi s̃. non bene dicit, ꝙ si statutum disponat ꝙ inter patrem & filium debeat fieri compromissum, & fuisset adoptatus, & si nunc esset soluta adoptio, cessaret statutum, quia consumpta est qualitas: puto tñ, ꝙ in filio adoptiuo Bal. bene dicat, ꝙ adoptio est vinculum ex accidenti iuris positiui: sed consang. & affinitas est vinculum iuris naturalis, quod perdurat & stringit, arg. c. requisisti. s̃. de testam. §. si vero. & l. qui hẽt. §. j. ff. de tute. Bal. ẽt in d. l. affinitatis. C. cõia de succe. in fi. infert ad qõnem, de qua interrogatus fuit: pone ꝙ clericus declina-
20 uit forum † Potestatis, deinde posito habitu & tonsura accepit vxorem, Ptãs vult iterum procedere, quia qualitas clericatus est cõsumpta: vr̃ ꝙ possit, in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. oportet, secundo quia perdidit priuilegium canonis. Ipse tñ determinauit ɔ̃rium, quia suppositus epo respectu person e & respectu fori, l. 2. de iurisd. om. iud. C. hodie determinatur hæc qõ in c. vnico, de cler. coniug. lib. 6. sed non est verum, ꝙ determinetur, licet Zochus ita dicat: pone. n. ꝙ acciperet viduam, quo casu perderet beneficium clericale, d. c. vnico. sed ista pendent ex his, quæ hñr in c. proposuisti. de foro comp. in l. si quis posteaq̃. ff. de iudic. Vl-
21 timo hic quæro: pone ꝙ statutum ciuitatis † disponit, ꝙ agnati debeant compromittere de litibus & dñiis suis: quis veniat noĩe agnatorum. vide quod dixi s̃. in arbore præcedẽ. Et hoc infertur ad q. pone ꝙ habeo filium emancipatum, qui post emancipationem patris natus, an reputetur agnatus: an dr̃ agnatus proprie, & maxime in materia talis statuti, de quo s̃. Sol. glo. 2. in l. qui se patris. C. vñ libe. dicit, ꝙ iste filius natus post emancipationem non est agnatus, quia nec filius emãcipatus venit appellatione agnatorum, l. tutelas. ff. de capi. dimi. arg. l. fi. C. de natu. lib. ibi. n. remotus a cã anteriori, ẽt posteriori vr̃ remotus, Instit. de legit. agna. successi. in prin. C. de legit. hær. l. meminimus. ɔ̃rium no. ff. de adop. l. quem filius. & sunt cognati, & iure nouissimo durat agnatio. Non obstat, ꝙ non sit in ptãte, C. de episc. & cle. l. Deo nobis. Bar. tenuit primam partem, quia per emancipationem sublata sunt iura agnationis. Et ideo tutela istorum dr̃ fiduciaria non legitima, quæ differt specie ſm Bar. facit Inst. de fid. tu. & de legitima agna. tute. Bal. in præalleg. l. qui se patris. tenet gl. ɔ̃rias, quod censetur vt agnatus, non obstante emãcipatione, per l. frater. C. de legit. tu. vel si vis dicere quòd non sit agnatus, dic quòd hẽt iura agnatorum, d. l. meminimus. & ibi per Iaco. Bu. ſm Bal. non oĩno extinctum tale ius agnationis quo ad sua initia, ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud. Nam propter ingratitudinem põt talis emancipatus reduci ad patriam ptãtẽ: & iõ in feudo, vbi veniunt agnati, isti veniunt vt agnati, ſm Bal. & si in statuto fiat mentio de agnatis, & isti veniũt noĩe agnatorum: & licet non contineatur a statuto proprie loquendo, tñ continetur in fauoribus, & in larga interpretatione vocabuli. & sic concludit qõ nostra, quòd in tali statuto veniunt agnati emancipati. de hoc late Salyce. & Lud. in d. l. qui se patris. & ibi Fulg. tenet ɔ̃ Bal. per Bal. in l. fi. C. de legi. hær. In gl. in verbo, extra† claustra pudoris. ɔ̃ hoc opponi-
22 tur de c. fraternitati. s̃. de eo qui cog. consang. & de not. in c. extra claustra pudoris oritur affinitas. Sol. dic quòd vtrobiq; & in gl. ibi soluitur ɔ̃rium propter verbum ibi, maritalis affectio. Nã vbi est affectio maritalis, tñ extraordinaria cognatione inducit impedimentum, arg. s̃. de sponsa. c. veniens. & c. iuuenis. & hoc non propter factum, sed propter cõsensum, 27. q. 2. c. si quis vxorem. ſm Io. An. in apparatu in additione sua. Gl. in verbo, nõ est sublatum impedimẽtum publicæ honestatis. bene facit, quia de duabus seruitutibus vna remota altera remanet, c. ex tuarum. s̃. de vsupa. & in c. fi. s̃. de obserua. ieiu. & l. si seruitus. ff. de seruit. vt prædixi. Item facit, quia dispensationes sunt stricti iuris, c. quòd dilecto. eo. ti. de fil. presbyt. c. j. lib. 6. c. non põt. de præben. eo. li. c. literas. s̃. de fil. presb. Faciunt no. per Modernos in c. at si clerici. in §. de adulteriis. s̃. de iud. vbi concludũt, quòd delinquens, cũ quo fuit per epm̃ dispensatum, non intelligitur dispẽsatus quo ad beneficia, sed solum quo ad executionem ordinũ, nisi aliud exprimatur. Sed quæro, nunquid in ista expressione sufficiat dicere, non obstante quòd illa, cũ qua vult ɔ̃here, sit vel fuerit consanguinea primæ vxoris: quo ad tollendum impedimentum affinitatis & ẽt publicæ honestatis. vr̃ quòd non, quia sponsa & vxor vr̃ esse illa, quæ non est cognita carnaliter, ff. de reg. iur. l. nuptias. & sic an fuerit cognita, qñ dubitatur, & dẽt exprimi vt sciatur, an sit impedimentum affinitatis, an vero publicæ honesta-
a tis. Et non est dubium, quòd vxor ẽt posset dici non cognita.[a] facit l. cũ hic status. §. mulier & maritus. ff. de donat. inter vir. & vx. & quod not. gl. in 27. q. 2. c. cũ initiatur. & quod no. in c. ex publico. de conuer. coniu. facit c. quapropter. in præalle. causa & q. in his locis dr̃, quòd beata Maria fuit vxor Ioseph, & tñ non fuit cognita: per q̃ iura refert Zoc. se vidisse consiliũ cuiusdam dñi Matheselani Doct. Bononien. concludens: Statutum ẽt exorbitans
23 loquens † in vxore, hẽt locũ ẽt in sponsa de pñti non cognita & non traducta, vt quia dicit statutum, quòd mortua vxore sine liberis maritus lucretur dotem. quod fuisse vr̃ de mente Bart. in l. 3. ff. re. amo. Dcit Zochus quòd obtentu talis dispensationis sufficeret, quòd non obstante quòd ista, cũ qua vult ɔ̃here, sit consanguinea vxoris primæ & in quarto gradu, quia vr̃ facta mẽtio de publica honestate, cũ dicit consanguineam suam fuisse eius vxorem. & cũ dicit, vxore. vr̃ fecisse tacite mentionem de affinitate, quæ per actũ copulæ ɔ̃hitur: quia appellatione vxoris venit cognita carnaliter. facit quod no. per Io. And. in ti. de sponsa. bene facit Instit. de nup. §. sed si vxor. in fi. vbi sponsa cognita dr̃ vxor mea: & maxime in casu nostro, quia ex quo est dispensatio sup materia fauorabili, non est totaliter stricti iuris. faciunt no. in §. de adulteris. præalleg. per gl. & Modernos, & Doct. in c. ordinarii. de off. ord. lib. 6. Quo aũt ad qõnem statuti, de qua dixi s̃. forte posset ɔ̃rium dici, quod tale statutum dupliciter venit restringẽdum: primo, quia ɔ̃ ius cõe. item quia speciale, c. statutum. & c. quamuis. de elect. in 6. & in regula, odia. de reg. iur. in 6. & dum dictum est, quòd sponsa de pñti sit vera vxor: hoc intelligo largo modo, q̃uis matrimonium non sit consummatum quo ad oẽm sui effectum: vnde in fauorabili materia aliud esset: verum secus vbi materia esset stricta. & bene faciunt iura, quæ allegaui proxime de qõne hac, & de vxore, an comprehendit sponsam. dixi s̃. in rub. de spon. & no. in c. si inter virum. s̃. de spon. vbi ponit Panor. Sicu. Abb. & latissime Salyc. in l. cum in te. quam ibi expediet. videte oĩno C. de dona. ante nup. Bal. per illum tex. in l. oratio. ff.

ADDITIO.

a ¶Non cognita. Et adde, ꝙ nec transducta ad domum viri vxor dicitur, Io. An. in sum. 4. lib. in prin. Sicu. in c. tertio loco. in 3. col. in ver. vltra alios quæro. de præsum. Bar. Cæp. in l. Marcellus. 12. col. de verb. sig. Bal. in l. non sine. in j. q. C. de bo. quæ lib. vbi dicit verum, nisi exprimatur de carnali copula. vide Bal. in l. Deo. in 3. col. in ver. sed iuxta hoc pone. C. de epis. & cler. l. fine. & ibi do. Ale. & Pau. de Cast. cum ali s concor. ibidem per eum signatis ad fi. ff. sol. mat. item adde Panor. in c. ex publico. vlt. col. de conuer. coniu. latissime per Ang. are. in §. fuerat. in 25. col. ver. quæro de quæstione quotidiana. Insti. de acti. & Pau. de Cast. consi. 124. incip. Super primo quæsito.

tio.ff.de spon.Et ex hoc posset determinari qđ: cauetur statuto,
ꝙ filia maritata non succedat in bonis patris: quædā fuerat spon
sa de præsenti non tradita copulæ,tale statutum fuit pœnale,nō
comprehendit hanc sponsam non cognitam. & ita cōcludit Zo
chus, dicens do.Ant. de But.consuluisse in dicta ciuitate Vene-
tiarum.In gl.in verbo,genus affinitatis. Hæc est tertia pars secū
dæ partis ſm diuisionem Io.An. in suo apparatu , & dixi s̄.in gl.
in verbo,mutat genus sed non gradum.Quæro quot sunt gene-
ra affinitatis.dic ꝙ possunt esse multa, vt dico in c.nō debet. vbi
bene colligitur materia. & ēt hoc dicit Io.An. & cum dicit glo.
hic,ꝙ mutat genus & non gradum:dic genus coniunctionis seu
attinentię:quia vbi quis est mihi consanguineus,persona sibi iū
cta per copulam non est mihi consanguinea vel affinis , sed mi-
hi est alio gñe coniunctionis & attinentiæ coniūcta : & licet ꝑ-
sona addita personæ per copulam mutat genus , persona addita
personæ per gñationem non mutat genus sed gradum:nec sem
per mutat gradum, sed concurrimus in linea æquali & gradu:se
cus si linea inæquali,vt in præced.arbore,quia filius mei consan
guinei est mihi consanguineus,sed alio gradu, de quo in glo.in
verbo,post hæc.In affinitate aūt mutatur genus, sed nō gradus,
quia quoto gradu est quis mihi consanguineus,toto gradu mu-
lier,quæ sibi copulatur,efficitur mihi affinis,35.q.j.c.porro. & q.
3.c.de propinquis. & c.nullum. & c.æqualiter. abstinendum est
a consanguineis vxoris, & si eo gradu attinent.Et per hoc habe
mus drīam inter coniunctionem personarum ex carnis copula,
& ex carnis propagatione : quia vna mutat gradum non genus:
altera mutat genus & non gradum . vnde datur versus,

Mutat nupta genus , sed generata gradum.

Et gl.Io.An.hic in ver.genus.ponit regulā ēt extra,qualiter mu-
tentur gñа affinitatis.quam vide, qm̄ hodie solum primum ge-
nus affinitatis est in prohibitione, vt in c.non dēt.de consan. &
affi.& de istis gñibus affinitatis dicit ēt Azo in sum.C.de nup.di
cens,per ipsa illaqueabātur hoīes.Sed Canones antiqui,ſm Do
cto.hic,& maxime do.Car.habuerunt respectum,qñ induxerāt
illa gña affinitatis in prohibitionem ad charitatem ampliandā,
arg.25.q.j.c.cū igitur.& ēt dicit glo.Io. An. ibi in fi.rō aūt,quare
hodie sunt sublata ipsa gña affinitatis præter primū genus , po-
nitur in c.non dēt.s̄.de consang. & affi. In gl.in verbo,est igitur
videre.ista est quarta pars primæ partis ſm diuisionem Io. And.
sed ſm diuisionem Card. Flor.ponitur sub 4.parte principali. &
no.hic gl.cū dicit, ꝙ affinitas hēt in primo gñe vsq; ad quartum
gradum solum: & sic primum genus non est semper in prohibi
tione.facit quod dico in gl.in ver.& sic de reliquis.Et cū gl.dicit
ꝙ computentur affinitatis gradus , sicut consanguinitatis,debe-
mus recurrere ad regulas cōsanguinitatis, vel in æquali linea ad
arborem consang.& vide quod dico in gl.in ver.in oībus descē-
dentibus quæ sunt in arbore &c.Et nūc est expedita prima pars
ſm diuisionem Io.An.in j.gl.Et quarta pars principalis ſm diui-
sionem Car.de qua ēt s̄.in gl.In gl.in verbo, nunc formemus ar
borem.hic sequitur secunda pars principalis ſm diuisionem do.
24 Car.Flo.Sed quæro hic,quis†hanc arborem affini.adinuenit, vt
quæsitum s̄.fuit in præced.arbore de inuentione arboris consan
gui.Dic ꝙ fuit inuenta arbor affinitatis vsu magistrorū,ſm Car.
Flo.hic,vt ex ostensione ad oculum gradus affinitatis melius in
telligatur.Et hic repete ea,quæ dicta sunt in præced.gl.Io.An.in
arbore consanguinitatis in prin.& dixi super gl.in verbo,agna-
tionis.In gl.in verbo,vt detur intelligi ꝙ affinitas oritur ex con
sanguinitate.s.quam habes in illis cellulis, frater & soror, & ab
eis descendentibus, ascendendo & descendendo cellulæ dñr cō
iunctæ,vnus descendit ab alio, vt per te vides ſm Io.An. In glo.
affinitas ɔ̄hitur.s.vir vnius consanguinitatis mulieri alterius cō-
sanguinitatis:vt patet in cellula,frater.& in cellula, vxoris olim
relicta ex vno latere.in cellula,soror & vir sororis olim relictus
ex alio latere, ſm Io.An.in addi.ad gl.suam.In glo.in verbo,ɔ̄hi-
tur.dicit Io.An. & quia gradus consanguinitatis ɔ̄hitur secundū
gradū affinitatis.In gl.in verbo,referatur.dicit Io.An. ꝙ si scribe
rentur attinentia in istis quatuor cellulis, quæ sunt in medio,de
bent sic scribi:primus gradus consanguinitatis, habito respectu
ad cellulam , frater & soror . item scribi deberet primus gradus
affinitatis, habito respectu ad fratrem virum sororis, vel sororē
& vxorem fratris.Et ideo coniunctiones dicūt illæ quatuor cel-
lulæ simul,s.vxor fratris & frater primus gradus, soror & vir so-
roris:dicūt.n.ordinem affinitatis inter fratrem & virum sororis,
vel inter sororem & fratris sororem.Sed ɔ̄ prædicta in gl.Io.An.
vbi vr̄ innuere,ꝙ affinitatum est dare gradū, quia nulli sunt gra-
dus affinitatis,l.non facile.§.gradus.ff. de grad. dicit ꝙ igitur per
gl.soluitur,quia proprie in affinitate non sunt gradus:nam gra-
dus dr̄ rōne cognationis naturalis,quæ proprie non est in affini

tate,sed late dr̄ gradus: vnde quoto gradu consanguinitatis con
iūctus est quis vxori meæ,toto erit mihi affinis: & quoto gradu
sunt qui mihi consanguinei,lato modo dicentur toto gradu affi
nes vxori meæ , ſm Io.An.in gl. sua in apparatu arboris.& gl.in
d.§.gradus.& gl.Insti.de nup.§.mariti. postea declarat illam gl.l.
non facile.§.gradus.Facit l.iurisconsul.in prin.ff. de grad. & no.
in c.non dēt.de consan.& affi.& dñr ideo gradus improprie,qa
non per se ſm gradus cōsanguinitatis computantur.Item ēt affi
nitas oritur ex consanguinitate mediāte copula.& ex prædictis
sequitur simpliciter , ꝙ de gradibus in materia fauorabili debet
intelligi tam de affinitatis gradibus,q̄ cōsanguinitatis:si aūt ma
teria esset odiosa & stricti iuris, tūc quia improprie gradus dr̄ in
affinitate,non intelligentur de affinitate,siue de gradibus affini
tatis,nisi specialiter fieret mentio de affinitate . quod bene not.
& facit ad ea quæ s̄.dixi in gl.in verbo,ſm leges.& super verbo,
perpetuum impedimētum.In gl.in verbo,vir proneptis sororis.
dicit Io.An.ꝙ licet hæ cellulæ vicinæ, s.vir sororis & descenden
tes ab eis,ponantur,& ministrentur hic per ordinem:non tñ de
bent hic per ordinem coniungi, sed mediate cellulæ consangui
nitatis,i.in arbore consang.s. frater & soror, & descendentes cū
simil.quæ regulātur per respectum ad stipitem,qui est pater: sed
coniungātur hæc respectu superiorum linearū,de quibus sumi-
tur primum genus affinitatis. In glo.in verbo, ad demonstran-
dum ad genera affinitatis . quare dicit genera, & non genus.dic
ꝙ istæ duæ cellulæ stantes ad dorsum aliarum pñt referri ad va-
rias cellulas:& ſm quod variæ referuntur, varium important ge
nus affinitatis. Nam si ista cellula, relictus relictæ fratris, refera-
tur ad cellulam sororis,importat secundū genus affinitatis:quia
si vxor fratris est affinis sorori,maritus istius vxoris erit coniun-
ctus sorori in secūdo gñe:quia adiungitur affinitas sororis in pri
mo gñe:ergo erit in secūdo quo ad sororem.Et oīa prædicta pñt
replicari quo ad cellulam,vbi dr̄, relicta relicti sororis : nam illa
cellula pōt referri ad cellulam fratris , & tunc importat secundū
genus:pōt referri ad secūdam cellulam,vbi dr̄, vxor fratris olim
relicta:& tūc importat tertium genus: pōt referri ad tertiam cel
lulam,vbi dr̄,relictus relictæ fratris: & sic importat iiij.genus ra
tione prædicta,ſm Io.Cal.In gl.in ver. quæ hodie prohibitionē
non †habent. quare hodie computatur secūdū & tertium genus 25
affi.cū eorum prohibitio sit sublata in c.non debet. s̄.eo.tit.dic,
ꝙ tñ bonum est dicere,vt per exempla melius intelligamus. Itē
propter memoriam eorum,qui induxerūt, sicut dicimus de l.ab
rogata,quod scire bonum est,7.dist.c.fuerūt. & c.nouit. & quod
ibi no.gl.s̄.de iudi.In gl.in verbo, terminatur. in cellula viri vxo
re,habito respectu ad fratrem non scribitur,nisi vxor fratris.vn-
de ad istam lineā,quæ incipit,relictus relictæ fratris,possent po-
ni aliæ tres cellulæ,ſm Io.An. & J.dico clarius. In gl.in verbo,ad
dorsum illius q.di.fratri habuit &c. dic ergo hodie vt ostēdatur,
ꝙ mortua prima,qua mediante ɔ̄cta est affinitas, durat affinitas,
vt s̄.dicit Io.An.in glo.arboris in verbo, scias aūt.Et pro exēplis
graduum diuersorum affinitatis sufficiant primæ cellulæ: sed ꝯ-
spicias clarius ad tuum intellectum,si sub cellula,relictis relictæ
fratris,est altera extrema cellula a sinistris, quæ dr̄, relicta relicti
sororis:ēt alia cellula,quæ dr̄,relicta relictæ filiæ sororis.& sic cel
lula,vir filiæ sororis . deberet dici olim relicta : & sic de singulis
inferioribus ab vtroque latere extremo . In gl. in verbo,ad co-
gnoscēdū.dicit Io.An.s̄.in prin.ꝙ de iure cano. per incestum coi
tum ɔ̄hitur affinitas,sed non de iure ciuili.In gl.in verbo,sed ipsi
sunt affinitatis cā.ideo ſm Io. And.hic in apparatu super gl.sua,
quia per copulam carnalem vir & vxor fiūt vnum & vna caro:
sed in vno non est dare gradū, nisi per respectum ad alium:aliās
sequeretur,ꝙ nullus posset ɔ̄here cū illa,quam cognouit carnali
ter,quia sic esset affinis ipsius,quam cognouit.& hæc faciunt ad
q.quam posui s̄.in glo.in verbo, ſm leges.in fi.de compromisso
fiendo inter maritum & vxorem tanq̄ affines.In gl.in verbo,cū
matre & filia . dic ꝙ idē notatur 35.q.9.c.j. in gl.j. In gl.in uerbo,
etiam de reliquis . Pone exemplum, neptis sororis est ipsi fratri
in tertio gradu consanguinitatis: eius maritus in tertio affinita-
tis:item proneptis sororis est fratri in quarto consanguinitatis:
eius maritus est in quarto affinitatis , & similiter ex alio latere.
Nam fratris filius est sororis in secūdo gradu consanguinitatis:
eius uxor in secūdo affinitatis : fratris pronepos in quarto con-
sanguinitatis:eius uxor in quarto affinitatis: & iste fratris prone
pos cū sit in quarto gradu consanguinitatis cum quolibet descē
dente per aliam lineam sub cellula, soror, sic & eius uxor est in
quarto gradu affinitatis cū quolibet illorum: sed si pronepos ge
nerat filium, cū sit in quarto gradu affinitatis sororis ad cellulā,
sorore. & ita eius qui natus est uxor est in quinto gradu affinita
tis:& si idem pronepos generat filium,relictus sororis posset cā
accipere

accipere in uxorem: & ſimiliter relictus filiæ ſororis relictus ne
ptis ſororis reli.pronep. ſoro. ꝙ cum quælibet iſtorum relictorũ
eſſet in quinto gradu affinitatis, licet in primo genere affinita-
tis,& hoc iõ,quia affinitas non habet prohibitionem hodie,niſi
in primo genere, & in illo primo gñe vſq; ad quartum gradum
affinitatis,vt ſ̃.dicit Io.An.in j.reg.in verbo,eſt igitur.Vr̃ hoc igi
tur exemplo, cũ ſunt in quinto gradu & omnibus deſcendenti-
bus,quia ſunt in linea, frater. & hoc iõ propter regulam traditã
in præced.arbore,& in c.fi.ſ̃. eo.ti. quoto gradu remotior diſtat
a ſtipite &c.vir ergo proneptis ſororis attinet fratri ſororis quar
to gradu affinitatis:ergo toto a filio fratris nepote fratris prone-
pote fratris,& ſicut ẽt tunc in linea æquali.& hoc ideo, quia to-
to gradu conſanguinitatis ipſa proneptis attinet prędictis perſo
nis.Si igitur pronepos fratris haberet filium, vt dicit illa glo.ille
filius excederet lineam æqualitatis,& per ɔñs poterit habere ꝓ-
nepotem ſororis.Hoc eſt verum,ꝙ ſic attineat vir proneptis ſo-
roris oĩbus quæ ſunt in arbore quinto gradu. patet de aſcendẽti
bus ipſius ꝓneptis in linea,ſoror. qa ſororis filia ſororis neptis
dñr deſcendentes reſpectu cellulæ,ſoror. quia vir neptis ſororis
eſt in tertio gradu affinitatis:& ſic incipiẽdo a cellula,ſoror.vſq;
ad proneptem ſororis,tu habes quatuor gradus: vir ergo prone
ptis ſororis diſtat a ſorore & a fratre ſororis,quæ eſt in alia linea
a latere dextro, quarto gradu affinitatis vſq; ad cellulam, fratris
pronepos.vbi in linea ęqualitatis iſta vxor diſtat a cellula,ſoror.
quarto gradu affinitatis:a cellula,ſororis filia.quarto,& ſequen-
tibus vſq; ad lineam æqualitatis.Ex quo ſequitur, ꝙ ſi cellula,ſo
roris pronepos.haberet filium maſculum, poſſet ɔhere cũ vxo-
re pronepotis fratris,mortuo ipſo pronepote fratris:quia iſte fi-
lius eſt in quinto gradu affinitatis,licet dr̃ in primo genere.facit
quod ſ̃.dixi in gl.de reliquis.& facit gl.ſ̃.in verbo, quæ ſunt in ar
bore.In gl.in verbo,poſt hoc.iſta eſt tertia pars principaliter ſm
diuiſionem Io.An.de qua ſ̃. in j.gl. & eam diſtingue vt ibi dictũ
eſt. & continuantur iſtæ particulæ ſuperioribus dictis in præce-
denti parte gl.Io.An.ſ̃.ꝙ ſororis filia, & fratris filius eſt ipſi fra-
tri & ſorori in ſecũdo gradu conſanguinitatis, & maritus filius
ſoris in ſecundo affinitatis. Sed potius deberemus dicere,ꝙ pro
pter mixturã ſanguinis mariti cũ filia ſororis ipſius maritus eſ-
ſet illi fratri & ſorori in ſecundo gradu conſanguinitatis, quaſi
potentior cã,i.cõſanguinitas trahat ad ſe minus potentem,i.affi
nitatem.ſed hoc non ſequitur,vt dixit Io.An.in gl.quæ infert ad
q.quam proſequere,vt in gl.in verbo, poſt hoc notan.Et cum di
cit,ꝙ illud pręciſe non ſequitur,Ego & tu ſumus affines:ergo &
filius meus eſt tibi affinis.non.n.hoc ſequitur de neceſſitate,q a
imo filius meus efficitur tibi cõſanguineus, vt in gl. ergo nõ eſt
mirum,ſi de conſanguinitate oritur affinitas, oritur conſangui-
nitas:& tunc proſequitur gl.Io.An.In gl.in verbo, ſed tu eras re
motior.exemplificat gl.j.de linea æquali: deinde in verbo, tu &
vxor.exẽplificat de linea inęquali,& declarat.tu conſanguineus
vxoris meæ es in tertio gradu vxori meæ, quia tu diſtas a ſtipite
tertio gradu: quia vxor ipſa mea in ſecũdo grado ipſi conſangui
neæ, vt quia diſtat a ſtipite in ſecũdo gradu:tunc ſi tu es filius ɔ-
ſanguinei vxoris meę,eris mihi in tertio gradu,& eius filii filius
in quarto,vt dicit gl.quia pater in tertio.Si vero vxor mea erat ti
bi conſanguinea in tertio,hoc eſt diſtans a ſtipite tertio,& tu ɔ-
ſanguineus in tertio, primo diſtans a ſtipite ſecundo filius tuus
non primo mutat genus nec gradum. hoc eſt quod ſequitur in
gl.Io.An.ibi,ſi vero tu & vxor mea &c. & hoc propter regulam
quoto gradu remotior diſtat a ſtipite &c.In glo.ibi,item no.iſta
eſt ſecunda pars iij.principaliter ſm diuiſionem Io.An. vbi vnũ
quærit,& ſol.& cum dicit glo.ꝙ eſt ſimile quod dicit ſ̃.in proxi-
26 ma arbore circa finem:dic ꝙ eſt in ver.nunc quęritur.Iſta eſt ter
tia tertiæ partis† ſm dationem Io.An.Car. Flo.in gl.Inſti.de nu-
pti.§.affinitatis.q̃tum ad iſtam q.videlicet an ſit prohibitio per-
petuã inter affines aſcendentes.& tene quod fuit dictum in præ
cedenti arbore in regula aſcendentium & deſcẽdentium, ſuper
gl.in verbo,alii ɔ̃dicentes. vnde ſicut inter aſcendentes & deſcẽ
dentes eſt perpetua prohibitio inter cõſanguineos, ita inter affi
nes aſcendentes & deſcendentes,vt ẽt tenet Io.An.hic in appa-
ratu ſuo in gl.quam format ſuper ſua arbore. & hoc per prælle
gatum §.affinitatis.vbi dr̃, priuignum vel priuignam, virum vel
vxorem ducere non licet:quia nurus,priuigna,loco filiarũ ſunt.
facit ff.de gra.l.4.§.hos itaque.vbi dr̃,ꝙ inter eos, qui ſunt affini-
tatis cã,parentum & liberorum loco hñr, mat. copulari nephas
eſſe.ad idem tex.apertus ſm Car.in l.adoptiuus.ff.de ri.nup.vbi
ſicut non poſſum ducere ſocrum, ita nec eius matrem, & auiã,
& proauiam.& ſicut nõ poſſum ducere vxorem filii mei, ſic ne-
que neptem,nec proneptem.& ille eſt tex.melior in fi.quia alia
non ſunt ita clara,licet cõiter ſic intelligãtur. Notate tñ,ꝙ nurus

vel gener non dr̃ proprie, niſi demum ſecuto matrimonio per
verba de p̃ſenti,& ita de nouerca, Bald.in l.ſi qua mihi vxor.§.j.
ff.de ritu nup.quod dixi notandum ad ſtatuta. In gl.in verbo,in
proxima arbore.in fi.dic igitur in fi.in ver.demum quęro an col
laterales,quorum vnus eſt in quinto; alter in primo &c.& ibi re
citat Io.An.opi.Hoſt.damnatam,& opi.Bar.approbatam,quam
ibi Io.An. approbat, & ibi dicta habes hic pro repeti. In glo.in
verbo,vxores duorum fratrum. & dic ꝙ ſic,ſm Io.An.in add.ſua
ꝙ frater eſt vxori fratris in primo gñe affinitatis: ſi ergo accipit
me in virum,efficior in ſecundo gñe affinitatis. Nõ obſtat ergo
ſi moritur iſta,qm̃ poſſum habere aliam cognatam, hoc eſt vxo
rem alterius fratris.Et vide circa hoc quod ſcripſi in c.non dẽt.ſ̃.
eo.tit.in 5.parte gl. noſtræ, vbi poſui de vxore duorum fratrum.
27 Et ex his põt decidi modo alia qõ,an relictus† ſororis poſſit ɔ̃he
re cum relicta fratris. Sol.patet, ꝙ pñt, cum ſint in ſecundo gñe
affinitatis, quod non habet hic prohibitionem. Et dicit hic do.
Card. ꝙ ſuper hoc fuit conſultus a quodam ſuo auditore, & fue
runt ſeparati ɔ̃hentes, & hoc propter ignorantiam putarunt illi
ꝙ ſicut maritus ſororis eſt fratri in primo gñe, ita vxor ipſius fra
tris, argum.c.Martinus.de cog.ſpir.vbi vr̃, ꝙ vir & vxor ſibi cõ-
municant actiones. Sed ibi alia eſt rõ: ibi actio totaliter eſt ſpiri
tualis:& quia ſunt vna caro in tali actu ſpirituali. Item vxor fra-
tris non efficitur affinis ſororis ex eadem cã, ex qua frater effici
tur affinis per copulam viri ſororis cum ſorore, ſed vxor fratris
per copulam cum ipſo fratre,& ſic ſurgit idem quod dicit Ioan.
An. in gl. ꝙ perſona addita perſonæ per copulam mutat genus
attinentiæ. & vidiſtis de facto in Magnifico iuris vtriuſq; doct.
& milite,dño Ant.de Lonate,qui habuerat in vxorem q̃dam ſo
rorem dñi And.de beccaria, & mortua illa, cum idem dñs And.
mortuus eſt, accepit dñam Cõteſinã, quæ fuerat vxor dñi And.
& ita nunc eam hẽt.dic vt no.in c.non dẽt.dic vt ibi.Glo.in ver-
bo,vltimo quæritur. iſta eſt vltima pars tertiæ partis ſm diuiſio-
nem Io.And. Et eſt octaua principalis,& vltima ſm diuiſionem
do.Car.Flo.In gl.in verbo,leuitici.dic, decimonono c,ſm nouã
compilationem:ſm antiq̃ erat 31.&c.Et in leuitico hæc ſunt ver
ba directe,quæ non per ordinem ponuntur per glo.in c.literas.
de reſt.ſpol.Ad proximam ſanguinis tui non accedas,vt reueles
turpitudinem patris:Ego dñs, turpitudinem patris tui & turpi-
tudinem matris tuę non diſcooperias:turpitudo.n.patris tui eſt:
turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex matre,quę primo ge-
nita eſt,non reuelabis,quia turpitudo eſt tua:turpitudinem filię
filii tui,vel nepotis ex filia non reuelabis,quia turpitudo tua eſt:
turpitudinem filiæ vxoris patris tui,quia eſt ſoror tua, non reue
labis:turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies, quia ca-
ro eſt patris tui: turpitudinem ſororis matris tuę non reuelabis,
eo ꝙ caro ſit matris tuæ:turpitudinem patrui tui non reuelabis,
nec accedas ad vxorem eius,quæ in affinitate contingit: turpitu
dinem nurus tuæ non reuelabis, filiã filiæ eius nõ ſumes, ne re-
ueles ignominiam eius,quia caro illius fuit: & talis coitus eſt in
ceſtus.ſororem vxoris tuæ implicatum illius non accipies: non
reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.Hæc ſunt verba
formalia in leuitico.In gl.in verbo,duodecim perſonæ.ſ.vir,no-
uerca,ſoror,neptis,nurus,amita,matertera,vxor fratris, maritus
ſororis,& filia,& priuigna,& filia priuignę, filius priuignę.Col
liges ipſas ex verbis leuiti.quæ ſ̃.recitaui in præcedẽ.glo.In gl.in
verbo,ius poſitiuum.dic,i.canonicum. In gl.ibi,primis gñis cõ-
iungi.ſ.donec memoria eſſet de cõſanguinitate, 25.q.2.c.proge-
niem. cum duobus c.ſeq. Demum prohibuit conſanguineos &
affines,vt ſequitur:de hoc tñ,& intellectu c.progeniem.& c.ſe-
quen.vide quod late ſcripſi in præced.arbore.In gl.in verbo,alii
ɔ̃dicẽtes ad quartum gradum.i. ad quem ius poſitiuum inſtituit
coitũ inceſtuoſum:ẽt ex quo patet,ꝙ hodie in quinto gradu coi-
tus non eſt inceſtuoſus,vt in ſum.eo.tit.de conſang.ver.5. & di-
xi in præceden.arbore.In gl.in verbo,reuocatis aliis quibuſdam
prohibitionibus.dic.ſ.ſecundi & tertii gñis affinitatis & ſobolis
ſuſceptione ex ſecundis nup. non copulandę prioris viri cogna
tioni, ſm Io.An. in apparatu ſuper gl.ſua:de quo in c.non dẽt.ſ̃.
eo.tit.& quę ibi ſcripſi:hoc repetes,maxime in parte gl.vbi quę
ritur ibi,an impedimentum publicę honeſtatis connexum illis
gradibus,ſiue prohibitionibus ſit remotum. In gl.in verbo, ſed
non potiſſime.dic canonico,ſed non iuri ciuili,Inſtit.de nupt.§.
duorum. & dixi in pręcedenti arbore &c.

De frigidis & maleficiatis. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1. *Hominum triplex eſt genus.*
2. *Impotentia coeundi quid ſit.*
3. *Et quot ſunt eius ſpecies.*

Impotentia coeundi quæ impediat matrimonium contrahendum, & quæ iã contractum dirimat.

¶Continuatur ad præcedentem. Dictum est de aliquibus impedimentis matrimonii: quia impotentia coeundi impedit matri. ideo subsequenter ponitur hæc rub. fm Dama. & Goffre. vel fm Host. continuando ad proxima. Viso de propinquitate, quæ impedit matrimonium, mõ subiicit de impedimento impotentiæ naturalis, de qua impotentia in c. laudabilem. & c. j. & c. fraternitatis. de impotentia accidentali hr̃ in c. fi. & de materia huius rubricæ traditur 30. q. j. per totum, & congruit s̃. de proba. c. proposuisti. Opponitur, & vr̃ ꝙ ista rubrica sit superflua, dũ dicit de impotentia coeundi: sufficiebat. n. dixisse de frigidis & malef. quia solum de his duobus modis tractare vr̃ hic, eo. ti. per totum. Sol. quod ideo adiicit de impotentia coeundi, ad hoc, vt mulier petens diuortium, exprimat, qua de causa vir sit impotens, c. fi. j. e. sed dic verius, quia alii sunt modi impotentiæ, s. in viro, vt in c. 2. vel in muliere, vt in c. 3. in c. fraternitatis. vel in viro, si habet lanceam incompetentem: in muliere si careat antro. Et quis sit frigidus, & quis maleficiatus, videbimus in ꝓcessu in c. fi. & in c. fraternitatis. Host. in sum. huius ti. aliis modis continuat dicens. Tri-
1 plex est genus† hominum, aliud calidissimum, aliud frigidissimũ naturaliter, aliud temperatum. & qm̃ per calorem aliqñ impedimentum nascitur, quo matrimonia ꝯhi prohibentur, vt in illo, q. præ nimio calore cognoscit matrem & filiam, vel duas sorores, vel duas cognatas, de quibus plene diximus s̃. de eo qui cognosc. consang. vxo. suæ. dicamus de impedimento, quod ex fraternitate prouenit. Et qm̃ maleficiatus huic æquiparatur, apponimus rubricam de frigid. & malefi. Vel sic: qm̃ in matrimonio tria bona notari consueuerunt, s. fides, proles, & sacrm̃, vt no. s̃. in rub. de sponsali. Et prima duo non cadunt in matri. ꝯcto ab illo, qui non põt reddere debitum: videamus de frigidis & maleficiatis, qui non habent potentiam coeundi: & quia nedũ isti, sed & alii impotentes sunt, dicamus gñaliter de impotentia coeundi, quia matri. tam constitutione canonica q̃ naturaliter impeditur: videamus quid sit impotentia coeundi, & quot eius species. Quid
2 sit impotentia† coeundi. & quidem vitium est, seu defectus naturalis, seu accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter com-
3 misceri, vt in inferioribus apparebit. †Quot eius species, duæ: nã apparet in descriptione: alia naturalis, alia accidentalis. Sed naturalis aliqñ contingit propter defectum ætatis tam in homine q̃ in fœmina: & est cõis vtriusq; sexus. Aliqñ propter frigiditatẽ nimiam, & hæc masculina, quia tm̃ in hoïe locum habet: aliqñ propter nimiam arctationem, & hæc in fœmina. Accidẽtalium autem alia violenta, alia occulta: impotentia coeundi impedit matrimonium, quę vero naturalis impotentia est cõis vtriusque sexus, temporalis est: nam adueniente pubertate expirat. ergo q̃ diu durat, tm̃ impedit matri. ꝯhendum, vt 30. q. 2. c. vnico. j. eo. c. quod sedem. vbi vr̃, ꝙ oẽ delictum cadit in puberem, præterq̃ delictum carnis: quare minor x. annis masculus de adulterio accusari non põt, de delict. pue. c. j. ff. de adulte. l. si minor xxv. ann. & breuiter de hac impotentia & matri. talium dic, vt per totum s̃. de despon. impub. Masculina vero naturaliter impotentia, s. frigiditas in hoïe perpetua est, & impedit mat. ꝯhẽdum, & dirimit iam ꝯctum, vt 33. q. j. c. j. & ij. & j̃. eo. c. j. & ij. & c. laudabilem. & talem frigidum appello castratum, nec dr̃ hoc casu matri. ꝯctum dissolui, sed a principio nullum fuisse, vt in Auth. de nup. §. si vero. col. 4. Fœminæ autem est arctatio, in muliere vel aliud instrumenti impedimentum a natura ꝯctum, j̃. eo. c. ex literis. illud impedit & dirimit: aliqñ non, de quo j̃. in processu tit. maxime in c. fraternitatis. Accidentale hmõi impedimentum & violentum, quod violenter infertur, vt sectio, qua spado impeditur: & is, qui spata siue gladio virilia amisit. Accidentale occultum, quod prouenit ex maleficio, siue violentia aliqua, siue gladio: & hoc aliqñ fit, quia redduntur hoïes impotentes omnibus, præterq̃ vni mulieri: & hoc vocatur sortilegiũ, siue factura. & si illa sit vxor, bonum est propter adulterium euitãdum: aliqñ maleficiatur, vt vxorem cognoscere non possit, sed bene alias: & hoc malum, & quandoque perpetuum, quandoque temporale. & faciunt quę dicam in c. 2. infra eod. & hæc sunt de mente Hostien. hic in sum. in princip. & §. j. & §. quæ impotentia.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius episcopi sine speciali mandato potest cognoscere de causa matrimoniali.*
2 *Maritus est caput mulieris.*
3 *Paria sunt, aliqua fieri statim, & infra duos menses.*
4 *Matrimonium quando separatur propter frigiditatem viri, solum datur licentia mulieri nubendo in domino: sed quando separatur propter frigiditatem mulieris, datur solum viro licentia nubendi, & mulier continet.*
5 *Matrimonium an debeat statim separari probata frigiditate, an vero debeat expectari per triennium.*
6 *Intellectus ad c. laudabilem. infra eo.*
7 *Frigiditas qualiter probetur. 8.*
8 *Iudicium verum in hac materia quod dicatur.*
9 *Sententia in causa matrimoniali an transeat in rem iudicatam.*

CAP. I.



2 ro, de qua † impotentia loquitur hæc litera: quia non distinguitur hoc ideo, quantumcunque, & qualitercunque impotẽtia sit, supra eo. c. quod sedem. secundum Ioan. And. Goff. autem dicit hoc capitulum esse intelligendum de sola arctitudine, sed non bene. sed Ioan. And. vt prædixi, hic potest intelligi de quacunq;
3 impotentia perpetua. Vltimo quæro, quid si mulier † sit arcta, ꝙ nullo modo posset cognosci, vel artificio vel infirmitate reddatur ignoscibilis, si accidit. dicit Host. hoc euenisse in partibus Pedemontium in diœcesi Taurinensi de quadam domina pulcherrima nomine Caracosa, quæ nitens placere viro, instrumentum suum ita medicauit, quòd vir nec alius postea potuit eam cognoscere: quo casu licet a viro nõ potuerit separari, s. c. proximo. ubi notatum est, tamen si de nouo contraxisset, non tenuisset matrimonium, ex quo non poterat ope medicorum iuuari, s. c. proximo. & in c. fraternitatis. & secundum Host. & cum istis dictis trãsit hic But. & Card. Flo. Audiui ego a celeberrimo medico, quòd in ista ciuitate quædam domina pulcherrima, cuius amore scio aliquos ex uobis captos, cognita a marito plusquam decem annis, nuper cum maritus eam cognoscit, flet, & quasi graui dolore oppressa eiulat, imo exclamat: interrogaui rationem, is mihi respondit arbitrari se potius hanc esse fictionem, ut decipiat maritum, & sic secreto possit adulteros admittere marito nil tale suspicante, dum uidit eam in rebus ueneris tantum dolere. Ego allegaui sibi hoc exemplum Hos. & dixi, ꝙ similiter poterat euenire huic dominæ, ut propter noua medicamenta nõ possit nũc uiri copulam sustinere: quod ipse est confessus esse possibile.

SVMMARIVM.

1 *Frigiditas si potest probari, separatur matrimonium non expectata triennali cohabitatione: & qualiter probetur. & nu. 3. 6. & 8.*

2 *Separatio matrim. propter frigiditatem viri, si aliam ducit & cognoscit, separatur ab illa.*

3 *Iuramentum vbi requiritur, de necessitate iuris requiritur tactura euangeliorum, vel alterius rei loco eorum.*

4 *Propinqui vbi deficiunt, recurritur ad vicinos. quod not. ad statutum, quòd mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, &c.*

Iudice deficiente eliguntur personæ publicæ & honestæ.

5 *Frigidus si contrahit cum corrupta, quæ petit separari mat. dicens virum esse frigidum, ipse autem negat, quid iuris.*

7 *Testis. qui iurat dicere veritatẽ quam percepit suo sensu, si dixit ꝙ ignorabat, dictus credulitate alicuius probi viri, excusatur a periurio, & quãdo.*

8 *Frigiditas qualiter probentur, & an admittatur coniuges ad dicendum de frigiditate.*

C A P. V.



Audabilem. Pars huius decretalis est s. de conuer. infid. c. laudabilem. Et de intellectu huius capli multa dicta sunt in c. j. s. eodem. Ioan. And. ita summat. Si de impotentia coeundi constat, statim separabitur matrimonium, aliàs cohabitant cõiuges per triennium: & tunc si cum septima manu propinquorum iurant, quòd dederunt operam carnali copulæ, nec potuerunt commisceri, separantur. Communis diuisio. secunda ibi, nos. Secunda pars habet duo dicta principalia. secundum ibi, si autem. Card. summat hic hanc decretalem, prout summat c. j. s. Hosti. But. transit cum summario Ioan. And. Et dic, quòd prima pars subdiuiditur. Prima, quando simul esse non consentiũt. Secunda pars, quando uterque coniugum consentiunt. In tex. ibi, frigidus. & de his, qui naturaliter dicuntur frigidi, secundum Innoc. & per hoc Hostiẽ. infert, ꝙ hæc decretalis non loquitur de maleficiato. In text. ibi, cogitare. quod facere possent, ut ista in uer. quod si ambo. In tex. ibi, uolui. supple, & ambo fatentur, ꝙ una caro fieri non possunt, & hoc est quod exponit. In textu ibi, in uersiculo, quod si ambo. ibi, uoluit. supple, & ambo fatentur quòd una caro fieri non possunt. & hoc est quod exponit. In textu ibi, in uersicu. si autem. secundum Ioan. And. istud iudiciũ, de hoc iudicio satis dixi in c. j. supra. In textu ibi, dixerit. supple
1 & cognouerit. No. bonum textum in materia ista, quòd† si potest probari frigiditas, separatur matrimonium non expectato triennio. de hoc in glo. 3. & dicit quòd probari debet per euidentia signa, hoc est per uerum indicium & iuramentum propinquorum. Exemplificat Inno. quia uir habet membrum sectum, & mulier est oĩno arcta & inepta, quia ambo confitentur se impeditos, & multa signa frigiditatis apparẽt, & insuꝑ pstãtur iu-

ramenta parentum per iustum indicium.de hoc hic in gl.5.& di
2 xi s̄.in c.j.eo.ti.in pe.q.No.tertio,ꝙ † separato matrimonio propter frigiditatem viri,si aliam ducit & cognoscit, separatur ab illa.de hoc in gl.6.Et ideo hic intellige literam in ver.accepit,primo cognouit.Et idem intellige, si nō accepisset aliam, sed aliter apparet ipsum esse potētem,quia subest eadem ratio. No.ꝙ vbi constat de frigiditate,non sunt separandi coniuges, nisi consentiant,vt quia frater & soror simul esse possunt.No.quinto in ver.
3 si autem de purgatione manus vii.†propinquorum, vel vicinorum.intellige ſm Host.& Io.An.si habent testimonium propinquorum.Et isti debent esse bonæ famæ,de purga.cano.c.constitutis.& vbi ambo coniuges confitentur impedimentū, tunc nō requiritur expectatio triennii, sed sufficit indicium iuramenti propinquorum,& corporaliter scripturæ tangi debent: & qñq;
a tangi.debeant:& sufficit qñq; tāgi aliam scripturam.[a] & an alio membro,q̄ manu tangi possit,per no.per gl.in c.vt circa.in ver. corporali.de elect.lib.6. & facit quod voluit Inn.in c.& si Christus.circa fi.& ibi Bal.& sequuntur cōiter Doct. extra de iureiur. Bal.in l.vt iurisiu.C.de testi.Bal.in l.j.in auth.sacramenta.in 2.colu.C.si aduer.ven.vult Inn.& prædicti Doct. ꝙ vbi de necessitate iuris requiritur iuramentum, requiritur tactura euangeliorū, vel alterius rei loco eorum.facit gl.in cle.j.in ver.tacta.de hæret. Pet.de Anc.& Gemi.in d.c.vt circa.gl.in Auth.iusiurandum qđ præstatur ab his.in prin.Bal. post gl.in c.j.§. item sacramenta.de pa. iur. fir.te. in vsibus feud. & ita hic Panor. No.sexto & vlti.ꝙ
4 vbi deficiunt † propinqui, recurritur ad vicinos:sic in c.videtur. qui mat.accus.poss.35.q.6.c.consanguineos.idem dicimus, deficiente iudice,eliguntur personæ publicæ & honestæ, s̄.de offic. ord.c.pastoralis.§.fi.Et facit ad q. stāte statuto ꝙ mulier non possit contrahere sine cōsensu duorum propinquorum:quid si sunt
b absentes,[b] vel propinquos non habet. de qua per Pet.de Anch. in c.canonum.in 39.char. de consti.per Bald. in l. transact. C. de transactionibus.in l.j.§.quibus.ff.quod cu.vniuer.in l.j. in l.si furiose.in l.viduæ.in l.in coniunctionibus in nouis petiis.C.de nupti.in l.cum sententiam.C.de sent.& interloc.in l.turpia. & ibi etiam Ang.§.j. ff. de leg.j. Et facit etiam ad qō.ꝙ absente iudice, vt proxime dixi,possit actus expediri sine eo.de qua per Bart.in l.vbi absunt.ff.de tut.& cur.da.ab his.Ang. notabiliter in l.si vacantia.in 8.col. C.de bo.vacan.lib.10. do. Anto.in c.translato.de constit.facit gl.magistra in c.j.de scisma.lib.6.Panor.in c.venientes.de iureiur. Bald.in l.si in causa. C.quando scisma. vel priua. Bald.in c.j.§.ad hæc.de pa.iur.fir.Bald.in l.j.ff.de offi.procon.Ludo.in rubri.de arbit.in 16.charta.Imo.in l.j.§.si quis. ff. de appell. Panorm.in rubri.de appella.& faciunt not.in c.fin. de appell.Et est argumentum, deficientibus compurgationibus eiusdem cōditionis recurritur ad inferiores, secundum Hostien. & de hoc in c.cum iuuentute.de purg.cano.in glo.fin. Et ex hoc sequitur, quòd alternatiua hic posita ibi, vel vicinorum. non stat proprie alternatiue,sed est ordinis pro hac litera, sed si propinqui desiuerunt:simile j.de dona.inter vir.& vxo.in c.per vestras.ibi,vel saltem. Opponitur primo contra istum text. videtur contradictio in ipsa litera.Nam in princ.dicit, ꝙ expectatur triennium,antequam separentur. in versi.si autem.dicit ꝙ separantur statim nō expectato triennio.Soluit Innoc.in princ. glo.suæ: & hoc refert Ioan.And.But.& Calde. quia prima pars loquitur,quando vnus coniugum dicit se cognouisse,alter diffitetur: & datur trienniū, & datur iuramentum septimæ manus propinquorum illius,qui dicit non esse consummatum. & durat vsque ad versi. si autem. Secunda vero pars, si autem. loquitur quando vterque confitetur impedimentum frigiditatis,& matrimonium non esset consummatum:& tunc non est necessarium dare triēnium,sed sufficit iuramentum propinquorum vtriusque coniugis. remittit etiam Innoc.pro intellectu huius cap.ad no.per eum in c.j. supra eod.ti.Hostien.vero dicit,ꝙ indulgetur triennium, quando non potest de impotentia naturali,puta frigiditatis constare:quo elapso seruata solennitate separabuntur: sed secus si postea appareat poteus, cogitur ad mulierem reuerti. & hoc verius, & fuit dictum Goff.vt dicit hic Card. in c.proposuisti.s̄. de probat. qui Goff.dicit hanc decre.loqui, quando aliquando dubitari posset de malefi.vel frigiditate, puta quia magna parte triennii fuit vir infirmus,vel aliter impeditus, vel paucis diebus iacuit in thoro vxoris.Nam si ante triennium liqueat impotentia viri, non expectabitur triennium.& dictum Goff. recitat Ioan. And.hic super glo.3.& hoc verum de frigido, vt dictum est supra in c.j.eod. tit.Secus in maleficiato, in quo distincte expectatur triennium. & de hoc in Spec.eod.tit.ver.quod autem. Vel secundum Host. versi.si autem.hic positus, exponit quod dictum fuerat supra in ver.quo elapso.nam ibi dicit,ꝙ debet cohabitare triennio,&ꝓbare per verum iudicium.hic declarat, ꝙ sit verum indicium, s. in ver.si autem.& dicit per iuramenta propinquorum & coniugum.vel aliter potest dici,ꝙ ponat alium casum,in quo non expectabitur triennium,& exponat illa verba primæ partis,vbi dicitur,quando apparent vera indicia, non expectabitur trien.sed separantur: quia hic intelligatur ipsis iurantibus & propinquis, & dabitur tempus arbitrarium:& tunc sic expone ſm Host.ver. si autem. supple vir, si maior sit xiiij.annis,quo casu si ambo fatentur, ꝙ non possunt inuicem coniungi, non solum ante triennium vel post,sed ēt j.mēsem vel duos,vel tempus arbitrarium, delato iuramento ipsis & septem propinquis separabūtur.& sic erit idem casus ſm Hos.cum illo, quem posui in c.j.s̄.eo.ti.& est expositio veri indicii, sicut ibi dixi. facit ad id quod ibi dixi in c.j.s̄.eo.tit.ſm opi.Host. vbi dixit de plena pubertate.& etiam dictum est de intellectu Hos. Iste intellectus & præcedens non cōuenit literę q.5.si autem venit aduersatiue ad pręcedentia.Et iō do.Ant.reprobat hunc intellectum: ideo transit cum intellectu Inn.prædicto.Et si dicatur, ꝙ principium vult, ꝙ vbi apparet de frigiditate,non expectato triennio vel alio interueniente fit separatio.quod vr̄ cō finem,quia ſm Inn. debēt saltem interuenire iur̄a propinquorum. Intelligit do.Ant. tex. si frigiditas probari possit,s.per signa euidentia:& suppleatur ēt per iur̄a propinquorum: quæ tn̄ expositio reuoluitur in eodem loco cum opi.Host. vt finis decre.in ver.si autem.declaret principium,dum dr̄,si frigiditas probari pōt,ꝙ aliud non expectatur:tn̄ dum in hac secūda sol.Host.vr̄ maiorem ætatem xiiij.annorum pōderare, verius est,vt ibi dixi,sequendo opi.Car. ꝙ licet tutius sit expectare plenam pubertatem,quia de facili non est fienda separatio,tn̄ expectata plena pubertate,si pōt constare de impotentia, non expectabitur triennium,c.ex literis.s̄.eo.ti.dicit tn̄,ꝙ ille tex.c.ex literis.non loquitur de frigido,sed de aliter impotenti: ideo frigiditas non bene patet ante plenam ætatem & pubertatem. & redditur præcedens intellectus dubius,per ea quæ vidimus in d.c.j. in oppo.dicit hic Car.non procedūt quæ proxime dicta sunt ſm Inn.in eo quod distinguit,an vterq; cōfiteatur an alter. pro quo facit c.fi.s̄.eo.ti.facit c.j.eo.ti.continuando ver.si autem.ad ver.illa aūt.dixi in preal.c.j.& hoc idem sentit Io.An.super ver.voluerit.hic,vt dixi in apostilla s̄.literam,cum supplet in tex.ibi,voluerit,& ambo fatentur frigiditatem: & per ōns distinctio Inn.quā fecit super hac litera,non procedit libere,sed debet intelligi, qn̄ alter negat.ver.si aūt.intelligi,qn̄ ambo fatentur,& sic venit aduersatiue.Dico ergo,ꝙ expectabitur triennium, qn̄ ante nō pōt vere probari per hūc tex.cum dicit, frigiditas prius probari,&c. siue ambo cōfiteantur,siue alter tm̄,ſm Car.Flo.hic.Si vero aliter probari poterit,& præstita manu propinquorum ēt ante triēnium fiet separatio,siue alter confiteatur,siue ambo tm̄ ſm Cardi.Flo.hic.intelligit ver.si aūt.ꝙ non venit expositiue, sed aduersatiue præcedentibus ad istum ver.cum dicit,ambo fatentur.intellige,idem si alter,dummō possit probari ipsa frigiditas per iustum indicium.& quod iustum indicium sit, dixi in c.j. pe.q.s̄.e. & cum Car.transit hic Zoc.quæ vr̄ mihi rationabilior & clarior
5 snīa.Quæro,pone ꝙ frigidus †cōhit cum corrupta, quæ petit separari matri.dicens virum esse frigidum: ipse aūt negat, quæritur quid iuris.Abb.vt refert Io.An.hic super verbo,vna caro. distinguit: Aut tempore contractus mulier gerebat se pro virgine, aut pro corrupta: si pro virgine, & tunc si dicat se fuisse corruptam per alium,non auditur tanquam allegans turpitudinem suam,

ADDITIONES.

a ¶Aliam scripturam.Adde Auth.vt omnes obe.iud.prouin.§.j. & Io.An.in c.vt circa.de ele.in nouel.in 6.Bal.in marg.in ver.iuramentum. & Spe.de iu.deli. & cle.j.de hære.Cy.in l.testium.j.q.C.de testi. per gl.& Car.plene in d.cle.j.de hære.§.porro.vbi ēt dicit non sufficere præsentiam scripturæ sine tactu. vide ad prędicta Alex.post Pau.de Ca.in l.3.§.iurari.de iniu.vbi ēt dicit,ꝙ iuramētum simpliciter intelligitur,s.per sancta euangelia. Abb.in c.& si Christus.all. in tex.sed Bar.in l.qui per salutem.eo.ti.dicit ꝙ vr̄ delatum,vt per Deum præstet.Sed quid si sit delatū super tabula,vel super altari,vel super libro Bibliæ, vel alio sacræ paginæ.vide Bal.in c.j.de no.for.fide.& in d.c.item sacr̄a. 2.col.

b ¶Absentes.vide Alex.in d.l.transactionem. alleg.in tex. vbi alle.alias q̄ plurimas concordantias.& in l.cum sententia,in fi.C.de sen.& inter.l.j.circa prin. & ibi Pau.de Ca.C.vnde vir & vx. quod supplet iudicis auctoritas pro absentibus,vel iudex subroget alios loco absentiū.vide Bal.& Ang.in l.cum hæres. de acq.hær.& in l.si furiosi.in j.col.& facit ista lex ad statutum. C.de nu.item adde Bal.Ang.Ra.& d.Alex.in d.l.turpia.§.si Titiæ.ff.de leg.j. in prin.vlt.col. & Ang.Are.in §.consequens.Insti. de suspe.tut. vbi sentit idem quod Pau.de Cast.in l.antiquitas.C.de testi.& intellige tamen,nisi sint breui redituri:aliàs non potest etiam cum auctoritate iudicis. Pau.de Cast.in d.l.cum antiquitas. per illum tex.Bal.in l.quotiens.10.q.in lect.antiqua.C. de fideicom.sed Bal.in c.j.in vlt.col.in ver.tunc est argumentum ad q.de consue.rec.feu. dicit esse ex pectandos absentes.& tenet in l.j.vlt. col. ver.sed quid si statutum.C. qui admitti.item intellige, ꝙ propinquis non repertis iudex suppleat. aliàs no.Bal. in consi.In Dei nomine amen,ille dicitur non habere.

suam,c.cum super.de concess.præbē.c.inter dilectos.de do.in l. transactione.C.de transac.no.in l.alias.ff.de iureiu. Si autem gerebat se pro corrupta,quia erat vidua qñ ɔ̄xit,vel constabat ante matrimonium fuisse corruptam: & tunc est vir inspiciendus: & si per ipsius inspectionem statim potest de eius defectu constare,poterit statim matrimonium separari seruata solennitate, de qua s̄.in c.j.Vel melius dic,seruata solennitate de qua super gl.5. Refert bene Abb. quosdam alios dicere, ꝙ ēt ꝑ mēbrum secū, vel tenue pōt vir senen emittere,sicut vrinam: quæ non credit Pet.de Sax.nisi hoc asserat.Naturales dicunt, vt hic refert Card. post Gasp.Cal. ꝙ possibile est emittere vrinam, & tñ non semē: nam diuerso modo gñantur, & aliqua impediūt seminis gñatio nem,quæ non impediunt vrinam.Dicit ēt Abb.ꝙ si ēt membrū viri apparet integrum, & mulier arcta, debet cū septima manu iurare,ꝙ non fuit cognita:& tunc vr̄ posse separari, 33. q.j.c.2.& hic in ver.si autem.Iste tñ ver.fm opi.Inn.loquitur, qñ vterq; fatetur impedimentum:sed idem si alter tm̄, vt s̄.dixi.tñ si vir iurat, ꝙ eam cognouit,vr̄ ei credendum,quia stat pro matrim.s̄.c.proxi.& c.j.Vel dicit Abb. ꝙ astringetur vir per iuramentum dicere an possit mulierem cognoscere,arg.de desponsa.impub. c.attestationes. & si iurat ꝙ possit, cogetur sustinere ꝙ mulieres hoc inspiciant tempore copulæ: & si mulieres referant ꝙ nihil fecerit,poterit matrimo.separari.Et dicit Abb.ꝙ quæ polluit dormiē do,non est frigida.Item quia erigit membrum, signum est ꝙ nō est frigidus.facit quod dr̄ j.Gl.j.quærit & soluit. & no.eam,quando currat istud triennium,in fi.gl.Host.vt refert Io.An.in tex.in ver. prius. dicit ꝙ si frigiditas non possit aliter probari q̄ elapso triēnio, & ꝙ in veritate vir non cognouerit vxorem a t̄pe ɔ̄ctus vsq; ad triennium,non refert,darent operam copulæ an non darent, qñ vir qñq; se habet in semiplenam pubertatem, quæ est xv.vel xiiij.annorum:vnde expectabitur, quousq; habeat plenā pubertatem.& no.s̄.de despon.impub.c.impuberes. vnde si est xvj.annorum,expectabitur per biennium, C.de diuor. l.in causis.Si xv.annorum,expectabitur per triennium,in Auth.de nuptiis.§.per occasionem.Si xvij.annorum, expectabitur per annū. Si xviij.per mensem,vel duos,vel arbitrio iudicis. Et loquitur c. j.s̄.eo.ti.vt ibi dicit Host.fm Io.An.hic.sed intellige prædicta vera in impedimento frigiditatis, vel alio impedimento, de quo non posset euidenter constare ante plenam pubertatem: secus si de eo possit constare ante illam,vt in c.ex literis. s̄.eo.ti. & dixi in c.j.s̄.eo.fm Car.Flo. Gl.2.quærit & soluit,in fi.concor.Gof. Tan.& Phi.Inn.vero dicit.ꝙ propter maleficium non separatur matr.quia non potest esse maleficiatus quis cum vna & non cū altera,vt dicit hic in verbo,separantur. Sic cōiter intelligit Inn. hic:sed certe Inn. omnino non dicit hoc super verbo, separant. imo vult aliud:nā dicit, si vir & mulier sunt separati propter frigiditatem,pone,vir cum alia ɔ̄xit, & cognouit, separabitur tale matri.vt priora matrim.restaurentur.secus si primum matr.fuit separatum propter maleficium, quia potest esse maleficiatus cū vna & non cum altera,33.q.j.c.si per sortianas. vide gl.3.in fi.d.c. j.s̄.eo.ti.Et latius in c.seq.in gl.6.Host.vero hic dicit,ꝙ in frigido non expectatur triennium.de quo dic,vt in gl.seq.& s̄.in j.no.& s̄.in c.j. In maleficiato autem semper expectatur triennium, vt in c.fi.quod audacter teneas, quia magis sperandum est ꝙ remoueri possit id,quod non præcessit naturaliter. & de aliis rationibus vide in c.fi.fm Host.Gl.3.colligit argumentum,deinde quærit & rn̄det.In gl.ibi, per occasionem. bene dicit gl.fm Io.And.

6 lex.n.antiqua†dabat solum biennium, C.de repu.l.in causis.& dum gl.dicit,si prius probari potest impedimentum, non expectabunt per triennium:si vero manifeste non constet.tūc expectabitur.Quæro,an intelligatur de impedimento frigiditatis. vr̄ ꝙ non, quia frigiditas non ita euidenter constat sicut alia impedimenta.Vin.& Pe.dicunt, ꝙ idem erit de impedimento frigiditatis,vt si prius iste vir,qui nunc dr̄ frigidus,fuit ab illa separatus pro frigido.& dicit Gof.s̄.de proba.c.proposuisti.vt refert Ioan. An.& dixi s̄.in vlt.oppo.se intelligere hanc decr.qñ aliquo modo dubitari pōt de maleficio, vel de frigiditate, vt qñ fuit infirmus, vel impeditus, vel paucis diebus iacuit in thoro cum vxore.Si autem ante triennium constat de impotentia viri, non expectabitur triennium:tñ fm Io.An.in maleficio non bene dixit, alleg.Spe.eo.tit.ver.quod autem.& faciunt quę s̄.dixi.Gl.in ver. iustum indicium.quærit quod dicatur iustum indicium.& respōdet,ꝙ per testes vel aspectum corporis.& quod dicit gl.per aspectum corporis,intelligo fm Inn.in corpore mulieris,quæ per aspectum virgo apparet:& tunc fm Inn.non vr̄ necessarium iudicium septimæ manus propinquorum: sed quia manus fallit, Io. An.dicit, ꝙ est semper necessaria septima manus, vt in c.fi.j. eo. & hoc verius fm But.& Car.sed Gasp.ibi in c.fi.j.eo. in muliere arcta non vr̄ esse necessarium fm Inn. quia ibi infallibilis est ꝓbatio.& hoc dicit sibi placere:refert autem Inno. alios dicere,ꝙ id quod de aspectu corporis dr̄,intelligitur de corpore viri, quia siccum vel aridum membrum habet: & tunc non est necessaria septima manus propinquorum,sicut nec in arcta.Et no.hoc vltimum de inspectione viri:quare dic,ꝙ sicut inspicitur mulier per prædictas matronas peritas,vt in c.proxi.in prin.sic & vir per ꝑdictos viros peritos per identitatem rationis.facit quod no.Hosti.in sum.eo.ti.§.fi.ver.quid si mulier.& Car.hic:& eo casu quo apparet arcta & inepta,non expectabitur triennium,fm Inn.facit tex.in Auth.de nupt.§.per occasionē.& dixi s̄.in j.no.Vel fm Inn.melius,vt hic ēt dicit Io.An.super verbo,prius.si ambo confitentur frigiditatem,& multa indicia frigiditatis apparent,insuper præstant iuramenta septimæ manus parentum vtriusq; coniugum,dr̄ statim constare de frigiditate, ēt non expectato triennio,fm Inn.qui se remittit ad no.s̄.c.j. & dic vt dixi in quarto ɔ̄rio sequendo Card.Flo. & dicit ēt vt dictum est s̄.in vltimo ɔ̄rio huius decre.& per ibi no.& dicit expectandum triennium, nisi qñ per verum indicium probari potest de impedimento. & intelligo constare per iustum indicium,qñ aperte constat,vt quando vir habet totaliter membrum aridum, vel non habet,& nunquam fuit habilis:pōt aūt nūc habere siccum; & post ɔ̄ctum matri.non fieret separatio, si t̄pe matrimonii similiter apparet virgo:aliàs si fuisset corrupta, oportet ꝙ probetur virum fuisse inhabilem t̄pe matrimonii ɔ̄cti,& ante matrimo. ɔ̄ctum, s̄.c.ex literis.facit quod dixi s̄.in c.ex literis. & hoc si apparet,ꝙ fuit apta, oportet aliàs probari quod esset inepta ante matri.d.c.ex literis. fm Card.hic.In glo.3.in verbo, ꝙ si ambo.opponit & dupliciter soluit.Et primo solutionem istius gl.tenuit Io.33.q.j. c.si quis accepit.in fi.j.gl.pro vltima solutione facit tex. s̄.eod.proxime. & est simile quod no.s̄.de coniug.ser. c.vlt.in fi.gl. fm Io.An.hanc solutionem tenendo,rn̄deo ad c.j.s̄.de eo, qui dux.in mat. quam pol.per adult. quod facit potius pro, quia si vir ɔ̄hit cum alia, tenet matri.vt ibi no.in vlt.gl.in fi.& hanc tenet hic Goff.& Cal.de.But. & Card. Duæ glo.sequentes sunt expositiuæ & remissiuæ.No. tamen glo.in ver. vsque. quæ ponit de forma iuramenti coniugum & propinquorum.Concor.c.j.33.q.j. Glo.pen.opponit & soluit.& no.glo. ꝙ compurgatores iurantes falsum, quod

7 bona fide †putabant verum,non sunt periuri:& ratio,quia iurāt de credulitate,non tamen de certa scientia,fm Io.And.hic.facit c.fi.& c.constitutus.de purga.cano.& facit quod no.Io.An.in c. cum causam.s̄.de iur.calu.Pet.de Anch. in consi.22. quod incip. In Christi nomine amen: & gloriosæ Virginis Mariæ matris, amen:& beati Antonii,amē:Visa inquisitione.in 2.q. voluit ꝙ ēt testis, qui iurat dicere veritatem, quam percepit suo sensu,si dixit ꝙ ignorabat ductus credulitate alicuius probi viri, excusatur a periurio,dummodo id quod dicit, ipsa veritate non sit falsum:etiam secundum Pet.de Ancha.si ille,cui credit, sit pars testes producens.& idem quod hic notauit Ioan.33.q.j. c.3. & plus dicit Host.hic,ꝙ mulier non cogitur iurare maritum vere impotentem, sed sufficit ꝙ iuret mulier ꝙ sit impotens, & ꝙ nunquā eam cognouit:licet se submiserit & fecerit id, quod potuerit, vt cognosceretur a viro:nō incurrit mulier periurium, etiam si masculus nō sit frigidus,qui forte finxit falsum.Intellexit ergo Hosti.periuram illam, quando contra conscientiam iurat, vel quia non seruauit ea,quæ iurat:vel falsum iurat, quod postea confitetur,s̄.de eo qui cogn.cōsang.c.veniens.versi.verū.& no.pro prædictis testibus, qui deponunt de credulitate, non de certa scientia.Glo.vlti.opponit & soluit. vide quod dixi supra in glo. Et de intellectu etiam illius c.per sortianas. dixi in c.j.s̄. in glo.2.in fi. & dicam in c.sequen.secundum But.& Flori. Vltimo extra glo. But.materiam huius decre.colligit per distinctionem.Si quæra-

8 tur,an admittantur coniuges †ad dicendum de frigiditate. dic ꝙ in c.j.s̄.eod.tit.& in c.nostro colligitur distinctio. Aut quæritur, quando admittantur,& qualiter probetur frigiditas. dic ꝙ si apparent impedimenta omnia aperta, vt quia mulier est arcta, vel quia vir habet instrumentum siccum: & ex hoc solo fit separatio non expectato triennio.& hoc satis in c.j.s̄.eod. & c.ex literis.nec requiruntur iuramenta propinquorum.hæc fm Inno.in ver.celebrati.sed de instrumento sicco Inn.varie in c.j.s̄.eo.ti.& ibi videas.& ideo istud non cadit sub isto membro, quia tale impedimentum non est omnino concludens, vt ibi dictum est fm eum,& s̄.dixi.quare fm But.istud membrum intelligitur de impedimento penitus concludente,vt in illo,qui haberet virilia incisa,vel sicca totaliter, vt dixi supra in c. quod sedem. & in alia euidentissima probatione.& idem secundum Docto. si sententia fuisset aliter lata super frigiditate, de qua nunc ageretur, vt superius dixi. Quandoque de impotentia non potest habe-

ri certa probatio ſm veriſimile & euidens, vt quia vir habet ſiccum membrum, vt dixi in præcedēti membro huius distinctionis: & tunc exigitur ſolum iuramentum propinquorum. & de hoc ſ.c.j. Aut de impotentia apparet per ſigna dubia, quæ præſumptiue concludunt, & ſunt plura: & tunc capit Butri. dictum Hoſt. dicens: Aut non ſunt in plena pubertate coniuges, prout exemplificauit ſ. in gl. ſm Hoſt. & tunc expectabitur vſq; ad plenam pubertatem. Aut ſunt in plena ætate: & tunc ſeparabuntur ex ſolo iuramento propinquorum, alio non expectato tempore triennii, ſed arbitrium erit tempus ſm Inn. ſ. eo. & dixi in hoc ſ. eo. c.j. Aut nulla apparent ſigna, vel apparent leuia frigiditatis: & tunc exigitur probatio triennii, & vltra hoc iuramenta propinquorum. Ita But. distinguit circa primam partem, & ſecūdā cap. noſtri: quia ſecunda pars ſm intellectum Inn. loquitur, quādo vterq; confitetur impedimentum: & tunc requiritur probatio ſeptimæ manus propinquorum. Inn. tamē in c.j. ſ. dicit, ꝙ vltra hoc requiritur probatio triennii. & hoc melius eſt ſm Butr. hic autem dicit Inn. ꝙ ſufficit ſola iuratio propinquorum: ſed ſuſtinendo opinionem dicimus eam veram ſecundum But. quando vterq; confitetur impotentiam, vt ſufficiant iuramenta propinquorum, nec triennium exigatur, nec alia probatio, niſi aſpectus corporis. Quandoque confitetur, ꝙ eam non cognouerit, negat tamen vir impotentiam cognoſcendi: & tunc dabitur triennium, vt in princ. huius capituli. quod intellige ſecundum distinctionem But. quam poſui ſ.c.j. Aut vterq; negat; & tunc ſerua principium noſtri capituli. & debet ſemper iudex in hac materia ſuperabundare in probationibus, vt dixi ſ. in c.j. &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an ſit arcta, inſpicitur per matronas, & creditur eis: & quando & qualiter probetur arctatio. & nu. 5. & 7.*
2 *Practica articulandi, & de inhabilitate ad ſeparationem matrimonij.*
3 *Impotentia coeundi alterius coniugum poteſt allegari poſt plurimos annos.*
4 *Inferior epiſcopo poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali.*
6 *Impedimentum omne viri vel mulieris, quod facto humano ſine periculo corporali remoueri non poteſt, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium.*
7 *Adulterium non committitur, ſi probabiliter ſe præſumens ſolutam alteri nubat, licet poſtmodum reperiatur coniugata.*
Adulterium non committitur ſine dolo.
8 *Iuramentum violans plus punitur, quàm fidem interpoſitam.*
9 *Negatiuam per indirectum probari poteſt per affirmatiuam implicatam.*
10 *Cautela, quòd volens probare continentiam non articulet de ſola promiſſione continentiæ.*
11 *Sententia lata per errorem retractatur, etiam ſi non ſit appellatum: quod procedit in cauſa matrimoniali.*
12 *Votum non ſolenne quando dicatur.*
13 *Maleficium in dubio præſumitur perpetuum, quando probatio eſt facta per cohabitationem triennij, aliàs cenſetur temporale.*
14 *Reſuſcitatus a morte an recuperet vxorem, ſi erat coniugatus: eccleſiam, ſi clericus beneficiatus, & alia bona &c. & nu. 15.*
15 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus a iure expreſſis.*
16 *Sententia lata, an retractetur errore comperto.*
17 *Sententia lata contra notorium an tenet: vide remiſſiue.*
Sententia lata per probationes priuilegiatas poteſt retractari ſuperuenientibus veris probationibus.
18 *Sententia lata ad dictum peritorum, an veniat retractanda, ſi producantur poſtmodum peritiores affirmantes contrarium.*
19 *Sententia in cauſa matrimoniali an poſſit tranſire in rem iudicatam.*
Interlocutoria facta, quæ non tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem, tamen bis confirmata non reuocatur. & idem de ſententia excommunicationis, ſicut de alia ſententia in cauſa ſpirituali.
20 *Corrolarium, iſtud vocabulum quid ſignificet.*
21 *Matrimonium quando poſſit ſeparari propter impedimentum.*
22 *Sententia, quæ poteſt retractari, an interim faciat notorium.*

CAP. VI.

FRaternitatis. Propter arctationem mulieris ſi præter diuinum miraculum abſq; corporali periculo habilis reddi non poteſt, ſeparatur matrimonium: reintegratur tamen, ſi poſtea apparet eccleſiam fuiſſe deceptam. h.d. Et primo ponitur quæſtio. Secundo diſtinguens ſolutio, ibi, quamuis. Tertio infert ad duas alias quæſtiones, ibi, per hoc. Et legam per partem vſq; ad ver. quamuis. de hinc vſq; ad ver. per hoc autem. Tertio abinde vſq; ad finem. & ſecunda tñ pars apprehendit totam materiam. No. ibi, certitudinem pleniorem. ꝙ in ſeparatione matrimo. facienda propter arctationem debet fieri plena diſcuſſio. vnde dicit Hoſt. ꝙ non poteſt fieri nimia diligentia. Vnde conſuluit, ꝙ per inſpectionem viri & mulieris, & ſacramētum vtriuſq; & viciniæ, & per omnem alium modum debet laborari ad veritatē indagandam, maxime quia oneratur iudex, cuius arbitrio talia

1 committuntur. No. tertio, an mulier †ſit arcta, inſpicitur per matronas, & creditur eis, vt dicit gl. j. Propterea matronæ aſſumuntur de parochia, de qua coniuges, vt dicit hic litera: præſumuntur. n. maiorem habere notitiam propter vicinitatem quàm extraneæ, de elect. c. poſtquam. & c. ſcriptum. dicit tamen Hoſti. ꝙ debent accipi peritæ, ſiue de vicinia ſint, ſiue extraneæ: & caueri debet, ne ſint nimium iuuenes propter experientiam: nec nimis antiquæ propter defectum viſus: nam per iudicium manuū & oculorum talia probari debent, c. propoſuiſti. & c. cauſam. de proba. & propter meliorem medicinam conſilium eſt ſm Inno. antequam inſpiciantur, ponantur in balneo aquæ calidæ, & diu morentur, & poſtea inſpicitur. de hoc in præalleg. c. cauſam. & tenetur ſub fida cuſtodia, ne poſſit medicinas opponere, l.j. ff. de vent. inſpi. & propter hoc ſequitur in tex. prouidas: i. peritas ſm Inn. & debent eſſe honeſtæ, ne ſint lenones, vel leues perſonæ, quæ faciliter deierarent, & corrumpi poſſent, in Auth. de leno. col. 2. & requiritur ſm Car. ꝙ hoc caſu teſtes deponant de his, q̄ percipiunt per intellectum, aliter regulr̄ teſtis deponit tātum de his, quæ percipiunt ſenſu, vel per aliquem ex ſenſibus, ſ. de teſtibus. c. cum cauſam. & quod ibi no. ꝙ matronæ debent vocari ad præſentiam iudicis, ſicut etiam debet vocari illi, quos res tangit, ſ.c. proxi. ſm Io. An. No. ꝙ præceptum teſtium, vt dicant veritatem, ſubrogatur loco iuramenti: & idem in fidei præſtatione. facit c. ad aures. ſ. quod met. cau. ſm Hoſti. hic. No. practicam arti-
2 culādi probando †de inhabilitate ad ſeparationem matrimonii: quia articulus debet concludere indiffinitiue inhabilem & quo ad omne tempus, ita ꝙ non poſſit eſſe vir vel coniunx omni tē-
3 pore. No. ſm Panor. ibi, per multos annos. ꝙ †impotentia coeundi alterius coniugum poteſt allegari poſt plurimos annos: nam tractu temporis matrimonium nullum nō firmatur: pro hoc in c. proxi. vbi mulier poſt octo annos proclamauit. No. ibi, per ar-
4 chipresbyterum. ꝙ inferior †epiſcopo poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali: & forte ſm Doc. ille cognouit ex mandato, ſeu delegatione epiſcopi. de quo dic vt plenius dixi ſ. in c.j. de con-
5 ſang. & affi. No. ibi, ſuæ parochiæ. ꝙ iudex †ex officio ſuo poteſt allegato impedimento facere impedimentum & impotentiam inſpici: & ꝙ matronæ inſpectrices debent eſſe prouidæ & honeſtæ, & de parochia mulieris, quam inſpicere debent, quæ præſumuntur habere pleniorem notitiam, arg. c. ſcripto. & c. poſtquā. de elect. & conſuluit Hoſt. vt prius faciant lauari mulierem in aqua calida, & diu ibidem morari: nam per medicinas quādoq; reddunt ſe arctas, quibus prædicto modo obuiandum eſt. Item no. ibi, ſimplici verbo an voto ſolenni. ꝙ votum poteſt eſſe ſolenne, & ſufficit ad impediendum & dirimendum matrimonium poſtea 9̄ctum circa religionis ingreſſum. & clarius probat litera j. ver. ſed niſi ſe voto. & non recolo de alia litera, quæ ita bene ꝓbet ſicut iſta. & facit pro opi. quam tenuit d. Ant. in c. rurſus. qui cle. vel vo. & dic vt dixi in d.c. rurſus. Item no. hic regulam ſatis
6 notandam in materia matrimoniali, ꝙ † omne impedimentum viri vel mulieris, quod facto humano ſine periculo corporali remoueri non poteſt, reddit quem inhabilem ad 9̄hendum matrimonium. ſecus ergo ſi facto humano poteſt impedimentum remoueri. Item no. ibi, cognoſcibili. ꝙ ex quo mulier eſt cognita ab vno viro, præſumit prima fronte ꝙ erat cognoſcibilis a quolibet viro: puta tamen, ꝙ hæc præſumptio recipiat probationem in 9̄rium, vt patebit ex j. dicendis. & ex hoc infertur, ꝙ vbi duo parificantur, data potentia exercitii in vno præſumitur potētia etiam in alio. Item no. ibi, prætextu fornicationis. ꝙ ſi ſponſa de
7 præſenti †committit fornicationem, poteſt ſponſus eius conſortium declinare, non tamen matri. ſeparatur. ſecus in ſpōſa de futuro, vt in c. quemadmodum. de iureiur. no. ibi articulus iſte dubitabilis, ꝙ licet regulariter error iuris non excuſat, vt in regula, ignorantia. de reg. iu. lib. 6. ſi tamen error eſt probabilis, excu-
a ſat. [a] ad hoc l. regula. ff. de iur. & fac. igno. & no. ex eodem verbo, ꝙ ſi probabiliter ſe præſumens ſolutam alteri nubat, non committitur adulterium, licet poſtmodum reperiatur coniugata, quia adulterium non committitur ſine dolo, l. pen. ff. de adul. 33. q. 2. c. cum bellica. No. ſeptimo & vlt. quantum ad iſtud ſeruitiū, quod habet p̄ſtare iudex in ſeparatione matrimonii, debet inducere inhabilem inquātum poteſt ad religionem & ingreſſum: poteſt enim perſuadere & non imperare: & intellige aliquam religionem de approbatis. Gl. j. quærit, quaſi hic non adhibeatur ſeptima manus propinquorum, vt in præced. gl. Rñdet ꝙ hic nō agebatur. Ioan. And. vult hoc ꝙ non requiratur hic ſeptima manus propinquo-

ADDITIO.

a ¶ Excuſat. Adde c. 2. de conſti. Car. in cle. j. 89. q. de priuil. facit quod habetur per do. Soc. cōſ. 64. inci. In cā vertēte. ver. præterea dato ꝗ c. rca prin. in j. par. ch. 3.

propinquorum.idem tenet Lau.Vin.Io.An.ſuper verbo diuor-
tio.colligebat ſm Tanc.& Ber.per iſtud verbũ,diuortium. ꝙ hic
non præſtatur ſacramentum.de quo dicitur s̃. c. proxi.quia illud
habet locum tantum,cum frigiditas hominis allegatur.ſed ipſe
Hoſti.concludit ꝙ in omni caſu,vbi euidenter non cõſtat impo
tentia,ſit illa ſolennitas adhibẽda,& hic fuit adhibita: licet hæc
litera non dicat,& ſupplere hoc non eſſet ↄ literam. But. tranſit
cum Docto.Hoſt.Card.ↄ̃dicit, quia cauſa hic loquitur de impe-
dimento artitudinis, in qua eſt infallibilis probatio. de quo dixi
in c. j. s̃. Verior eſt ſolutio ipſius gl.quia ſtatim fit ſeparatio ad
iſtam probationem s̃.proxi. ſed tandem concludit, ꝙ circa hoc
poſſent cõſingi fraudes,quod ẽt tutum eſſet.dicit hic Hoſt. cum
ſuperabundantes adhibeantur probationes.facit quod dixi s̃.in
c.præce.in vltima linea lecturæ.No.etiam ſm Panor. ibi,& peri
tę in arte illa.& idem dic & in alijs artib.vt credat̃ eis,cum depo
nunt ſuper peritia eorum.ad hoc c. tua. & c. ſignificaſti. el 2. de
homi.vnde iudex in talibus ſolet adhibere peritos, vt debeant
ęſtimare ſumptus factos in aliquo edificio, vel medicos ad per-
hibendum teſtimonium, an percuſſio fuerit lætalis. Et idem di-
cendum in ſimilibus.& in fi.gl.Hoſti.dicit, ꝙ illa præſtatio iura
menti propinquorum habet locum omni caſu,in quo nõ cõſtat
de euidentia impedimenti, & hic forte fuit adhibita,licet litera
nõ dicat.ſed quo ad caſum huius c. placet dictum gl.vt iuramen
tum propinquorum coniugum non ſit neceſſarium,ex quo eui
denter per teſtes poteſt probari impedimentum. & hic probat̃
& in c.laudabilem.s̃.eo.a ↄ̃rio.no.tamen dictum Hoſti. Gl.2.op-
ponit,ꝙ non debuit remitti iuramentum,s̃.de teſt.c.tuis.Solu.in
fi.gl.idem tenuit Goffre.& Inno.& Hoſt.& quod dicit litera ibi
ſuper periculo animarum, dicit Hoſti. ꝙ periculum incurrũt, ſi
deteriorauerint.Alij dicunt,ꝙ hæc obteſtatio ſub ꝑiculo anima
rum habetur loco iuramenti,s̃.de appel.c.conſtitutus.2. nec de-
bent matronę de veritate iurare,ſed de credulitate ſm ſuam cõ-
ſcientiam & credulitatem,referendo mulierem aptã vel nõ, ſm
Hoſti. Videtur ꝙ hæc obteſtatio habetur loco iuramenti, ſm
Card.ideo gl.dicit hic melius,ꝙ interuenit iuramentũ. & Inno.
hic per c.propoſuiſti.s̃.de proba.quod facit in eo,ꝙ ibi ſtat̃ iura-
mento,de teſti.c.tuis.& c.nup.& pro hoc facit rõ, de qua hic in
gl.quia non debet remitti hoc iuramentum, ne fiat fraus matr.
Vel dic ſm Hoſt.ꝙ præſuppſito ꝙ nõ iurauerit,tamen fides data
hr̃ loco iuramenti,vt in c.ad aures.s̃.quod me.cã. facit quod dixi
s̃.in vno not.Arch.in c.2.de ſepul.in verbo, fide interpoſita. vbi
dicit,ꝙ non refert an dicat iuro ad ſancta Dei euãgelia.vel dico,
a iuro ſub fide mea. vel promitto ſub periculo animæ meę.[a] &
pro hoc eſt etiam quod no. Innoc. de iureiu. in c.& ſi Chriſtus.
vbi dr̃,ꝙ valet iuramentum, ꝙ ſi quis promittet dicere veritatẽ
in periculum animę ſuæ.Et ex hoc ꝙ fides interpoſita habeatur
8 loco iuramenti,infertur ꝙ iurari poſſit per creaturas.quod quã-
do licitum ſit,habetur in c.& ſi Chriſtus.de iureiur.† Dic tñ ſm
Car.hic,ꝙ non in omnibus fides p̃ſtita hr̃ loco iuramenti, plus
enim punitur violans iuramentum q̃ fidem interpoſitam, vt
no.gl.in c.pe.de iureiurã.de quo in c.ad aures.per Panor.& Car
di.s̃.quod met ca.& Arch.22.q.5.c.iuramenti.facit quod in c. pręterea.de ſpon.vide bonũ text. in c. dilectus. de tempo.ordi. vbi
ille dr̃ periurus,qui venerit ↄ iuramentum.& hic videtur, ꝙ pri-
ma ſolutio neceſſaria eſt, dicendo ꝙ matronę iurauerũt. Addit
tñ hic Car. ad dictum Ho.cũ s̃.dixi ſm eũ, ꝙ iurãt de credulitate,
quia immo dicit de ſcientia eius,quod per experientiam cogno
ſcerent.ſed dic,ꝙ talis experientia non eſt niſi de credulitate,q̃a
tale quid non poteſt vera ſcĩa probari. facit ff.de uẽ. inſpi. l. j.&
c. p̃terea.s̃.de teſti.Panor.hic infert ad q. qua quęritur, an periti
adhibiti per iudicem ad aliquod diſcernendum ſm artis peritiã
debent p̃ſtare iuramenrũ ſicut alij teſtes. Et vr̃ ꝙ non, quia poſ-
ſent ſubire de facili periurium, cum non deponant de re perce-
ptibili ſenſu corporali, ſed iudicio intellectus. ſed ↄ̃rium eſt ve-
rum,ꝙ debent iurare de credulitate,& non de veritate.& ſic col
ligitur p̃cedens motiuum. hoc firmat Bar.in proemio ff.& facit
l.hac edictali.C.de ſec.nup.no.Panor.in c.propoſuiſti, s̃.de ꝓba.
no.do.Anto.in c.veniens.el j.circa fi.s̃.de teſt.Bal.in d.l.hac edi-
ctali.§.his illud.C.de ſecun.nup.Ange.not. in repe.l.ſi vacantia.
in tex.C.de bo.vacan.lib.10.Et ad iſtum tex.dic, ꝙ iſti iurauerũt.
pro hoc tex.ibi,in fide ſua.vel ꝙ illa adiuratio ep̃i habuit vim iu
9 ramenti,vt no.gl.in c.conſtitutus.de appel. †Gl.3.opponit & ſol-
uit,& remittit.In fi.glo.no.gl.ꝙ negatiua per indirectum proba
b ri põt[b] per affirmatiuam implicitam. dicunt Docto. aduerten-
dum,ꝙ hæc non eſt affirmatiua,quod mulier careat inſtrumen-
to,immo eſt negatiua in effectu, ar.de renũcia.ſuper hoc. Nam
carere,eſt nõ habere,de elec.in cle.pleriſq;. & talis negatiua eſt
improbabilis,vt in d.c.bonę.ſm Car.hic. Ex quo no.ꝙ vna pro-
batur negatiua per aliam: hæc tñ probatio hic non eſt certa,q̃a
erat cognoſcibilis, vt ex facto ſequenti apparet ſm Hoſt. hic, &
Io.An.ſuper hac gl. Gl.in verbo,deerat. ergo non potuit introi-
re,nec de alio modo cagnoſcere.gl.ſol.& no.quod eſt inutile,di
citur deeſſe. Et cum allegat §.& quidem. non eſſe actorem, vel
ſindicum tenere:intelligitur,cum is abſit,aut valitudine impedi
retur,aut inhabilis eſſet ad agẽdum. facit d.§.& quidẽ.& ibi Bar.
ff.quod cuiuſ vni.Bar.in l.2.§.defendi.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.in
l.ſi finita.§.Iulia. ff.de dam.infect. Gem.in c.j.de elect.lib.6. vbi
nã is videtur nullam actionem habere,cui per inopiam aduerſa
rii inanis eſt.Et in fi.gl.idem S.per hoc s̃.eo.c.conſultationi.& ꝓ
hac gl.facit ff.de reg.iur.non videtur cępiſſe. & l.non vr̃.& l.in-
tereſt.& s̃.de reſcrip.c.j.Goſ.ita tranſit, vt refert hic Io.And.hic
non ſunt alia.Quamuis expediam vſque ad ver. per hoc.In text.
ibi,cum dicit litera,ſemiplene expreſſerit.ineptæ queſtioni non
tenetur rñdere,s̃.de ſpon.c.de muliere.ſm Hoſ.poteſt tñ rñdere
vt hic,licet reprehenſibilis ſit ille,qui ſciuit non declarando q̃ſi-
tum ſuum,vt certum haberet rñſum,l.vt reſponſum. C.de tranſ.
In tex.ibi,ad religionem profitẽdo.tacite vel expreſſe,ſm Hoſt.
In tex.ibi,aliquo modo.puta ꝑ balneũ, vel electuariũ, ſm Abb.
In tex.ibi,præfatum virum. iſta mulier tranſiuit profitendo ex-
10 preſſe.† Not.in iſto ver. ꝙ promiſſio continentię non ſolum in-
fert votum ſolenne,ſed etiam ſimplex.Ideo ſit cautus volens ꝓ-
bare continentiam, vt non articulet de ſola promiſſione conti-
nentiæ,ſm But. Nam promiſſio continentię poteſt eſſe de ſim-
plici voto,& etiam de ſolenni,ergo conſtat, ꝙ nõ arguit votum
ſolenne neceſſario.Sed ꝙ hoc ſit verum, qñ ſit remanente in do
mo,& non tranſeunte ad religionem, probat̃ in c.inſinuante.s̃.
qui cle.vel vo.in c.rurſus.eo.ti.& ibi dixi de modis ſolennizandi
votũ. & no. ꝙ ſimplex votũ impedit, ſolẽne dirimit,ut hic,& in
præallegaro c.rurſus.No.ſecundo,quod votum ſolenne nõ ope
ratur in præiudicium matrimonij conſummati, 33.q.5.c.manife-
ſtum.& c.plane.& c.ſeq.s̃.de conuer.coniu.ſm Io.And. No.ter-
tio, ꝙ ſubtilitas commodatur,& intellige de ſubtilitate,quæ fa-
cit intelligi mentem & rationem ſcripturæ,vt hic,& s̃.de tranſl.
præla.c.inter corporalia.de ferijs.c.appellatus.de iudic.c.dilecti.
ſm Io.An.in d.c.dilecti.ſuper j.gl. No.quarto,quod impedimen
tum copulæ,quod põt tolli præter diuinum miraculum, dr̃ non
perpetuum,nec impedit matrimonium. Ex quo infert gloſ.6.ꝙ
nullum maleficium ſit perpetuum impedimẽtum. Et ex hoc ẽt
infertur ꝙ id,quod ſit per diuinum miraculum,vere dr̃ non poſ-
ſe fieri.vide Inno.in c.paſtoralis.de cã poſſ. idem dic, ꝙ ſi opere
medicorum,nõ tamen ſine graui periculo mortis.de hoc in gl.5.
11 † Not. quinto, quod ſententia lata per errorem retractatur, etiã
ſi non ſit appellatum, quod procedit in cauſa matrimoniali. de
hoc in gl.in verbo,per errorem. In quo autẽ fuerit hic erratum,
exprimitur in litera, q̃a ex facto ſequenti apparet, quod mulier
non erat arcta,cũ eſſet alteri cognoſcibilis.& ex hoc infertur, ꝙ
matrimonium ↄ̃ctum per mulierem iſtam cum alio non tenuit,
s̃.de ſpon.du.c.j.per totum. Et hoc ꝓcedit, ſiue mulier fuerit ꝓ-
feſſa poſt diuortium, ſiue ante: & hoc ex duabus rationib. quas
tangit Io.An.in verbo,cenſemus.vt quia ſuus erat vir,ſi illa non
fuit tacite vel expreſſe profeſſa,vnde ſm virum ducere non po-
tuit,s̃.de ſpon.du.c.accepiſti. vel quia poſtmodum profeſſa fuit,
matrimonium poſtea ↄ̃ctum non tenuit, s̃.qui cler.vel vo.c.me-
minimus.& c.ſeq.ſm Hoſt.potuit enim ingredi religionem an-
te copulam,vt in ca.ex publico.ca.ex parte.ca.ſane.s̃.de conuer.
coniug.Quare amplius ad primum redire non poteſt, nec matri
monium ↄhere. & ſicut ſoluitur matrimonium de pręſenti non
conſummatum per profeſſionem, ſic ſm ſoluitur per ſuſceptio-
nem ſacri ordinis, cuius cõtrarium notatur in d.c.ex publico.&
in c.ex parte.in gl.pe.de conuer.couiug.in c.vnico. de voto.lib.
6.& approbatum per extrauagantem antiquam Io.22.No.6.ibi,
ſiľr.quod apta vni viro præſumitur oĩbus cognoſcibilis: ex quo
infertur,vbi duo pariter ſe habent in exercitio actus,exercitium
vnius concludit exercitij potentiam alterius in alio: ſecus ſi nõ
eſſet

ADDITIONES.

a ¶Animæ meæ.Sed quid ſi iurat per hæc verba,Deus ſit mihi teſtis. an valeat & obligat.dic ꝙ ſic,vt per Lud.& Ale.in l.3.§.dato in fi. ff.de iureiur.per tex.in Auct.quibus mod.na.effi.leg.§.quoniam.item quid ſi iurat per animam meã, vel per ſanctos Dei,vel ſimile,an valeat,quando petitum ſit iurari per euangelia.vide per Spec.de iureiur.ver. vt autem.& l.3.§.iurari.& ibi Bar. & Ale.de iureiur.quod non.

b ¶Poteſt.Et adde,ꝙ ſiue implicita, ſiue ſit explicita negatiua, non probat, niſi indirecte,& præſumitur contra teſtem negatiuam probantem. Inn.in c.cum eccleſiæ.de cauſa poſſ.& peoprie,niſi illa habeat fundamentum iuris, vt quando ad canonicos tantum electio pertinet,Bal.in l.2.de bo.poſ.ſm tab.& in l. mulier.ſolu.ma. & Spe.de reſcri.præſen.§.5.ver.ſed cui.

esset par potentia exercitio, secundum Inn.hic.No.7.quod si ante matrimo.consummatum alter coniugum profitetur reliquis, libere matrimo.contrahit.de hoc tāgit gl.ibi,& quia si ingressa. & ad hoc facit litera ibi,& sic ecclesiæ auctoritate. Sed subauditur verbū, maxime.secundum Io.An. & Car.quia idem esset, si contra interdictum ecclesiæ contraxisset,j.ti.j.c.j.& 2.& licet tunc pœnitentiam agere debeat, vt in præallegatis iurib.secundum Io.An. secus autem si matrimonium esset consummatum, quia tunc altero remanente in seculo, alter non pōt ingredi,c.ad apostolicam. c.ex parte.& ca.ex publico.c.coniugatus.c.vxoratus.de conuer.coniug. No.8.quia error causæ impellentis ad religionem non vitiat ingressum religionis,c.dudum.& c.ex parte.& c.veniens.de conuer.coniu.Ingressus dissoluit vinculum matrimonij, & per consequens remanēs in seculo potest ad secunda vota transire,quod intellige, quādo ingressus fuit ante carnis copulam.No.9.in ver.declinante. & si sententia diuortij reuocatur, vir non tenetur accipere mulierē, si medio tpe fornicata est, secus si contraxit cum secundo in facie ecclesiæ,quia tunc excusatur, vt in litera.facit c.2. & c.peruenit. & c.perlatum. qui filij sint legitimi. sic mandatum ecclesiæ excusat eum, qui pendente lite cognouisset mulierem, quæ dicebatur serua, & contraxit cum ea tanquam cum libera. & facit contra id quod ibi no.contra cōem opi. vide quod scripsi in c.2.de coniu.ser.& ibi rñdet ad hunc tex.quod est alius casus,cum quæritur,an mulier separata a viro, si nupsit secundo, dicatur fornicaria. & dicit quod non, antequam esset decisum quod sit cognoscibilis,& dubitatur an posset contrahere,et per consequens an esset cognoscibilis.verum quod non,secundum Inn.hic.Et dicit Ho. quod hæc simul iuncta excusant mulierem a fornicario. Primo,quia fuit per ecclesiam separata, 32.q.7.c.quemadmodum. Secundo, quia publice nupsit.Tertio,quia in dubio potuit habere bonam fidem.Quarto,quia forsitan sententiam diuortij latam perpetuo valere credit.Quia ibi postea nemo contradicit, nec cōscientiam eius mulieris turbat, nec adulterium sine dolo committitur.pro hoc allegat gl.hic ī ver.quod si lege.vbi de hoc. & sic habetis casum, in quo mulier alteri nupta licite cum alio viro commiscet, nec dr fornicari,sed excusatur.

21 apparet a secundo cognita,vt dixi s̃.versi.proxi.†Quero generaliter,an & qñ ꝓp impedimentum possit separari matri. Soluunt Pet.& Abb.distinguendo,quia aut est impedimentum ętatis, & non tenet matri.de despon.impu.c.a nobis.s̃.eo. c.quod sedem. Aut naturæ ex parte mulieris,& dr̃ arctatio, & tunc si nõ potest per incisionem,vel aliter iuuari,separantur,s̃.c.ex literis. Aut ex parte viri,& hoc põt esse quadruplex.vnum ab extrinseco,vt ꝓpter maleficium.aliud ex frigiditate eius:si ꝓp maleficium, aut est temporale,& non separantur:si perpetuum,secus,j̃.ca.proxi. & hoc si post maleficium secutum est matrim. sed si primo fuit matrimo.& postea maleficium,non separatur,32.q.7.c.qui.Quid autem in dubio,qñ non apparet an præcesserit matri. dixi s̃.ver. proxi.q.j.si autem ex frigiditate,non sunt statim coniuges separandi,sed ꝓceditur fm formam s̃.eo.c.laudabilem. si vero ex nimia carnositate,si coniuges sunt in ætate legitima, poterunt separari,sed si postea apparet ab alio cognita, restituetur primo, quia retro apparet sñiam latam per errorem, ar.huius c.fm eos. dic ꝙ ob hanc causam non fiet separatio, quia non reperitur iure expressum.& pro hoc quod dixi s̃.versi.proxi. Si vero ꝓp ariditatem,tunc poterunt separari,s̃.c.proxi.non tñ in hoc stabitur mulieri hoc dicenti,sed per aspectum corporis arbitrio boni vi-
22 ri.†No.4.& vl.ꝙ qñq; fuit finale iudicium,pendet ex futuro euẽtu,vt hic in fi.& dicit D.Ant.& Imo.in c.j.super gl.in verbo,seruetur.vt li.non conte.hic esse tex.signandum,ꝙ sñia,quæ põt apparente in ɔ̃rium veritate retractari, interim tñ facit notorium, & de futuro,fm Inn.quia si fuerit apta secundo,reddetur primo, qa primum vr̃ fuisse matri.de hoc j̃.in vlt.gl.& Solon legis lator sapientissimus actiones hoium ex fine metiendas putabat. Hic oppo.quia dr̃ hic,finale iudicium pendet ex futuro euentu.Contra,quia non debet esse matri.in pendenti, l.j.ff.de vsur.l.quemmodum.ff.de iudi.c.penul.de transla.præla.Solu.matrimonium non potest esse in pendenti quo ad veritatem, quia sublatũ vinculum statim est,vel non sublatum quo ad veritatem. Vel dic,ꝙ certificatio & declaratio põt bene esse in pendenti quo ad ecclesiam,& nr̃am cognitionem,non quo ad veritatem vel quo ad legem,quia ea quæ non sunt certa,sunt certa legi, Insti.de ver.ob. §.conditiones.vnde si ipsa est cognoscibilis,& reparabilis,& aliter q̃ per miraculum,est matr.& fuit tp̃e,quo ɔ̃ctum est,licet nũ constat nobis , nec fingitur retro matrimonium hoc declarato, sed semper fuit,nec incipit a tp̃e declarationis, sed immo fuit a principio retro: ergo trahitur solum declaratio , non substantia vinculi. & glo.vlt.hic satis allegat iura.Si autem subest impedimentum,& irreparabile,præterq̃ per diuinũ miraculum, nunq̃ fuit matrimonium,nec illo tp̃e pendet quo ad substantiam, qa remotũ impedimentum per diuinum miraculum,nõ tñ reparat primum matrimonium, quo ad non fuit,nisi interueniat nouus consensus.& Bu.facit quandã ɔclusionem materiæ quam posuit j̃.in c.fi.de qua tñ aliquid j̃.in vltima q.& c.seq. quæro de intellectu huius principij ibi,per hoc Inno.exponit hoc, s. quod est dictum s̃.ꝙ impedimentum hoc non erat perpetuum &c. & hoc c.ꝑ sñiam,quã tulimus in hoc negocio,in quo nõ est discussum de corpali periculo,nec de simili vitio,si nobis cõstet mulierem nõ esse arctam,primo sibi eam restituẽdam decernimus, ex quo reperit,q̃ aperuit sibi claustrũ pudoris : sic ergo decreto faciẽdũ est.Glo.ẽt in verbo,qđ si legitime.in fi.& dixi s̃. in ꝓxi.gl.in verbo,quia si legitime.in fi.& dixi s̃.in ꝓxi.gl.in verbo,soluta.& in verbo,debeat.in glo.seq.quia prius debet videri, an sit apta primo,si autem erit impedimentũ ariditatis,& tũc poterũt separari,s̃.c.ꝓximo.non tñ stabitur mulieri hoc dicẽti, sed per aspectũ corporis discutitur arbitrio boni viri, secundum Cardina. Flo. De his vero,quę sunt in superiori distinctione,latius dico j̃.in c. proxi.vbi hanc replico distinctionem Pe.& do.Abb.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus qualiter concipi debeat.*
2 *Libellus generaliter procedit in actione personali, causa non expressa,si non excipiatur.*
3 *Virginitas qualiter probetur.*
4 *Triennium quo ad cohabitationem quando incipiat currere.*
5 *Frigidus quis dicatur.*
6 *Matrimonij separatio quando possit fieri ex impedimento, & qualiter talia impedimenta probentur.*

CAP. VII.

Literę tuę. Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem,cui per trienniũ cohabitauit, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum,separantur. hoc dicit fm Ioã. An. & hoc fm vnum modum intelligendi, quẽ tangit gl.s̃.& est communis lectura.& sic loquitur ista litera in maleficiato : & cũ ista litera transit But.Secundo modo Inn.legit, ꝙ intelligatur de frigido,quod non approbatur communiter. & etiam asserit Card. Flo.qui addit tertium intellectum ad literã,vt generaliter loquatur,ꝙ vxor dicit virum non habere potẽtiam coeundi, nec plus se restringit ad maleficiũ vel frigiditatẽ, sed simpliciter allegat impotentiã. Et fm hoc summatur decre. fm Car. hoc modo. Si vxor dicit virũ,cui cohabitauit per trienniũ,non habere potẽtiã coeundi,nec plus se restringit ad maleficiũ vel frigiditatem , sed simpliciter allegat impotentiã:& fm hoc ei non creditur,sed viro & vxori hoc iurantibus cum septima manu propinquorum , separantur. & in hoc conuenit decre.ista rub. in tertia parte, cũ dicit de impotẽtia coeũdi. Communis diuisio. secunda ibi,quo circa.iuxta si.In tex.ibi,cohabitasset.in eadem domo & in eodẽ lecto.In tex.ibi,parochia.vbi poterat de hoc melius sciri,s̃.c. ꝓxi.in prin.quia dicebat mulier , ꝙ cupiebat fieri mater, petit di-
1 uortium in cã matrimoniali ꝓp impotentiam viri. † Et no. ꝙ in
a libello de iure narratio procedere dẽt, & sequi conclusio, [a] vt in c.literas.de resti.spo.no.in c.j.de libel. obla. Et non sufficit in libello concludere,ꝙ cognita non esset, sed ꝙ non hẽt ptãtem cognoscendi , & ꝙ non tenetur ei seruire mulier , quia de ea vir sit impotens,de iud.c.dilecti.& hoc dummõ causa sit perpetua,s̃.e. c.quod sedem.fm Host. tñ gl. 33.q.j.c.2. in verbo , accipit.dicit ꝙ hoc casu vr̃ totum ius duxisse in iudicio.Ex quo infert, ꝙ succũbẽs non audietur vlterius , ẽt si specialr̃ mõ dicat eum virum frigidum,vel maleficiatum,de re iudi.c.abbate.lib.6.fm Ioan. An. nisi constiterit ecclesiam deceptam , sicut in simili s̃. c. ꝓxi. ibi ,
2 q̃uis.fm Car.hic.†No.secũdo fm aliquos , ꝙ admittatur libellus in personali actione,etiam sine cã,hoc est licet eã non exprimat in libello,cum audiatur mulier petens diuortium ꝓp impotẽtiã viri, etiam si non exprimat cãm remotã impotentiæ : sed dic,ꝙ generaliter procedit libellus in personali cã non expræssa, si nõ excipiatur,vt no.gl.in c.abbate. in verbo , talis quæ est no. de re iudi.lib.6.& no.s̃.de libel. obla.c. fi. & in c. dilecti.s̃.de iudi.in l. j.in prin.ff.de eden.per legistas, per Bar. in l. & an eandẽ.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.fm Doc.sed quo ad c.nostrum dic, ꝙ hic fuit expssa cã remota in eo , ꝙ mulier hic dicit viro non habere potentiam coeundi, & q̃uis non fuit specifice declaratum , qua de cã,non tñ ex hoc vitiari debet libellus propter incertitudinẽ, quia incertitudo creatur a facto viri , de resti. in integ. c. constitutus.& quod ibi no.& per gl.in verbo,talis.præallegata,quæ allegat iura.facit quod no.in c.j.de libel. obla. Panor. hic,Bar.in l. l.j.§.quod aũt.ff.quorum lega. l.vbi aũt non apparet. §.q̃ illud.ff. de ver.ob.Do.Anto.in c.tertio loco.de proba.tñ q̃a causę huiusmodi impotentię sunt a iure declaratę,vt sunt malefactura,ariditas,de quibus s̃.& in processu huius tit.traditũ est,admittit libellus,& in processu declarabit. Nota tertio ibi, octo annos. quod etiam per octo annos mulier auditur petens diuortium ab impotentia viri,etiam post annũ & dimidium.de quo dixi s̃. in c.j.
3 fm Inn.†No.quarto practicã probandi virginitatem, s. aspectus mulieris ꝑ matronas bonę opinionis & fide dignas, & in oꝑe expertas,de proba. c. proposuisti c. causam. & c. fraternitatis.s̃. eo.alias non creditur,l.j.ff.de.ven.inspi.ex hoc no. ꝑ antiqs magistris vt eis credendum sit,25.q.j.c.ɔ̃ statuta.c.relatum.37.di. & ɔ̃ nouos magistros & Doc.ꝓsumendũ est, 67.di.c.sicut. C.de iudi. l.certi.fm eundem.qñq; creditur inexpto, 31.di.c.in cena.fm Io. An.hic.Sed dicit d.Car.quod licet Panutius,de quo in illa sinodo,esset inexpertus nuptiarum,tñ erat expertus super scandalo, quod eueniret,si daretur licentia clericis ɔ̃hendi:quod consuluit euitandum,fm Car. hic No. fm Panor. Et colligo vltra alios casum hic apertum,& no.intelligendo, quod loquatur in maleficiato,vt communiter tenetur ,quod ex quo matri. non est consummatum,præsumitur maleficium matrimonium præcessisse: nam

A D D I T I O.

a ¶Sequi conclusio.Quomodo autem libellus formetur,vide Spe.eod.tit.

nam vt hic vides, nec allegatio nec probatio facta fuit sup prioritate temporis, sed probato maleficio matr. separatur. & nemo nisi Panor. ad hoc ponderauit istum tex. & est ꝯ literam gl. or. 6. q. 2. c. requisisti. & facit pro opi. quam recitauit & tenuit s̄. c. ꝓxi. no. bo. tex. pro his, quæ tenui ꝯ cōem lec. in c. laudabilem. s̄. eo. ꝙ confessio vtriusq; coniugum viri cum septima manu ꝓpinquorum non sufficit ad separandum ma. nisi concurrente cohabitatione triennij: immo plus probatur hic, ꝙ non sufficit probatio virginitatis lōgo tempore habita, & licet vir hic diceret se alias cognouisse, hoc tñ non probatur. Nec ob. si dicatur literam loq. in maleficiato, quia in tex. hoc non exprimitur, sed solum generaliter alleg. impotentia coeundi. Nota, ꝙ vbi allegatur impotētia viri, inspicitur mulier an sit virgo. Sed dic, quòd inspicitur vir etiam, vt dictum est in c. laudabilem. In gl. j. pro eius clariori expeditione op. ꝙ nō debuerit separari mulier, licet esset incognita: pōt enim esse, ꝙ hoc erat, quia ipsa non erat viripotens, pro hoc quod dixi s̄. eod. c. j. glo. j. metu ꝯrij intelligit, ꝙ erat viripo-
a tens. [a] quod dic vt dixi in d. c. j. & in hac gl. ibi, mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur. Secundo oppo. ꝙ non debuerit fieri separatio, ex quo vir asserebat, ꝙ poterat alias cognoscere: nā etiam si facta esset, deberet reuocari. hæc apparet s̄. c. proxi. ver. q̄uis. Sol. ibi loquitur in impedimento mulieris, quę ex quo reperitur vni apta, censetur omnibus apta, vt ibi dixi in secundo & tertio ꝯrio, hic autem de impedimento viri, qui pōt esse impeditus cum vna & non cum alijs, vt hic. Tertio oppo. ad hoc, quia si vir est frigidus, censetur impeditus cum omnib. cum frigiditas sit impedimentum naturale, s̄. eo. c. j. melius in c. laudabilem. ibi, naturaliter frigidus. Soluit Papa hoc ꝯrium, & similia. loquitur istud c. duobus modis, & ego lego tertio modo, vt dixi s̄. in prin. primo legit gl. 2. ꝙ loquitur in maleficiato, non autem in frigido. quid aūt sit maleficiatus & quid frigidus, dico j. q̄. 10. & hæc lec. est cōis, vt dixi in prin. & dico j̄. co. ꝯrio. & hanc tenēdo dicit Inn. distinguendum, ꝙ aut maleficium est temporale, & non dirimit mat. aut perpetuum & dirimit, 33. q. j. c. si per sortianas. & dr̄ perpetuum, quod infra terminum per exorcismos & orationem non cessat, dicto ca. si per sortianas. alias non vr̄ esse perpetuum, cum maleficus illud destruere possit. Dic, ꝙ habet pro perpetuo, si aliud non appareat, s̄. c. proxi. ver. q̄uis. vbi dixi in primo ꝯrio. & quo ad istud de exorcismis, dic ꝙ idem sunt coniurationes, de conse. dist. 4. c. & quidem. dicit Inn. ꝙ vt maleficiū impediat, oportet quod præcedat matrim. secus si sequatur, quia tunc non dirimit, sicut nec alia impedimenta sequentia, 32. q. 2. c. discretionem. & c. tuæ. etiam gl. in ver. diuinum. in ca. præce. s̄. & dixi ibi in ver. quamuis. dicit etiam Inn. ꝙ quis potest esse maleficiatus cum vna, & non cum alia. & hoc dicit gl. nostra hic, & vsque huc. Inn. tenet lect. gl. nostræ, quæ est, vt decretalis loquatur de maleficiato, & non de frigido, a qua recedit postmodum dicens melius videri, ꝙ propter maleficium nullum matrimo. sit separandum. Et dicit c. si per sortianas. non tenere, & tenet c. nostrum loqui in naturaliter frigido. & ista est secunda lectura, quā tenendo Inno. respondet ad ꝯrium, ꝙ licet vir iste diceret se habere potentiam cognoscendi aliam, non erat tñ verum &c. nec sibi creditur. Ho. tamen dicit, ꝙ non videt ꝙ c. per sortianas. corrigatur per aliquod ius, nec per gl. debent corrigi iura, & ex hoc sequeretur magnus error, cum quotidie per ecclesiam soluātur matrimonia propter maleficium. & bene dicit. Item ꝙ hoc capitulum non procedat in frigido, probat hic, quia nō apparet, quare in naturaliter frigido habente pubertatem sit concedendum triennium: secus si non haberet plenam pubertatem. & de tali frigido intelligit c. laudabilem. s̄. eo. & ad hoc probandum, quod propter maleficium matri. dissoluatur, inducit rubri. nostram, vbi intitulatur de frigido & maleficiato. & ad denotādum quod propter vtrumque matrimonia separantur, & significatio tituli debet attendi, ar. l. j. ff. si cer. pet. & ar. in proemio Grego. s̄. gl. c. fi. de offi. dele. lib. 6. in c. tibi qui. de rescri. lib. 6. Item facit fm̄ Host. hæc lectura, vbi mandatur, ꝙ isti pœnitentiam agant: propter qđ apparet euidenter, quod loquitur in maleficiato potius q̄ in frigido, quia facilius dissoluatur maleficium ipsum, quod est accidentale, quam frigiditas, quod est impedimentum naturale: quod non aduertit Inno. fm̄ Host. dicit etiam Host. ꝙ in practica Constantini sub rub. de his, qui maleficijs impediti cum vxore coire non possunt. dr̄ de pluribus maleficijs, & inter cętera dicitur, quod maleficium barbarum pessimum est, quod magis diuinis quàm humanis sanari posset remedijs, quasi dicat ipsum nō nisi miraculose curari posse. propter quod patet, ꝙ maleficium pōt esse perpetuum. Et consuluit Host. ꝙ recurrat ad remedia, de quibus ibi per Constantinum, & alia remedia medicorum, licet enim quedam ex illis superstitiosa sint, tñ credendū est authori in facultate sua, & potest ecclesia retundere vana vanis, fm̄ Hos. & hic est cōis intellectus, vt dixi in summario, cum quo ēt trāsit Ioan. And. hic. tamen quod dicit, ꝙ hic de frigido non esset spectandum triennium: & quod dicit de plena pubertate, dic vt dictum est in c. laudabilem. & c. præcedenti. s̄. eo. ti. Bu. tamen hic transit cum illa opi. Hos. ꝙ aut frigiditas est plenæ ętatis, vel nō, aut apparent signa frigiditatis, vel non, vt apparentibus signis, & data plena pubertate non expectetur triennium. Tertia vero lectura est Cardi. vt dixi summando, vt indistinctè intelligatur decretalis tam in frigido quàm in maleficiato, declarando de frigido tamen vt est dictum in c. j. & c. laudabilem. & hanc tenent Cardin. Panor. & Zochus, quę bene conuenit literę, quæ tertia & prima tute teneri possunt, & Panor. & Zoch. placent. Glo. in verbo, pœnitentiam. quærit de ratione literę & soluit. Gl. in ver. institutor. quærit & soluit: quærit per quæ verba fuit institutum matri. de quo dixi s̄. in rubri. de spon. Glo. pen. quærit & soluit, ibi, per occasionem. vide casum in c. laudabilem. super tertia gl. no. quod si alterum omittatur, nihilominus valet separatio. dicit Ioan. An. quod si intelligas alterum, idest, probationem virginitatis per inspectum: tunc vera est glo. vult dicere, quod secus esset, si omitteret alterum de iuramento propinquorum, dato ꝙ probata sit virginitas, non per hoc cōstat, an dederit copulę operam fm̄ Io. Phi. & Goff. quod hic requiritur, alias ex hoc inferretur, ꝙ fieri posset diuortium propter maleficium, etiam si constet de virginitate, in quo videretur magnum periculum, quia possibile est, ꝙ coniuges deierabunt, sed propter iuramenta propinquorum præsumitur quod non deierabunt: nam etiam si cōstat de virginitate, possibile est, non tñ verisimile quod deieret, quod alter vel vterq; se subtraxit copulę ex odio alterius, vel ex alia causa. Quæro in fin. glo. meæ, quia glo. dicit, ꝙ vir & vxor iurent cum septima manu propinquorum, quid si haberi non possent propinqui, qui iurent. Dicunt Iac. & Phi. vt refert hic Ioan. An. in ver. septima manu. quod sufficiunt duo testes, dummodo hec fama coadiuuet, 35. q. 6. c. si duo. dicit vni non mutandam formam, nec numerum, sed vt habeatur septem propinquorum iuramentum, & si haberi non possent, habeātur septem vicini, qui si propter probabilem causam nō possent haberi, puta propter minas aduersariorum, vel quia extraneus dicit pauciores sufficere, alias non faciunt, quæ dixi in tex. in c. laudabilem. s̄. eod. quia
4 dicitur de triennio fm̄ Panor. † Quæritur hic, q̄n incipit currere istud triennium. Dicit Host. quod a tempore peractæ pœnitentie & iniunctionis facte per iudicem. Inno. Vinc. & Abb. dicunt sufficere, quod per triēnium cohabitauerint, siue ante, siue post. hoc Panor. placet per istum tex. vt patet in fi. ibi, infra prædictos annos 8. nam loquitur de illis 8. ann. qui præcesserunt querelam nunc expositam coram iudicibus. fateor tamen, quod post sententiam iniunctam debent cohabitare aliquo tempore arbitrio iudicis moderando, ut probat hæc litera in ver. & si forte placeret Deo. Et dicunt aliqui necessario non requiri, vt istud triennium sit continuum. Vnde si in triennio sit maritus absens in peregrinatione per quinque menses, poterit illud tempus suppleri ab vlteriori tempore, alias tolleretur peregrinatio, & alia negotia necessaria. Credo quod hoc fuit de mēte literę, sed quo ad corticem litera videtur innuere ꝯrium, dum requirit triennīū continuum, & non interpolatim. facit gl. no. in rub. ff. de diuor. & temp. præscrip. vbi temporis assignatio in dubio dicitur continua, gl. in cle. j. de in integ. rest. cum ibi no. Dehinc quærit Do. Anto. post Hosti. quid si uir sit suspectus, quod faciat mulierem corrumpi, forte propter magnam eius hereditatem. dicit quod recurrendum est ad consilium s̄. de spons. c. cum locum. Quærit, quid si per alterum stat, moueri non uult. dicit quod excommunicandus est, & tandem distinguetur per curiam secularem, de iudi. c. cum non ab homine. & idem fiet, si per eum stat, quo minus tentet. Quid si dicat, quod ita abhorret, quod nec inuenit, ꝙ in corde suo tentet. non creditur ei, qui cauere sibi debuit ab initio, C. de actio. & oblig. c. sicut. nisi forte euidens esset erroris causa, ut patet ex no. de coniug. lepro. c. 2. caueat tamen iudex, ꝙ matrimon. non dirimat, nisi cūm hac solēnitate, & sic in hoc casu sicut multotiens priuatur quis iure suo sine culpa, sed non sine causa. & hoc sequitur, quia ecclesia non sequitur veritatem, quam nescit, sed opinio. de sentent. excommunicat. a nobis. 2.
† Quæro

ADDITIO.

a ¶Viripotens. Scilicet 12. an. vt no. in l. mulieris appel. de verb. sign. vide tamen Do. Anto. de Rosel. in c. tuæ fraternitatis. 7. col. supra de spon. quomodo autē probetur mulierem esse aptam vel non ad prolem, vide per Specu. in titu. de testi. §. 7. ver. si hoc quoque.

5 † Quæro generaliter, quę sunt impedimenta copulæ, ꝑpter quæ pōt fieri diuortium. So. dixi in c. fraternitatis. in fi. vide etiā hic, sed specialiter fit mētio in rub. ista de frigiditate & maleficiato, & de impotentia coeundi. dr̄ aūt frigidus is, qui licet habeat mēbrū, habet tñ naturaliter inutile ad copulā, quod pōt melius facto perpendi q̄ verbo exprimi: & debet fieri inspectio per viros peritos, vt dictū est s̄. c. laudabilē. Et But. circa hoc impedimentū frigiditatis late distinguit, & replicat, quæ dicta sunt in c. fraternitatis. & in c. laudabilem. s̄. eo. & in c. j. sed quia hic ordinate & summatim procedit, iuuat eius dicta referre. Hic est aduertēdū, ꝙ plura pñt occurrere impedimenta: ex parte mulieris non inuenio nisi duo impedimēta, arctationis, & impedimentū maleficij: posset esse in ea impedimentū frigiditatis, sed de eo nō faciunt mentionē iura, quia quasi impossibile est probare, vt puto: nā dato ꝙ mulier non resoluat, si habet apta mēbra, & recipiat copulā, difficile erit ōndere ꝙ non resoluat: vnde de isto impedimento non inuenio, ꝙ iura faciant mentionē. Ex parte viri inueniuntur plura impedimēta. Primo impedimentū frigiditatis, & impedimentū defectus mēbri, q̄a siccū, vel castratus, vel mēbrū nō est erigibile. Itē est impedimentū, vt quia vir hēt mēbrū carnosum, ita ꝙ non est ꝓportionabile coniugi: hoc contingit ꝑ ꝑ arctationē mulieris, & ꝑ ꝑ carnositatē viri. Secūdo principaliter ꝑmitto, ꝙ in ꝓbatione facienda ēt potentiæ coeundi iura inueniunt plura remedia. Qñq; fit probatio per euidentia & indubitata signa impotētiæ. Quādoq; per indubitabilia & verisimilia. Qñq; per oīno dubitabilia: & vbi occurrit dubitatio, occurrit in coadiuuanda ꝓbatione. Qñq; corporis aspectus. Qñq; iuramēta
6 ꝓpinquorū. Qñq; ꝓbatio triennij. † Videamus ergo discurrēdo per oīa ista, qñ possit ex impedimento fieri separatio: & qualiter talia impedimenta probentur. Et hoc aduertendū concludendo totū. Qñq; vterq; coniugū confitetur impedimentū actu & habitu. Qñq; vterq; cōfitetur impedimentū actu interesse, sed negatur habitu. Qñq; alter confitetur impedimentū, & alter negat & actu & habitu. Si vterq; confitetur impedimentū actu & habitu, & non sufficit probatio confessionis, ne inuicē colludant, vt in c. super eo. s̄. de eo qui cogno. consan. vxo. nec ēt sufficit ꝓbatio per aspectū virginitatis coniugis, vt in c. j. s̄. eo. & c. laudabilē. sed exigitur vltra hoc ꝓbatio per iuramenta ꝓpinquorū, vt in c. laudabilē. Nunq̇d aūt vltra hoc exigatur ꝓbatio per cohabitationē triēnij. dico ꝙ Inn. est ōrius. qñq; distinxit qualitatē impedimenti, & sic intelligit s̄. c. j. qñq; dixit, ꝙ indistincte hoc casu non exigitur ꝓbatio triennij, & sic intelligit s̄. c. laudabilē. & ad hoc optime facit iste tex. vt s̄. no. in tex. Nec ob. c. j. q̄a vt ibi dixi, loq̄tur in alio casu, s. qñ fatentur actū, sed non impotentiā in habitu coeundi. dicit Bu. ꝙ tutius sit tenere, ꝙ distinguat inter qualitatē & euidentiā impedimenti, ꝓut statim dicet in seq. mēbro. ad hoc s̄. c. fraternitatis. ad fi. & q̇d hic dicit gl. fi. & q̇d no. s̄. eo. c. j. Secundo casu principali, qñ vterq; fatetur defectū copulæ in actu, si negat alter potentiā in habitu: tunc sequenda est hęc decretalis, vt ꝓbentur aspectu: & vltra hoc exigantur iuramēta ꝓpinquorū, & ēt exigatur ꝓbatio triennij: & hoc tutius puto seruare, & magis de cautela, q̄ de necessitate ex toto, vt dixi: sed satis puto, ꝙ seruanda sit distinctio, quā dicā j. in tertio casu. Venio igitur ad tertiū casum, qñ alter cōfitetur impotentiā, & alter negat. & hic aduertendū ad impedimenta: qñq; allegatur impedimentū, q̇d hēt euidentiā & infallibilia signa: & tunc hoc sufficit absq; ꝓbatione ꝓpinquorū, & absq; triēnij cohabitatione. Exēplū in castrato vtroq; testiculo, q̄a hēt virilia abscissa, & similia: & hoc ex parte viri. Itē exēplū, qñ hēt siccū membrū: sed in hoc sunt opi. Inn. dixit hoc euidens in c. laudabilē. & hoc seq̄tur Pe. de Sam. in d. c. laudabilē. Inn. in c. j. dicit ꝙ hoc non est oīno euidēs, q̄a est possibile, sicut emittit vrinā, sic potuit semē emittere. & hoc fuit visum tutius D. Ant. vt dixi in c. laudabilē. Itē exēplificant aliq. in muliere arcta, quasi illud sit oīno indubitatū. & sic sentiunt Doct. in c. laudabilē. & ibi dixi. & in c. fraternitatis. s̄. eo. ibi Host. tenuit ꝯ, & hoc placet, quia arctatio non pōt cognosci, nisi per matronas, quarū oculus fallitur: posset tñ talis esse arctatio, ꝙ forte esset euidens signū, vt si mulier vas oīno haberet, & apparet iudicio medicorū ipsam oīno esse irreparabilē: & tunc faterer, ꝙ his casibus non cogeret aliud iuramentū ꝓpinquorū. sic intelligitur s̄. c. laudabilē. j. rñso, s̄m vnū intellm̄. & sic posset saluari glo. in d. c. j. Qñq; apparet impotentia per euidētia & verisimilia signa, licet non oīno certa, vt quia masculus hēt mēbrū siccū: & hoc casu sufficiunt iuramēta ꝓpinquorū, & nō exigitur ꝓbatio triennij, vt dixi s̄. in c. j. & patet ex his, q̄ dixi in d. c. laudabilē. Similiter pōt dici in muliere, q̄ apparet arcta. sic dēt intelligi c. fraternitatis. s̄. eo. nā ibi non fit mētio de aliqua ꝓbatione triēnij. Qñq; signa sunt ꝓbabiliter dubia, & tūc si impedimētū, quod allegatur, est maleficij. & hic dicendū, ꝙ aut hoc præcessit ma. separat matrimoniū: ꝓbatur tñ cū iuramētis ꝓpinquorū, & aspectu mulieris, & vltra hoc exigitur ꝓbatio triēnij in tali maleficio, si subsecutū est: & iō in dubio p̄sumitur ꝓcessisse, vt dixi s̄. c. fraternitatis. & hic seq̄ēdo verā opi. nā opi. sunt, an ꝑ ꝑ maleficiū separetur, vt s̄. dixi. Aut est impedimentū frigiditatis: & tunc aut diu cohabitauerunt, & mulier est cognita aliās, & non pōt separari, vt no. s̄. c. j. & imputandū est, si tādiu tacuit. & hoc maxime ꝓcedit, qñ gerebat se ꝓ virgine, q̄a si alleget se ab alio corruptā, allegat turpitudinē suā, vt c. inter dilectos. tñ ista rō est bona, q̄a in casu matrimoniali cū tractet de periculo aīę, & gña-
a liter vbi imminet periculū aīę, auditur allegās turpitudinē suā [a], gl. in c. ex tenore. de testib. in c. constitutus. de transac. & in c. inter dilectos. sed hic immineret periculū fornicationis, ex quo ex matri. nō consequitur debitū: nā ferrū est, q̇d amāt, vt inq̄t Iuuenalis. Aut mulier est virgo, vel modicū cohabitauit: & qñ modicū vel dijudicatur, dic vt in d. c. j. & tunc dicit D. Ant. distinguendā ętatē. Aut sunt in plena ętate 18. an. & sufficiunt iuramēta ꝓpinquorū, & ipsorū coniugū s̄m formā c. laudabilē. s̄. eo. tit. nec exigitur ꝓbatio triennij. Aut sunt ꝓximi ætate: & tunc inquātū distent a 18. an. intantū tp̄s exigitur inter eos probatio: vt si distāt per trienniū, exigitur trienniū: si biēniū, bienniū: si anno, annus: si mense, mēsis. quod declara & proba, prout dixi in c. laudabilē. Qñq; nullū apparet signū, q̄a vir hēt lanceā rectā & aptā: & q̇dā dicunt, ꝙ separabitur, si mulier iurat se incognitā cum 7. consanguineis. alleg. 32. q. j. c. 2. dicunt Doct. s̄. c. laudabilē. & tunc vir interrogabitur, & si iuret ꝙ eā cognouit, creditur ei, qñ est vidua & cognita: vel si iuret ꝙ eā non possit cognoscere, sustinere deberet, ꝙ mulieres hoc inspiciant tp̄e coitus: certa enim signa sunt
b in mulieribus, qñ dicuntur cognitæ [b]. & si mulieres referant, ꝙ nihil fecit, poterit separari. Qñq; allegatur impedimentū mulieris, s. arctationis non euidentis: & tūc aut mulier est irreparabilis humano opere absq; miraculo & absq; mortis periculo: & tunc separatur matri. cū iuramentis propinquorū. aut est reparabilis opere medicorū vel humano, & non separatur. q. cq. d tñ dicatur pendente dubio, si appareat reparata, & ab alio cognita, matri. primū est integrandū, q̄a veritas ōndit ipsam humano opere reparatā. hoc aūt non ꝓcedit in maleficio, q̄a dato ꝙ ab illo sit cognita, ꝓ hoc non apparet ꝙ sit cognoscibilis quo ad virū, iō matri. non integratur, q̄a hoc impedimentū est ad certā personam restrictibile, vt dixi s̄. proximo. quod non est in frigiditate. Hæc vera, qñ reparata est opere medicorū: si per copulam alterius, & tunc si statim apparet apta primo viro, & hoc constat, restituenda est: si statim apparet ꝙ non est apta, restituitur statim, sed expectantur aliæ copulæ: si aliās efficitur apta primo, reintegratur primo matri. nec puto, ꝙ tunc possit repelli exceptione adulterij, donec deueniat ad copulā, per quā efficitur apta post illam, sciēter patiens posset a primo viro repelli exceptione adulterij, s̄. eo. c. fraternitatis. & dicite vt ibi dixi. Si est dubiū, in dubio eo ꝙ est cognita a secundo viro, debet restitui primo: & si tunc nō appareat apta primo viro, quid faciēdū, dixi in d. c. fraternitatis. Qñq; petitur separatio ex iusta causa, vt quia dr̄ virū habere mēbru improportionabile mulieri, & pōt separari cum solēnitate, de qua s̄. c. fraternitatis. cum distinctione, aut mulier iam receperat dilationem in oībus membris, puta quia peruenit ad ætatem 15. an. vel 16. & tunc separabitur cum solennitate, de qua ibi, nec expectabitur aliud tēpus: & si propter hoc sit reparata, & ab alio cognita, dicunt Doct. in c. fraternitatis. ꝙ non restituetur primo viro, quia secundus in lancea non præsumitur similis primo. si vero non peruenit ad ætatem, quia non recipit dilationem mēbrorū: & tunc non est separanda, nisi probetur triennio, vel tanto tēpore, ꝙ deueniat ad plenam ætatē: & si sit separata, et postmodū cognoscatur ab alio, restituēda est primo viro, q̄a apparet ꝙ s̄nia diuortij fuit errore lata. Consiliū est, ꝙ iudex laboret plus in abundando probationibus, q̄ in deficiendo, per c. fraternitatis. ad fi. s̄. eo. et dicit glo. hic, et Doct. s̄. c. j. vltra hoc si vir habet pollutionem dormiendo, est signum quòd non est frigidus.

ADDITIONES.

a ¶Turpitudinem suam. Et adde, s. denunciando, Inno. in c. tertio loco. in glo. in ver. proponebat. el 2. de præsump. & Bal. in marga. allegans ver. j. & Io. An. in c. consanguinei. de re iudi. de hoc tamen vide Bar. & Alex in l. iurisiur. §. procurator. in 5 col. ver. & pro huius declaratione. vbi ponit magistralem dist. & plenam, ff. de iureiur. & in l. transactione, C. de transa. in l. si seruus. §. j. in fi. vbi simpliciter se remittit, ff. de leg. j. & Bal. in l. si creditoribus. in ver. modo hic general. ter. C. de ser. pig. da. ma. in Spec. de recu. §. effectus. ver. sed nunquid excommunicatio.

b ¶Cognitæ. Sicut etiam per inspectionem lintheaminis probatur virginitas vxoris, glo. est no. & sing. 33. q. 5. & imago. & Alex. in l. item apud. §. si quis virginem. de iniur.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Rubrica.

Continuatur, quia post alia impedimenta matri. quæ impediunt & dirimunt, sunt alia impedimenta, quæ non impediunt nec dirimunt, sicut est impedimentũ interdicti: ideo ponitur hęc rubr. ſm Dama. Gof. & Host. aliter continuant, quia interdictũ fit ex causa perpetua, quandoq; ex tẽporali, & aliquando separatur ad tps, & aliquando in perpetuũ. & in hoc simile est impedimẽto, de quo in rubr. præce. ponitur: ideo subijcitur ista rubri. de interdicto Papæ, quod dr̃ interdictum hominis: & de interdicto iure: & de interdicto inferiore a Papa dixi in c. ad dissoluendum. s. de despon. impu. Et quid de alijs sacramentis contra interdictũ Papę & preceptũ, vide in cle. vna, de rerũ permu. & in cle. j. de concesſ. pręben. & ibi de alijs dispositionibus contra mandatũ Papę. & vide in c. 2. de in inte. rest. & Inno. in c. quanto. de consue. in c. dilectus. de præben. maxime per Inn. & de materia rubricæ habetur 33. q. 4. c. non oportet. & tribus c. sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non est dirimendum propter solum interdictum.*

2 *Publica honestas non præcedentia sed sequentia matrimonia impedit & dirimit.*

3 *Cautela pro sponso, qui vult impedire sponsam, ne cum alio contrahat. Sponsalia sine causa solui non debent.*

CAP. I.



Iteræ. Matri. contractum contra interdictum ecclesiæ vel iudicis propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen sic ꝯhentibus pęnitentia, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. h. d. totus titulus ſm Io. An. Cõis
1 diuisio. Secunda ibi, mandamus. † Et no. ꝙ dicit propter hoc solum &c. secus si esset aliud impedimentum, puta consanguinitas, vt in c. fi. vel aliud impedimentũ perpetuũ: quia tunc propter ipsum interdictum, seu propter ipsum impedimẽtum dirimitur matrimonium, vt dico j. in c. fi. in primo no. ibi, alijs. etiam tene menti, quia tantum sacramentũ non est dirimẽdum ꝑꝑ solum interdictum. No. primo, ꝙ quis põt se obligare ad ꝯtum matrimonij pro sorore, vide glo. in c. ex literis. 2. s. de sponsa. & sic simpliciter iurando & permittendo in materia ea, quòd cõtrahet matrimonium, vr̃ promittere se facturum & cu-
2 raturum [a], ꝙ illa ꝯheret, pro qua promisit. facit glo. no. in c. sicut. de sponsa. Et no. ꝙ ex tali contractu soror non obligatur, nisi sit præsens, & expresse consentiat. vide quod dixi de spon. in c. tuæ. aliud vide in c. ex parte. de resti. spol. Et differentia inter patrem contrahentem nomine filiæ & eius præsentia, & alios consanguineos dixi in c. tuæ. de spon. Et no. ꝙ iure canonico quis cogitur ex iuramento, & obligatur, c. quotiens. j. q. 7. & habetur in c. cum venissent. de institutionibus. in c. j. de pac. No. per aliũ actũ a copula, ex quo ẽt intelligitur tacitus consensus in coniuge, vt per receptionem denariorum, vel per amplexus non transeunt spon. in matri. c. fi. de spon. & non iudex inquirit, an maritus aliquã aliam cognouerit: sed fit inquisitio per presbyterum parochianum, de qua vir est oriundus: & hoc, quia in vicinia præsumitur melius sciri, vt dixi in c. præce. in no. in prin. Et sic patet, ꝙ in causa matri. iudex ex pluribus supplet ex officio, quando agitur ad diuortium. pro hoc quod no. de iureiuran. c. ad nostrã. per Inno. in c. cum olim nobis. de elec. No. ꝙ consuetudo terræ seruanda est in matri. ſm Host. quod est verum, nisi sit cõtra substantiã ma. dixi in c. j. s. de spon. facit C. de test. l. testamenta. & s. de insti. c. cum venissent. xi. dist. c. consuetudinis. No. quarto ex solo interdicto hominis ma. post contractũ non redditur nullũ, sed põt propter contemptum imponi pęnitentia, & de hac curare non dẽt iudex, s. de maio. & obed. c. cũ ecclesijs. in fi. de quo in gl. pe. Et no. Host. literã hic in eo, quod dicit, mulier nõ debuit spernere mãdata iudicis, est grauis excessus: de quo hic in gl. vlt. excessit ẽt mulier in alijs, vt dicit illa gl. vnde multiplex pęna dẽt sibi imponi, de re iudi. c. j. li. 6. Opponitur, ꝙ nõ potuit frater ꝯhere sponsalia pro sorore: nã speciale est in patre, vt hoc possit, ff. de spon. l. sed q̃ patris. & in l. seq. C. de nup. l. viduæ. c. vno, de despon. impu. li. 6. hic ꝯxit frater ꝓ sorore p̃nte & consentiente ore & corde, ſm Gof. & eodẽ mõ intellexit Inno. sic dicens, ꝙ poterat ꝯhere sponsalia per fratrẽ sicut per aliũ ꝓcuratorem, nec per fratrẽ ꝯherentur, nisi soror specialiter & expresse consentiret. & speciale est ergo in patre, vt noĩe filiæ p̃sentis & non ꝯdicentis possit ꝯhere spõsa. vt in iuribus s. dictis. in tutore aũt secus, ff. de spon. l. si puellæ. C. de spon. l. si pater. Nec ob. s. de spõ. c. cũ ad id. nã ibi interuenit carnalis copula, aliter non iudicaretur mat. ſm Inn. & ibi de interdicto, hic aũt ꝯdicit. & ꝙ tacitus cõsensus, dũmodo probari posset, facit mat. per id quod no. s. de spon. c. cum ad id. & c. tuæ. ex quo ętatẽ hẽt mulier, consensus suus attẽditur, s. de despon. impu. c. j. ex quo igitur ſm ipsum soror patris est, nõ req̃ritur de necessitate consensus eius, imò ex quo nõ ꝯdicit, ꝑsumitur consentire, l. qui patitur. ff. man. Si enim expresse cõsensisset, haberent verba sequentia, q̃ probant tacitum consensum. vide hoc vt dixi in c. tuæ. s. de spon. & c. j. s. de despon. impu. vbi tenet Inno. s. dictũ. & Io. An. idẽ vult, si ponderat tex. in c. vnico, de despon. impu. li. 6. Opponitur secũdo, ꝙ debuerit stari primis sponsalibus, quia per consensum sequentẽ ex muneribus & amplexu transiuerunt in matri. de despõ. impu. c. j. li. 6. Io. An. soluit, ꝙ ꝯrium procedit in sponsalibus de p̃senti, ꝑꝑ ætatis defectũ, q̃ iuris interpretatione finguntur de futuro. Sed si a pubere ꝯhuntur mere sponsalia de futuro, illa per amplexus vel oscula non transeunt in matri. de p̃nti: imò nec per nixũ ad copulam, quod plus est, s. de spon. c. si. per hoc quod no. s. de despon. impu. c. attestationes. Opponitur tertio & vlti. ꝙ debuerit stari secundis spõsalibus, q̃ fuerunt de p̃nti, vt innuitur in verbo, desponsari &c.
2 † Soluit Io. An. ꝙ hæc sponsalia non tenuerunt obstante publica honestate: honestas aũt surgens ex sponsalibus nõ dissoluit prima, quia publica honestas non ꝑcedentia sed sequentia matrimonia impedit & dirimit, c. vno, de spon. li. 6. Venio ad glo. gl. j. est expositiua, glo. 2. opponit, & vr̃, ꝙ frater non teneatur ex hac obligatione, quia promisit factũ alienũ, vt in iuribus gl. Sol. glo. ꝙ in dubio vr̃ promisisse se facturũ & curaturũ. In glo. ibi, l. vlti. in sponsalibus ꝯhendis parum refert per se, vel per nunciũ, vel per procuratorem, vel epistolam, an per alium a te hoc factum.
3 vide de spon. c. ex literis. el 2. † In glo. in verbo, prohibuisse. no. ſm Panor. ꝙ dat glo. iuncto tex. vnũ remediũ proditum sponso, si dubitat ne sponsa contrahat matrimo. cum alio, vt imploret officiũ iudicis, quatenus sub pœna excõicationis interdicat spõsæ, ne contrahat cum alio matrimo. Et ex hac glo. iuncto tex. no. ꝙ vbi non interuenit iuramentum, non licet sponsæ resilire a sponsalibus sine causa: quod etiã sentit gl. fi. nam hæc sponsa nõ iurauit, sed frater. Glo. in ver. si a tertia. & no. ex princi. glo. ꝙ licẽt matrimonium non debet contrahi contra interdictum ecclesiæ, contractum tenet, nec separatur: vnde præcipitur mulieri, ꝙ reuertatur ad tertium virum, cũ quo contraxit, s. de despon. impube. c. duo pueri. non enim ad interdictum ecclesiæ tantum sacramentum dissolui debet, c. proximo. Et in fi. glo. de hoc habetur in Specu. de iurisdi. om. iudi. in fi. & ibi in additione vlti. Glo. fi. quærit & respõdet, no. ex ea ꝙ de multiplici excessu multiplex debet pœna imponi, supra de iudi. capit. at si clerici. de re iudi. cap. j. lib. 6. & forte pœnitentiam dignam trium annorum, secundùm Tancre. & Ioan. And.


ADDITIO.

a ¶Curaturum. Et quòd cum hac clausula semper in dubio præsumatur facta, adde Bal. in l. fi. in pe. col. ver. sed pone. C. de spõ. & tenet Bal. in l. fi. in j. col. in fi. in ver. item quando iuratur. supra de non nu. pecu. & adde, ꝙ idem super spiritualibus, ſm But & Abb. in c. ex literis. el 2. in j. nota. supra de spon. & D. Mansuetus de Peru. in l. inter stipulantem. in prin. de verb. obli. item promittens dare filiam in vxorem Titij, intelligitur promittere ꝙ curabit iuxta posse, d. c. ex literis. 2. de spon. & ibi Abb. & Saly. in l. fi. C. de non nume. pecu.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus an habeat iurisdictionem in subditos suffraganeos.*

CAP. II.



X literis. Statutum est s. in c. proxi. Et duæ sunt partes. Primo narrat factum. Secundo diffiniendo cõmittit. secunda ibi, mandamus. In tex. ibi, absentem. supple quæ postea cõsensit. No. primo patrem posse contrahere matrimo. pro filia absente. dic vt in gl. No. 2. ꝙ iudex ex officio debet prouidere, quando aliquo modo percipit, quod coniunctus vel coniuncta alteri, vel per fidem de futuro matrimo. vel de præsenti tractant se mutuo amore, secũdum Hostien. No. tertio, quod potest iudex ex officio lite pendente prohibere, arctando partes sub excommunicationis pęna, siue pendeat prima lis, siue pendeat lis per appellationem: & iudex, a quo appellatum est, potest facere ea quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ appellationis: concor. c. cum teneamur. de appel. cum ibi no. c. ab eo. supra de sequest. possess. & fruc. de hoc in glo. in ver. distinctus. No. quarto de prohibitione sub interminatione anathematis. vide hic glo. quæ remittit ad loca sua. & vide de sagi. capit. vno. No. quinto, quod matrimonium sponsalia de futuro cum alio quàm cum sponso vt fortius vinculum, tollit, quàmquàm sit contra præceptum iudicis contractum. Et sic solum iudicis interdictum non soluit matrimo. ad hoc supra de desponsatione impuberum. capitu. ad dissoluendum. Quid de alijs actibus a matrimo. an teneant post interdictum

dictum hominis:tex.& glo.in c.2.ſ.de in integ.reſt.vide per Inn. ſ.de conſuetudine.c.quanto.& dedi alias remiſſiones ſ. in rubr. noſtra. Vlti.no.ꝙ valeat ſnia lata ſuper ꝯdõne. de hoc in glo. pe.
1 hic:& dic vt habetur ſ.de appel.c.præterea.el 2.†Oppo.ꝙ nõ potuerit hęc cauſa agitari coram archiepo,niſi per appellationem: qa archiepiſcopus non hẽt iuriſdictionem in ſubditos ſuffraga-
a neorum [a], ſ.de offi.or.c.paſtoralis.in prin.Solu.Io.An. ꝙ hic loquitur de archiepo Camarienſi,qui eſt legatus:& ſic per ſimplicem querelã põt adiri,c.j.ſ.de offi.lega. Oppo.2. nã dr̃,ꝙ hic fuit ꝓhibitũ iſti ne ꝯheret,& tñ aliã in facie eccleſiæ duxit: nõ enim debuit hoc ſibi permitti,cũ id,quod facit,ſit ſibi interdictũ:vnde iudex eccleſiaſticus dẽt ſeruari in alia diœceſi, ſ.de offi.ordi.c.ad reprimendũ.c.j.de rap.facit c.fi.de foro cõpe.li.6.& gl. in l.ex ea. ff.de poſtulando.c.fi.de excep.li.6.Hoſt.ſol.dicit,ꝙ potuit capellanus alterius eccleſiæ ignorare de iſta ꝓhibitione, ſed forte nõ fuit aliquis,qui accuſaret,iuxta c.fi. qui ma. ac. poſ. Sed dic,ꝙ in hoc modo differunt, qa licet ſi capellanus ſciuerit, debuerit ꝓhibere,tñ ex quo nõ prohibuit,potuit ꝯhi in facie eccleſiæ. dico in c.fi.qui ma.accu.poſ.facit ẽt c.fi.ſ.de clande.deſpon.Venio ad g'o.glo.j.opponit & ſoluit. & no. illam, ꝙ inter abſentes ꝯhuntur ſponſalia. Glo.4. opponit, nam per dilationem appellationi deuoluitur iuriſdictio ad ſuperiorem, c. cum appellationibus. de appel.lib.6.glo.vr̃ velle,ꝙ ordinarius hic poſſit, ſ.interdicere, ne appellans faciat id, ꝑꝑ quod appellauit: licèt non poſſit de principali cognoſcere.In fi.glo.Inno.dicit ſpeciale propter animarum periculum & fauorem matri.& generaliter tam ordinarius q̃ delegatus põt interdicere hoc caſu,aliàs ſecus:no.de app. in c.cũ teneamur. refert tñ alios dicere, ꝙ hoc caſu põt ordinarius nõ delegatus,eſt ar.ſ.de appel. c.cum teneamur. illud tamẽ plures habet intellectus.ꝓ hoc facit de appel.c.ſæpe.in eo quod iudex,qui detulit appellationi,præfigit terminum appellanti. & de hoc facit c.cum appel.de ap.lib.6.dicit Car.ꝙ in caſu huius c. hoc interdictum põt facere delegatus in ipſa delatione appellationis:nam poſt ex interuallo non vr̃ hoc poſſe,per d.c.cum appellationibus. Bu. autẽ tenet indiſtincte,ꝙ iudex a quo,põt tendentia in faciliorem exitum appellationis,dummodo non attingant cognitionem negocij principalis: ſed tendentia in præiudicium appellationis non poteſt.& pro eius dicto facit c.fi.ſ.de ſeq.poſ.& fruc.& hoc ęquius videtur propter faciliorem finem, argu. c. fi. de dolo & contu. quaſi pendente cognitione articuli appellationis quo ad hoc duret iuriſdictio iudicis a quo. Penultima glo.colligit dictum,opponit,& ſoluit:in fi. dic vt de appel. c.præterea. el 2. c. Romana. §.caueant. de ſen.excom.lib.6.Glo. vltima colligit no. & reddit rationem literæ. & facit ad id quod dico in c.ſe.in ſummario,& in ſecundo no. &c.

ADDITIO.

a ¶Suffraganeorum. Dic verum,niſi in certis caſibus, prout per Specu. in tit. de inſtru.edi.§.nunc vero aliqua.ver.item nunquid archiepiſcopus.& d.c.paſtoralis.alleg.in tex.& niſi in eos,qui impediunt ipſius iuriſdictionem,vt c.j. de pœnis. in 6. & adde, archiepiſcopus poteſt punire ſubditos ſuffraganeorum ſuorum,ſecundũ Abb.in c.ex parte.de inſti. & Bal.in margar. archiepiſcopus de notorijs cum viſitat prouinciam,vt c.j. §.notorio. de cenſi. in 6. & Cardi. in clemen.j.de priui.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata ad tempus an tollatur tempore, an vero ſit neceſſaria abſolutio.*
2 *Papa in dubio præſumitur velle vti poteſtate ordinaria.*

CAP. III.

De muliere. Breue eſt, & ſummatũ eſt ſ. in c. j. per Io.An. ſed illa ſummatio recte non concludit ad c.ideo põt ſic ſummari.Coniuges, de quibus dubitatur, an impediti ſint conſanguinitate vel alio perpetuo impedimento,cõtra interdictum eccleſiæ coniuncti excõicantur, donec ſeparantur adinuicem,& cognoſcatur de ipſo impedimento,an ſit perpetuum vel temporale.Et eſt huius pars ſ.de ſpon.c.de muliere. In tex.ibi,conſanguinitate.ſupple vel aliquo impedimento canonico,de clan.deſpon. c. cum inhibitio.ſm Hoſt.In tex.ibi,receperunt.ſiue primũ matri. contrahendo,ſiue continuando.In tex.ibi, ſtari. probato impedimento perpetuo. No.ꝙ conſanguinei non debẽt inſimul cõtrahere matri.& vſq; ad quẽ gradum,habetur in c.non debet.de conſan.& affi.& quando ſint excõicati ipſo iure, ſi contrahunt, cle.vnica,de conſan.& affi.Et aduerte,inquantũ Doct.tranſeunt cum ſummario dato in c.j.ſ.eo.tamen quatenus hic loquitur de interdicto facto propter conſanguinitatem, non procederet in eo quod dicit,ꝙ matri.contractũ contra interdictũ eccleſiæ non dirimitur: tamen propter conſanguinitatem, vel aliud impedimentum perpetuum dirimitur,vt in c.non debet. præall. & cle. vna,præall.Et vide quod ſ.dixi poſt ſummariũ Io.An.facit quod no.glo.fi.in c.præce.facit c.tuas.de.ſpon.du.vbi mat.ꝯctum contra interdictũ eccleſiæ eſt nullũ,non ꝑꝑ ipſum interdictum, ſed ꝑꝑ perpetuum impedimentũ alterius ma.de præſenti,licet non conſummati. No.2.effectũ iudicis lite pẽdente,ꝙ inhibeat ꝯctũ, & coniuncti ſunt ſeparãdi per excõicationẽ, donec cognoſcitur an ſubſit impedimẽtũ,de quo opponit. Vltimo no.quaſi caſum, in quo excõicatio tollitur ſine alia abſolutione.de quo in glo.in verbo,donec.& ibi dico.Oppo.in eo quod iſti ſeparantur:nõ eſt enim ferenda ſnia,anteq̃ ſit cognitũ de cã,ſ.de conſti.c.eccleſia. de cã poſ.c.j.Sol.Io.An.ꝙ non ſeparantur per ſnĩam diffinitiuã, ſed per conceptũ iudicis ſeparari debẽt ad tp̃s,donec conſtiterit an debeant ſimul reuerti,vel an debeant perpetuo ſeparari.Gl.j.
1 colligit vnũ dictũ ex tex.† Gl.2.quęrit & rñdet.Et no.gl.q̃ vult,ꝙ excõicatio lata ad tp̃s tp̃e tollatur.ꝯ facit glo.in verbo,donec. in cle.j.de decimis.in fi.glo.cũ dicit,tutius &c.dicit Hoſt.& Io.An. poſt eũ,ꝙ imò eſt neceſſaria abſolutio,de ſen.excõ. c. cũ deſideres.& c.a nobis.§.forma.eo.tit. Sed de ſnĩa interdicti vel ſuſpenſionis puta,ſecus.Primo ꝙ hęc cautela non ſit neceſſaria,i.ꝙ fiat abſolutio, ꝙ in eo ex relaxatione non ſeruatur forma ſolennis, ſed ſufficit dicere,relaxo interdictũ,vel abſoluo te.Et remittit ſ. de teſti.c.veniens.2.ad fi.& dicit Io.An.addendum eſſe id, quod ipſe no.de æta.& quali.cum bonæ.& pro iſta drĩa inter excõicationẽ & interdictũ,vel ſuſpenſionẽ,glo.in præalle.cle.in ver.donec.& ſ.c.non eſt.de ſpon.facit c.præſenti.in verbo, quouſq;.de offi.ord.li.6.& in cle. hi qui.de æta. & quali. & ex eo quod dictũ eſt, ꝙ in excõicatione neceſſaria eſt forma &c. Infert Bu. hic, ꝙ in ſen.excõ.lata a Papa, cuius verba non ſunt ſubiecta formis & iuris diſpoſitionis, ꝙ lapſo tp̃e quis eſſet abſolutus, cle. ſi ſummus Pontifex.de ſen.excõ.quod putat verũ,& bene,ſi conſtaret
2 de voluntate eius,vt in d.cle.ſi ſummus.† Sed in dubio pręſumitur velle vti ptãte ordinaria,vt no.in c.ꝓpoſuit.de conceſ.pben. l.digna vox. C.de leg. iõ vr̃ voluiſſe Papa, ꝙ forma eccleſiæ ſeruata tollatur excõicatio.& idem eſt in Papa, quod in alijs, vt D. Ant.hic,& Panor.dicunt. Gl. vlt.oppo. & ſoluit in fi.gl.magnã, in d.c.tua.& quæ ibi ſcripſi circa intellectum iſtius tit.

Qui filij ſint legitimi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus vel illegitimus in dubio an quis præſumatur.*
2 *Legitimantur filij duobus modis principaliter.*

Continuatur hæc rubri.ad præcedentẽ.Apparente impedimẽto filij ſuſcepti ex ma. ꝯcto ꝯ interdictũ eccleſiæ, illegitimi ſunt, iõ poſt ꝑcedentem rubricã ponitur iſta. Vel ſic.Eſt viſum generaliter de impedimentis ma. quia ex illis qñq; ma. tenet,& filij ſint legitimi:qñq; tñ impeditur mat. ꝙ non teneat, & tunc filij ſint illegitimi:iõ vt ſciatur generaliter,qui ſint legitimi,& qui illegitimi,ſubijcitur hæc rubri.de cuius mã habetur 27.diſt. c. deinde. 34.diſt.c.ſi quis viduã.15.q.vlti.c.cũ muliere.32.q.4. c.dicat.& c.fi. 37.q.7.c.vno.cõuenit huic rubricæ c.tua.de or.cog.& c. per tuas. ſ.de probat.c.acceſſit.ſ.de deſpon.impu.& de clande.deſpon. c. cũ inhibitio. Oppo. ꝙ non dẽt imputari filijs illegitimis delictũ parentum,6.diſt.c.ſatis peruerſum.ſ.de conſti.c.2. Solu. filij nati ex illegitimo complexu inhabilitantur non in pęnam ſuam,ſed vt in eis puniatur incontinentia paterna,16.q.vlti. c.cum multæ. de renun.c.niſi.§.perſonæ.Affliguntur enim patres per pœnam
1 filiorum,l.iſti quidem. ff. quod me. cauſa. † Quæro, an in dubio quis præſumatur legitimus vel illegitimus. Io.An. in c.veniens. ſ.de presby.non bapti.inducit illum tex. ꝙ ſic, no. 2.q.7.in ſum. ꝙ videlicet præſumatur legitimus.facit ſ.de ſcruti. in or. faciẽ.c. vno.& c.abbate.de verb.ſig.In ꝯrium arguitur,quia non pſumitur matri.niſi probetur,30.q.5.c.aliter.& c.noſtrates.ergo nec legitimus, niſi probetur vt hoc pateat. Diſtingue poſt Io. An. aut quis eſt diffamatus, quia illegitimus, & nihil aliud probatur: & tunc debet ſe purgare,de purga.cano.c.accedens.ſi autẽ non eſt infamatus,& ſemper vixerit,& habitus ſit pro legitimo,& iudicari debet,niſi ꝯrium oſtẽdatur,c.tranſmiſſæ. & c.peruenit. j. eo. tit.Et in foro conſcientiæ relinqui dẽt ſuæ conſcientiæ,c.mulieri.ſ.de iureiu.& c.inquiſitioni.de ſen. excõ. & Hoſt. remittit ad ſum.de clande.deſpon.§.quã pęnam. ver.& in cõſpectu. & facit
2 quod no.in Spec.de ſpon.in fi. † Vltimo ſuper hac rubri. quæro,
b quot modis legitimẽtur filij.[b] Dic,duobus modis principaliter.
Modus

ADDITIO.

a ¶Filij.Qualiter autem fiat legitimatio,vbi,& quando,& quæ ſit forma,vide per Bal.in l.fi.C.de bo.quæ libe.& in rep.& in l.j. C.de iure aur. ann. & in Spec. qui filij ſint legi.valet,reſtituo te natalibus, & omnibus priuilegijs iuris naturalis,& remoueo obſtaculum iuris ciuilis. non autem ſic valet, Facio te legitimum,Bal.vbi ſupra & de legitimationis materia vide plenè per Do.Alex. conſi.87.ſecunda parte.

Modus primus per matri. alius extra mat. si per matrimo. & hoc primũ per verũ subsequens matrimoniũ, de quo iura cõmuniter loquuntur. secundo per matrimo. putatiuum, de quo loquitur c. quòd nobis. ibi eo. tit. 3. per matrimo. præsumptum, de quo loquitur l. si quis tit. C. de natu. lib. extra matrimo. Alijs modis quis legitimatur, de quibus modis dico in c. per tuas. & in c. per venerabilem. eo. tit. & multa, quæ possent ad istam rubricam dici, videas in processu tit. & præcipue in c. per venerabilem. vbi multa sunt circa materiam legitimationis. pono etiam in c. tanta. & in c. per tuas. & ibi in alijs c. huius tit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest agere tanquàm coniuncta persona, & literas impetrare: & econtra vxor potest agere pro marito.*

2 *Filij legitimantur per subsequens matrimonium, etiam quo ad finem hæreditandi quo ad successionem paternam.*

3 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de legitimatione inter laicos, cum venit accessorie ad causam matrimonialem, etiam si contentio sit propter hæreditatem temporalem. & quando. nu. 5.*

4 *Practica sententiæ super legitimatione quando quis apparet legitimus.*

6 *Iudex ecclesiasticus cognoscit de dote principaliter.*

CAP. I.



Onquestus. Naturalis ex soluto genitus & soluta legitimatur per subsequens parentũ coniugiũ. Et duo facit. Primo ponit impetrantis querelã, Secundo causæ cõmissionẽ. secunda ibi, ideoq;.
9 Plautius.¶†Quæro 7.quid si vnus petat aliquẽ pronunciari illegitimnm, & ꝓbet se legitimũ, & sic pronunciatur, deinde alius petit ꝙ pronuncietur illegitimus, & sic pronunciatur.dicit Inn. ꝙ vtraque sententia valet inter eos, inter quos lata est: nec est cõtra res prius iudicatas, cũ aliæ sunt personæ in secũda cã q̃ in prima, ff.de excep.rei iud.l.& an eadem.Si autem eędem personę, secunda non tenet.de quo dic, vt de re iud.c.inter.& generaliter dicit Inn. ꝙ siue quis se petat pronunciari legitimum, siue alius petat, quod pronuncietur illegitimus, quomodocunque sententia feratur etiam præsente eo, qui pronunciatur illegitimus, nec appellante, tñ sententia non obest ei, nisi cõtra eos qui fuerunt in

ADDITIONES.

a ¶Vel defensorem. Quomodo contra defensorem sententia formetur, vide Bar. in l.solutionem, in fi.col. in ver.qualiter.ff.de solu.& in l.j.in vlt.col.ver.quæro quid in defensore.C.de sen.& Inn.in c.cum super.in 3 col.de re iu.ꝙ forma est, condemno talem defensorem talis defensorio nomine. & eo modo debet libellus concipi, secundum Bartol.ibi.

b ¶In causa matrimoniali. Adde Spe.in tit. qui ma.ac.pos.

in iudicio:vnde cõtra alios ſi petat hæreditatẽ; nõ obſtabit exce
10 ptio rei iudi.† quia ſententia nõ præiudicat regulariter, niſi illis
a inter quos lata eſt[a],ff.de exce. rei iud.l.ſi a te. & l.q̃ritur.& l.pe-
nul.& c.cũ ſuper.de re iudi.& idem dicit Inn.ſi inſtrumẽtum ꝓ-
nunciatum eſt falſum Petro agente,& poſtea alio agente produ
catur iſtud idẽ inſtrumentum,nõ præiudicabit prima ſentẽtia in
ter alios lata,d.l.ſi a te.& l.ſequenti. & eſt caſus ſm Car. licet nõ
allegent ſcribentes, C. de fide inſtru.l.2. & de hoc per Bal. C.de
peti.hære.l.fi.in fin.latius tñ hic But.loquitur,& dicit,ſi id quod
inſtrumento vel teſtamento cõprehenditur,continet principali
ter & cõmodum vnius & cõmodum alterius,in conſequẽtiã ſen
tentia lata contra principales prodeſt & nocet illis,qui ꝓhũt ius
ſuum ab alio inſtrumento vel teſtamento,ff.de inoffi.teſta.l.Pa-
pinianus.§.ſi ex cauſa.l.j.ff. de exceptione rei iudi. & l.2.nõ autẽ
alijs prodeſt,vel nocet. Si autem ſententia ſit lata pro inſtrumẽ-
to vel teſtamẽto, ex quibus pluribus cauſetur ius æque principa
liter:& tunc habet locum res inter alios acta,ſm Inn. hic. & idẽ
ſm But.quãdo eſſet lata ſententia cõtra illum,ad quẽ in cõſequẽ
tiam trahitur ius teſtamẽto vel inſtrumẽto.Io.An.allegat hic de
re iudi.in c.cum ſuper.& c.quãuis. vbi ponit quoſdam caſus ex-
ceptos,quos hic ponit Inn.ſed reſponde ad l.qui aliena. ſm Car
di.quod ibi prodeſt & præiudicat alijs ſententia, quia lata ſuper
re indiuidua.de quo dic vt plene no.in d.c.penul.de re iud.regu
lariter ergo ſententia nõ valet quo ad alios,vt ibi ſm Inn. ¶ Sed
fallit ſm eum,ſi agitur per viã denũciationis,vel in modũ actio-
nis vel exceptionis cõtra electionẽ,vt no.de elec.c. cum dilecti.
& c.fi.in eo.tit.li.6.Et in cauſa inquiſitionis, de colluſione dete-
gen.c.fi.de procur.c.ex tuarum.tñ quando inquiritur de viribus
electionis,debent vocari omnes, quos res tangit,& niſi vocen-
tur,vel etiã ignorẽtur,ſubuenitur eis de facili, s̃. de teſtibus.c.cũ
olim.& C.de bonis vacã.l.fi.§.fi.& l.ſeq.& not.in c.penul.de re
iud.¶Itẽ fallit in querela inofficioſi teſtamẽti, vt ĩ l. Papinianus.
§.ſi ex cauſa priuilegiata.itẽ in cauſa ingenuitatis ex ſeruitute,ff.
de ſta.ho.l. ingenuũ. ſecus ſi ageretur cã ingenuitatis ex liberta-
te,vt q̃a diceret ſe ingenuũ ex libertinitate, ff.ſi quis ingen. eſſe
dicatur.l.j.& l.patronũ.ſic allegat Inno. vult allegare l.ingenuũ,
vbi hoc no.gl.ſm Car.ſed hoc nõ cõiter tenetur in l.j. ff.de nata
libus reſtituẽ.ſm Bu.hic. ¶Item fallit in criminali cã quo ad pu-
blicam cauſam ſm Inno.ff.de præuarica.l.de præuaricationis.ff.
de accu.l.ſi cui.& j.de accu.de his.& ratio,q̃a ius agendi non re-
ſtringitur ad ius priuatũ,ſed publicum,ideo ius cuiuſlibet de po
pulo videtur in iudicium deductum,cum ius non ſit reſtringibi
le ad perſonã in iudicio agentẽ.& per hoc patet rñſio ad multos
ſpeciales,vt in popularibus actionibus, ff. de popularibus act. l.
cum quia.Et in crimine adulterij,ff.de adul.l.denunciaſſe.§.quæ
ritur.Et in appellationibus,de appel.c.pen.ſm Inn. dic vt ibi.itẽ
in ſeruitutibus,ff.ſi ſeruitus vẽdicetur.l.loci.§.ſi fundum.de quo
dic vt no.in d.c.penul.de re iud.item in ſingularibus & vniuerſa
libus ſucceſſionibus,ff.de exce.rei iud.l.ſi a te.& l.& an eadẽ.ſm
Inn.& de his caſibus no.per gl.& ibi per Io.An.in c.penul.de re
iud.& per Azo.in ſum.C.quibus res iud.non obeſt. & C.res in-
ter alios acta.& cum his trãſit hic Car.& Bu. remittit,quãdo agi
tur ſuper cauſa publica.ad not.in c.de his.de accuſa.& de cã po-
pulari remittit ad capitulum,cum dilecti. de elec. ſi autẽ feratur
ſententia in cã priuata ſiue actione priuata, tunc ſm ipſum But.
regulariter nõ pręiudicat,niſi contrarietas aliud operetẽ, vt in ca
ſibus quos ponit in c.quãuis.de re iud. & in l.ſi coniunctionẽ.ff.
quemadmodum ſerui.amittatur. aut fertur ſententia declarato-
ria ſuper aliqua qualitate ad aliud applicanda:& tunc ad illud ve
nit applicanda,& ſentẽtia tenet,ꝙ pręiudicat,niſi inter quos eſt
lata.aut agitur de aliqua qualitate applicanda ad perſonam ; tũc
aut ſubiacet plenę probationi,& ſapit naturã quaſi publicæ cau
ſæ,& præiudicat omnibus ſicut publica, l.ingenuum.s̃.alleg. &
rõ,quia hęc cauſa quaſi ſtatus perſonę ſapit naturã publicæ:ideo
omnibus obſtat ſicut publica,niſi doceatur,præiudicatio quãdo
que eſt talis qualitas,quę nõ ſubiacet plenæ probationi:& tunc
præiudicat aliis,q̃ diu probetur contrariũ,C.de liber.agno.l.ma
tri.facit in argumentum l.admonendi.ff.iureiurã.nam probatio
ex aſpectu fallax eſt,vt in filiatione:quia ibi non poteſt dari ple-
na probatio,ff.de cond.& demon.l. Lucius.de proba.c.per tuas.
& c.tranſmiſſæ.s̃.& hæc ſunt vera ſm But. quando ſententia eſt
lata cum iuſta ↄ̃dictione,aliter non pręiudicaret,l.Papinianus.§.
fi.& l.qui repudiantis.§.fi.ff.de inof.teſta.Item hęc vera,quando
eſt lata ↄ̃ pręſentem, ſecus ſi ↄ̃ contumacẽ,l.præſes. C.de pigno.
& l.fi.C.de emp.& vẽ.ſed aduerte, ꝙ idem But. altius exorditur
hunc articulum,quando ſententia eſt lata declaratoria applican
do aliquam qualitatem ad perſonam. & dicit hoc non bene hu-
cuſque intellexiſſe.& dic ſecundum eum,ꝙ aut ſententia eſt la-
ta ſuper qualitate nõ ſubiecta circa probationem,& illa nõ pręiudicat alijs,quoniam docendo cõtrarium audiatur,arg.l.admo
nendi.præal.nec hoc videtur ↄ̃ l.j.in fi.ff.de liber. agno.ſed con-
tra Inn.hic,qui ſe fundat in illa lege,ꝙ ſententia in cauſa filiatio
nis facit ius quo ad oẽs.item non videtur etiam obſtare,ꝙ poſſit
haberi probatio ſatis plena ex præſumptionibus violentis, quæ
æquipollent plenæ probationi.reſpõdet But.ꝙ ſi qualitas decla-
rata reſpicit vniformiter omnes , ita ꝙ non eſt ad perſonã certã
reſtringibilis,omnibus tunc præiudicat,quia quaſi popularis,vt
ingenuitate,cuius naturã eſſe videmus,vt non plus reſpicit vnũ
q̃ reliquum:licet nõ eſſe ingenuum reſpiciat quandoque priua-
tam vtilitatẽ.ſententia ergo facit ius quo ad omnes,quia in nata
libus eſt legitimus cõtradictor, & deducẽs rem in iudicio, cuius
principaliter intereſt,& omnibus alijs in conſequentiã, d.l. j.in
fi.ff.de liber.agno.vnde ſententia lata pro filio cõtra patrem ſu-
per filiatione pręiudicat oĩbus agnatis & cognatis,q̃a oẽs agna
ti & cognati cõtrahũt ius ab illa filiatione , ſicut dic mus in que
rela inofficioſi teſtamenti.ad hoc l.j.§.cognatio. ff.vnde cogna.
& hic eſt proprius caſus d.l.j.in fine , de liberis agnoſcendis.nõ
tamẽ putat But. ꝙ hæc ſñia præiudicet alijs non de cognatione,
qui ęque principaliter quo ad alios effectus volunt contendere
ſuꝑ filiatione, niſi vellẽt cõtendere circa actus publicos, q̃a tũc
ſñia obſtaret, cũ pater ẽt ad actus publicos poterit hoc ius dedu
cere ad iudiciũ , cũ hoc reſpectu ſit quaſi publica cã. & idẽ ꝑ oĩa
dicit in quęſtione legitimationis. Et pro parte ſaluatur quod di-
cit Inn.& concordat cũ opinionibus, quas ↄ̃rias recitat:& hoc,
qñ dicit ſententiam filiis ꝑiudicare,procedit ſecũdũ Butr.quan-
do ſententia eſt lata cum legitimo cõtradictore.facit l.nõ tantũ.
ff.de collu.detegen.Et legitimũ ↄ̃dictorẽ dicit illũ, cuius princi-
paliter intereſt,l.Poſthumus.ff.de inoffi.teſta.Item hæc vera, qñ
ſententia fertur contra præſentem: ſecus ſi contra abſentem,ff.
de re iud.l.ſæpe.& l.pręſes. C.de pigno. l.qui repudiantis. §.j.ff.
de inoffi.teſtamento.& vtrobiq; notatur in gl.& vide Cy.in l.j.
11 C.quibus res iudi. non obeſt. & ibi Butri.¶ † Octauo quæro ſm
Butr.hic,lata eſt ſententia contra patrem & matrem,ꝙ inter eos
non eſt matrimo. an hæc ſententia noceat filio. & videtur quòd
ſic:nam pater & filius ſunt eadem perſona , & ſententia lata de
ſeruitute ancillę præiudicat quo ad partum, ff.de exce. rei iudi.l.
ſi quis.§.ſi quis pugnantem.& C.de lib.cauſa.l.fi.contrarium de
terminant Doc.per l.3.in fin.ff.ad carbo.edi.& l. ait prætor.§.an
iuſiurandum.ff.de iureiur.facit gl.in fin.c. dilecto.de præben. &
quod not.Bart.brix. in dominicali quæſtione, quę incipit, duos
fratres ex eodem patre.& quod no.Gul.in Spe.de ſentẽtiæ pro-
la.§.nunc de effectu.ver.ſed pone.& quod no.Ioan.And.in c.Io.
in j.q.s̃.de cleri.coniug.& hoc maxime eſſet verũ, ſi ſñia feratur
in cõtumacem,l.ſæpe.de re iud.l.præſes.C.de pigno.& ſic de fa-
cto dicit But. rñdiſſe,ꝙ Zocho fuit dubium.Nec obſtat,ꝙ ſñia la
ta contra patrem facit pręiudicium filio hæredi : q̃a filius nõ eſt
hęres patris in filiatione,ſecundum Bu.nõ ob.C. de libera.cau.
l.fi.quia ibi ſentẽtia fertur contra matrem, & partus eſt pars vẽ-
tris,ideo porrigitur ſententia ad partum,velut ad acceſſoriũ cõ-
tra patrem lata ſententia non præiudicat filio,quia pater eſt alia
perſona a filio,& alius,non tamẽ quo ad omnia,non quo ad eã,
12 cuius eſt hæres. ¶ † Quæro nono,an ſuper cauſa legitimationis
poſſit fieri compromiſſum vel tranſigi. Ang.notabiliter dicit ꝙ
ſic,in Auct.de filiis ante dota.inſtru. na.in fi.quod tamẽ videtur
contra tex.noſtrum iuncto c.fin.s̃.de tranſac.ſed poteſt intelligi
dictum Ang.quando dubitatur de legitimatione,quæ non pen-
det a vinculo matrimo.puta facta per principem:nos loquimur
de legitimatione , quæ pendet à vinculo validitate matrimonij.
13 ¶ † Quęro 10.& vltimo,nunquid indiſtincte quis admittatur pe-
tens ſe pronunciare legitimum.Inn.dicit,ꝙ non,niſi cum reſpe-
ctu alterius effectus hoc petat , puta cum agitur de bonis vel de
dignitatibus eccleſiaſticis , vel ordinibus , vel de honoribus. &
quęſtio illegitimitatis incidit s̃.eo.c. lator.& c.tuã.de ord.cogni
ti.& c.j.& 2.s̃.eo.ti.& de filijs ꝑſbyterorũ.c.j.& fi.idẽ dicit Inn.ſi
ſubeſt alia cã iuſta,vt q̃a q̃s diffamat aliũ de illegitimitate,vt nõ
habeatur pro legitimo, etiam quis poteſt plures caſus inuenire,
l.diffamari.C.de inge.& manu.l.ſi eo. C.de curatore bonis dan
do.& ff.ex qui.cau.ma.l.ſed ſi ꝑ ꝓtorẽ.ff.de lib.lega.l.mancipio-
rum.

ADDITIO.

a ¶Lata eſt. An & quando ſententia pręiudicet alijs quàm litigatoribus,vide per Spe.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.ver.ſed pone.& in ti.de ſen.§.7.& Alex.in ver.ſed l Lucius.de infa.& in conſi.155.3.parte.& adde Bal.in l.2.in 3.no.in ver.ſed extra quæro.& in l.j.§.j.& ibi Bar.C.qui.res iu. non no. & in l.cum filius.de ver.ob.& ibi Alex.& Alex.in d.l.Papin.§.meminiſſe.de inoſſ.teſta.item adde Bar.in l.ſæpe.in prin.& ibidem latiſſime vide per d.Alex.in repe.ff.de re iudi

rum. Deinde dicit Inn. & Io. And. contra, ff. de reg. iur. l. qui in alterius. non aperit, ꝙ velit ibi, bene dicit qui venit in agendum, debet tunc diligenter explorare, & sic ad agendum procedere, sed non contradicit secundum Card. Flor. ibi enim loquitur ad alium effectum, puta ad committendum pœnam, quæ promissa erat, si ageretur. item non prohibet illa lex, quin ex causa ad agēdū admittatur quis. Quo autem ad id, quod dicit Inno. ꝙ facilius quis admittitur petens se pronūciari legitimum, q̄ aduersarius petens eum pronunciari illegitimum: quia primum est fauorabile, secundum odiosum. dicit tñ, ꝙ non admittitur petens se ꝓnūciari legitimum, nisi habeat ꝯdictionem & iustam, & alia sententia nulla est. Si autem habeat ꝯdictionem, admittitur ad probandum de sua legitimitate, l. circa. ff. de proba. ille autem, qui non habet ꝯdictorem, dicit Inn. ꝙ si assecurare se vult super sua legitimitate, procedat ſm formam capituli, significauit. & c. Albricus. s̄. de test. deinde refert alios dicere, ꝙ nunq̄ potest q̄s petere se pronunciari legitimum, nisi primo aduersarius agat propter successionem bonorum, vel aliam iustam causam, vel excipiat, vel aliter petat eum pronunciari illegitimum. sic, vt dicit, intelligitur c. tuam. de ord. cogn. arg. s̄. eo. c. causam. j̄. eo. c. pen. Alii, vt refert Inn. addunt alium casum, videlicet si agit contra diffamantes, l. diffamari. præallegata. alii, vt referunt Moderni, dicunt illam l. diffamari. non posse competere contra diffamantes, nisi vt cessent a diffamatione, non autem ꝙ pronuncietur. sed Host. inducit de purgatione canonica. c. accedens. ex quo c. probatur, ꝙ infamato de illegitimatione inducit purgatio, quā si præstāt, præsumitur legitimatio. & verior videtur opinio, ꝙ possit petere ꝙ pronūcietur legitimus, vel ꝙ diffamatio non sit vera, & sic in effectu habetur pro legitimo. & ita dicit hic Panor. esse æquius.

14 Gl. in ver. ad regem. opponit † de iurisdictione Papæ & Imperatoris. & ꝙ sint distinctæ iurisdictiones, allegat septem iura in cōtrarium alle. quatuor, ponit opinionem Hu. & contrariam Ala. & Tanc. quam approbat. In gl. ibi, per vnam col. est §. quia igitur imperium. vbi dr̄, ꝙ Imperator habet potestatem suam a Deo.[a] ad idem in Authen. q̄uo oportet episco. colla. j. de consulibus. §. fi. colla. 4. & hanc opi. tenuit Lan. & videtur sentire Inn. tamē dicit standum esse in hoc casu c. cum ad verum ventum est. 96. dis. & non esse credendum Ala. & Tanc. quia Alanus fuit Anglicus, & do. Tanc. Lumbardus. Dicit etiam Inn. ꝙ Constantinopolitanus, qui verus Imperator esse debebat, offuscabat regnum Franciæ, & debet esse contentus suis parentibus, quorum antecessores finalem pœnam acceperunt Hispanos. & quia imperiū Theutonicorum habetur a Papa, potest dici Imperatorem esse verū, secundū Car. licet possit excusari Vincen. in hac materia, in qua quis cōmuniter studet complacere suis superioribus. ideo opin. gl. nostræ in fine videtur verior, vt imperium processit a Deo solo, executionem tamen gladii recipit Imperator a Papa. & idem tenent Hos. & Io. An. hic, dicentes ꝙ si imperium descenderet a solo Deo, sequeretur ꝙ essent duo vicarii in terris, alter in tēporalibus, alter in spiritualibus, contra id quod habetur de elect. c. fundamenta. lib. 6. cum tñ, vt dicit gl. ecclesia, quæ est vnum corpus, tantum vnum caput debet habere. pro hoc de offi. or. c. q̄m. & de elect. c. fundamenta. lib. 6. dicit tamen Host. ꝙ Papa nō habet se intromittere de temporalibus in alterius præiudicium, in c. per venerabilē. ver. insuper. & hoc regulariter, nisi in casibus, vt in d. c. per venerabilem. ver. rationibus. & facit quod vult Panor. in c. cum a nobis. de testibus. Lud. in l. sciendum. ff. de verb. obl. Panor. in cle. j. de proba. do. Ant. in c. quæ in ecclesiarum. de

15 consti. vbi dicunt, ꝙ plenitudo potestatis† Papæ, vt eius verbo stetur, procedit inter subditos vel clericos, non inter laicos im pio subiectos. Pau. de Cast. consi. 156. quod incipit, Viso & examinato. ita ꝯ dicimus de Imperatore, cle. pastoralis. de re iud. Panor. in d. c. quæ in ecclesiarum. & Panor. in c. j. de causa poss. & proprie. Sed Imperator indistincte de laicis se intromittit, cui est a Deo immediate hoc commissum. si tamen excedat, etiam in temporalibus poterit corrigi per Papam. & in eo quod dicit gl. ꝙ Papa est successor Moysi, quidam negant secundum Io. An. dicentes, ꝙ nec in testamēto, nec in sacerdotio, nec in officio succedit Papa Moysi: est. n. Papa successor Christi, qui fuit minister noui testamenti, & qui fuit sacerdos in æternum. Moyses vero fuit minister veteris testamēti,[b] nec fuit sacerdos. Item Moyses habuit executionem gladii temporalis tanquam dux, quam non habet Papa. & de hac materia etiam no. j̄. eo. c. per venerabilem. & de iudi. c. nouit. de maior. & obed. c. solitæ. & de elect. c. venerabilē. §. verum. In fi. gl. ibi Ala. concordat c. apostolicæ. de re iud. & tamen latius solito aliqua dicam de monarchia Papæ, i. ꝙ Papa sit vnicus dominus mundi, & imperium ab ipso depēdet. vide per Inn. in c. licet ex suscepto. de foro comp. Et de iudæis, & saracenis, & gentilibus, & scismaticis, & q̄uo ad Papam super illos iurisdictio pertineat, vide per Inn. & Io. An. de voto. c. quod super his. & ibi late etiam per But. & multi laborauerunt, vt dicit Car. in c. venerabilem. ver. verum. s̄. de ele. inuestigando monarchiā generaliter: tamen possumus dicere, ꝙ imperium dicitur esse ex Deo, i. a Deo, quia omnis potestas a Deo est omni alia superior. & de superioritate etiam Papæ aliqui econuerso, vel saltē ꝙ imperium immediate a Deo. & hoc tenuit aliàs Dantes in libro, quem fecit de monarchia. sed quicquid sit scriptum, hoc est tandem receptum a catholicis, & diu seruatum est id, quod sacri canones senserunt, s. Imperatorem esse inferiorē a Papa. quod debet intelligi ſm no. in c. nouit. de iudi. imo etiam hoc persuadetur ſm philos. perfectio maior per se continet minorem, vt cum anima intellectiua in homine, quæ sub se continet perfectionē animæ sensitiuæ & negatiuę: nec in homine est nisi vna anima, vt no. Car. in cle. vnica, de sum. trin. §. porro. in 3. q. sed pt ās spiritualium est perfectio temporalium, nec ipsa spiritualia possunt dici perfecta sine accessione temporalium, j. q. 3. c. si quis obiecerit. s̄. de præb. c. cū ſm apost. Et ad hoc sunt a Deo creata, vt sunt vsui hominum, ff. de vsu. l. in pecudum. potestas ergo spiritualiū tanquam perfectior, c. solitæ. de maio. & obe. continet sub se tēporalia, & sic Papa, qui præest t̄palibus, est superior, c. fundamēta. præal. c. apostolicæ, de re iud. li. 6. cle. ad nostrum. de hære. ver. 3. in gl. quæ incipit, hic sunt. quæ est singularis. & licet non possunt fieri rationes demonstratiuę, sufficit ita esse obseruatum, ff. de le. l. minime. de superioritate Papæ ad Imperatorē, & de ele. de forma elec. & pluribus aliis quæstionibus ponit Card. in 6. q. in c. venerabilem. de elec. ver. verum. & multas rationes ad q. nostram facit de superioritate Papæ Oldra. in consi. 217. & 70. & 69.

16 Et cum dicitur in gl. nostra, ꝙ † ante sacerdotium fuit imperium, non est verum, quia per id quod no. Inn. de fo. compe. c. licet ex suscepto. & regnum in terris surgit tribus modis. primo per Dei voluntatem[c]. secundo per sensum eorum, qui reguntur. tertio modo per violentiam. Primo modo iustificatur potestas Papæ, per id quod no. in d. c. licet. & in c. per venerabilem. ver. rationibus. j̄. eo. tit. & s̄. de restit. spol. c. olim. 2. & ibi Card. ponit in 21. q. facit c. solitæ. de maio. & obed. & in c. nouit. de iud. Secundo modo iustificatur ex consuetudine, cuius initii in contrarium non est memoria, per quam consuetudinem Papa cēsetur omnibus superior: vnde ad hoc inducendū Constantinus Imperator adhibuit Papæ Syluestro directionis officium, tenens frenum equi, quod sępius factum est. Et Carolus Imperator fecit Vrbano. Tertio modo expedit exemplificare, ꝙ regnum, quod tenetur de facto, non est iuris. & si sunt non cognoscentes Papam vel Imperatorem, illud est facti nō iuris, vt no. in c. per venerabilem. j̄. eo. tit. tenent igitur Canonistæ, ꝙ Imperator subordinetur Papæ, ita ꝙ omnis potestas temporalium in habitu sit in Papa. & hoc tenent in c. solitæ. de maio. & obed. & ad hunc intellectum possunt induci multæ rationes, quæ fiunt, ꝙ Papa habet vtrunq; imperium, ita ꝙ in eo tanquam Dei vicario est plenitudo potestatis spiritualium. sed quo ad temporalia talis potestas & exercitium est in Imperatore, & certis casibus in Papa: puta vacante Imperio hæc vera sunt. secundum autem leges ciuiles forte in aliquibus aliter videretur dicendum: tamen post tempora susceptí baptismi per Imperatorem etiam de iure ciuili præmissa viderentur procedere, sed vetustæ leges non cognouerunt sacerdotium Christianorum: & tunc dicebatur omnem potestatem esse in principem, ff. de ori. iur. l. 2. §. nouissime. Insti. de iure naturali. §. sed quod princeps, & hoc etiam per trāslationem factam in Imperatorem a populo romano, per l. regiam super potestate regia translata in principem, vt in d. §. sed quod principi. dicit tamen Card. in c. venerabilem. de elect. in 6. q. princ. ꝙ vidit scriptam tabulam, quæ adhuc est Romæ in ecclesia sancti Io. in qua est descripta potestas per senatum & populum roma. tradita Vespasiano Imperatori. Et ex illa tabula constat populum non om

nem

ADDITIONES.

a ¶A Deo. Adde, ꝙ licet omnis potestas a Deo sit, vt ad Ro. c. 9. & Sap. 6. & 22. q. j. quid culpatur. tamen Imperator habuit iurisdictionem a populo Romano nō a Deo immediate, 93. di. legimus. sed hodie vero dic ꝙ habet ab ecclesia Romana, c. ecclesiæ. de iureiur. Car. ibi, & in cle. fi. 7. q. de censi.

b ¶Testamenti. Vide ecclesiast. 45.

c ¶Per Dei voluntatem. Adde, ꝙ imperium de cœlo Deus constituit, vt difficilibus quæstionibus, & negociis disponat, quæ apud eum sunt bona, & bonas decisiones aptet, secundum naturæ veritatem. Spec. in proœ. ver. cœterum. in Auth. quomodo op. in princ. item adde, ꝙ imperium nutu Dei procedit, l. bene a Zenone. in fi. de quadri. præscrip. item a Deo, 23. q. 4. quæsitum. glo. 96. distin. c. nouit. de iud. per Abb. qui dicit communem opin. esse, ꝙ a Deo est pro Papa immediate. vnde autem imperium habuerit originem, vide Bal. in l. fi. in fi. C. de quadri. præscrip.

nem potestatem ab initio tradidisse principi, sed sub certis titulis, ita ꝙ et per translationem remansit potestas pop. romano cõdendarum legum. quod non vult tamẽ ille §. sed quod principi. & §. l. qui procedit. ff. de legibus. l. de quibus. & quicquid fuerit postmodum, tamẽ inualuit ꝙ omnis potestas esset in principe. sed Constantinus die sui baptismatis cum toto senatu & romano populo decernit hanc potestatem ad romanum Pontificem pertinere in ipsa vrbe romana, vt de elect. c. fundamenta. li. 6. & in omnibus prouinciis occidentalibus, & in Italia, 96. dist. c. Cõstantinus. Et quamuis disputetur de hac donatione, an valuerit, vide per Bar. in proœ. digest. & de iureiu. cle. vnica, præscriptum est tamen a fidelibus, ꝙ valeat, vnde in vrbe romana, & in Italia, & in prouinciis occidentalibus attenta donatione ista Papa habet potestatem in temporalibus etiã in actu & exercitio: in multis tamen videmus contrarium seruari de facto. Et ex his infer-
17 tur, ꝙ ad Papam † spectat intromittere se imperio: vnde electores imperii sunt adepti potestatem eligẽdi ab ecclesia romana, quæ sicut transtulit imperium a Græcis, ita electores constituit, supra de elec. c. venerabilem. de gręcis secundo fuit translatum in Germanos, idest in Francigenas in personam Caroli magni, & per negligentiam successorum, & cum Rodulphus Imperator Francorum denegaret auxilium ecclesiæ, quæ impugnabatur per hæreticos & infideles, ecclesia vocauit Othonem Ducẽ Saxoniæ, qui tunc ecclesiæ subuenit. & ob hoc per Leonem Papam octauũ fuit constitutus Imperator, & abinde remãsit apud Germanos, & in Theutonicos, vt legitur in cronicis, vt no. in c. venerabilẽ. de elect. Theutonici vero suis virtutibus meruerunt imperium. caueant, dicit Car. in c. venerabilem. præal. in 3. oppositione, in ver. verum. ne sua ignauia perdant, in qua vocati sunt permittentes scisma in ecclesia Dei fore per xxx. annos.

SVMMARIVM.

1 *Absentia sola coniugis non præstat causam legitimam separandi matrim. de iure canonico.*

Absente coniuge, citato & vere contumace, qualiter possit procedi ad sententiam diuortij ad superandum matr. respectu vinculi.

2 *Filius quo casu nascitur legitimus, non tamen ex legitimo matrimonio.*

3 *Iudex in causa matrimonij potest citare partes per quemcunque nuncium non iuratum, & consanguineum partis.*

Papa pronunciat super hæreditate, cum venit accessorie ad causam legitimationis: secus si principaliter agitur.

CAP. VIII.



Erlatum. Si mulier per iudicium ecclesiæ separata a primo viro, illo viuente cõtrahit cum secundo, legitima erit proles, quam ex illo suscipiet. ita summat Io. And. Primo factum. Secũ-
1 do commissio. secunda ibi, iõ. No. primo, ꝙ † sola absentia coniugum contracto matri. de præsenti matri. non separatur de iure canonico. vide no. de spon. c. de illis. No. secundo, ꝙ in causa matrimoniali contra citatum absentem licet vere contumacem, & in lite non contestata potest causa subsistente, & allegata ad matrimonium separandum, procedi ad sententiam diuortii respectu vinculi, de quo in gl. 2. & debent requiri parentes secundum Inn. si velint eum defendere. de quo in gl. j. quæ dicit, requirendos amicos. hic tamen non dicit, ꝙ requiratur vt defendant, sed vt absentem vocent. sed dic, ꝙ bene vocantur plerique, & moueantur vt defendant, s. de eo qui mit. in poss. c. fi. facit in simili quod no. Io. An. in addi. ad Spe. in ti. de primo & secundo decr. in §. sequitur. in prin. Bal. in auth. sed cum testator. in fi. co. C. ad l. fal. in l. 2. ff. si ex nox. causa. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. in rub. C. de success. edic. Pet. de Anc. in cle. causam. de elect. do. Ant. in c. causam. de dolo & cont. Imo. in l. si finita. ff. de damno inf. Imo. in c. fi. de eo qui mit. in poss. Imo. & Cardi. in d. cle. causam. & in cle. j. de iudiciis. Barto. in l. hæc autem. §. defendi. ff.
2 ex quib. cau. in poss. eat. No. tertio, ꝙ † filii nati ex secundo matri. in facie ecclesiæ contracto post separationem primi, licet iniustam, sunt legitimi: & sic habetis vnum casum, in quo filius nascitur legitimus, non tamen ex legitimo mat. & de hoc glo. in l. miles. §. pen. in verbo, secun. nu. ff. de adult. Bald. in l. qui contra. C. de incest. nup. faciunt not. in c. 2. s. eo. gl. in l. hac edictali. C. de secun. nup. in c. j. & in c. ex tenore. j. eo. & sic patet, ꝙ c. cum inhibitio. s. de cland. despons. habet locum in matrimonio in facie ecclesiæ opinato, subsistente defectu matrimonii alio quàm cõsanguinitatis: vt puta quia subsistente defectu alterius vinculi,
3 quia legitime esset primum separatum. No. vlti. ꝙ † in causa matrimonii potest iudex citare partes per quemcunq; nunciũ non iuratum & consanguineum partis. No. ꝙ simplex citatio etiam sine peremptorii solennitate valet in causa matrimoniali. Opp. ꝙ Papa non debuit iudicare de hæreditate, de quo s. c. proxi. sol. non iudicauit simpliciter, sed respectu illegitimationis, quæ pertinet ad ecclesiam. Oppo. secundo, ꝙ in causa matrimonii non procedatur ad diffinitiuam lit. non contest. glo. j. voluit hoc soluere hic contrarium intelligens, ꝙ iste absentauerat se contumaciter. & hanc recitat Io. An. in gl. vlti. & de discretione debet hic condemnari iste episcopus secundum Host. & dicit idem Inno. vt refert Io. an. in tex. super verbo, traxisset. qui dicit causa vagandi vel odio mulieris transiuit Hierosolymam, vt staret impedita. & sic absentia fuit malitiosa: & sic soluitur contrarium formatum secundum prædictos. hęc solu. videtur diuinare secundũ Car. nec videtur conuenire literæ, quia iste se absentauit anteꝗ conueniretur, nisi dicamus ꝙ per inquisitionem, quæ hic constituat eum in contumacia. & hoc videtur sentire Hosti. vt refert Io. And. in verbo, reuocarent. subaudi & hoc factum fuit, & ille venire non curauit, & sic contumax fuit: & tunc eius absentia eius principaliter suppletur, s. de dolo & cont. c. veritatis. C. de iudi. l. properandum. soluitur etiam secundum hoc contrarium allegatum in gl. 2. hoc factum fuit, ne ius mulieris deperiret. hoc facit litera ibi, non possit diutius expectare. & exemplificat Ho. vt refert Io. An. super verbo, expectare: vt quia dicebat, ꝙ nõ poterat stimulis carnis resistere, s. de eo qui cogno. c. Iordanæ. nec in hoc est vis secundum Host. vt patet vt lite non contest. c. quoniam. §. si autem. vult dicere, ꝙ cogitur expectare. & tollitur hęc solu. per præal egatum §. si autem. ꝙ coniunx prius priuatur iure suo hoc casu sine culpa, non tamen sine causa. Secũdo soluit ea. gl. ꝙ standum est contrariis. & sic videtur velle, ꝙ hoc c. & ita c. j. sint correcta. quod est contra id quod habetur C. in proœ. & in c. cum expediat. de elect. lib. 6. Quarto soluit gl. ꝙ non quærebatur hic, an episcopus b ne vel male processit, sed tantum an filii ex secundo matrimonio nati essent legitimi; ad quod sufficit ꝙ secundum matrimonium fuerit contractum publice & auctoritate ecclesiæ: sic notabiliter sentit gl. ꝙ etiam si processus non tenuerit, excusatur mulier, quæ contraxit cũ alio. & in hoc est ita gl. singularis, ꝙ sententia nulla parit effectum probabilis ignorantiæ: & pro hoc, quia agitur de damno euitando, l. Claudius claudianus. ff. de acq. hær. & no. in regula ignorantia. lib. 6. & ibi per Dy. & est in gl. j. q. 4. c. peccato. facit tex. in l. fi. C. de magi. conue. iuncta gl. & l. j. C. de præd. curia. lib. 10. & in c. diaconi. 28. di. iunctis quæ ibi Arch. & Panor. in c. cum M. Ferrariensis. in 5. col. de constitutionibus. non auctoritas iudicis siue superioris excusat a pena. Contra hanc solutionem facit litera, quæ videtur tenere, ꝙ processus tenuit, quia commẽdatur hic episcopus de processu, vbi prouidus &c. & Host. in verbo, promulgauit: qui dicit, ꝙ nil omisit de continentibus. & idem dicit in verbo, tulerit. vbi dicit seruato iudiciario ordine, vt debuit in talibus seruari. dicit tamen, vt refert Io. An. in fi. gl. vltimæ, ꝙ dato ꝙ episcopus minus legitime processit, filii tamen ex secundo matri. essent legitimi. hæc solu. etiam videtur pati scrupulum, quia si non tenuit sententia, non excusaret ignorantia, vt in c. per venerabilem. in gl. vt ibi dico in gl. Item contra dictam solutionem facit, quia hic non agitur de damno vitando, imo de lucro: ergo &c. & ita reprobat Paul. Et ideo verius extra gl. sol. Inn. ꝙ abierat malitiose, & causa vagandi, vt dixi in proœ. facit dictus §. si autem. in contrarium alleg. a contrario sensu, quia loquitur de absente non malitiose, quod declarabitur melius j. ti. j. Et hæc vltima solutio videtur magis sine scrupulo, quæ placet But. & Car. & in dubio præsumitur vir malitiose abesse. Inno. in c. fi. de eo qui mit. in poss. & in c. ex tuæ. & c. fin. de cler. non residen. quod ibi not. Venio ad glo. gl. sunt expeditæ in hac oppositione cum materia Doct. In gl. 2. no. gl. in princ. quæ dicit, quòd probatum fuit de canonico impedimento, propter quod non poterat esse vxor alterius. Et idem dicit Inn. hic non sunt alia, gl. omnes sunt expeditæ. sequitur text. c. quod nobis.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt quo ad legitimationem, matrimonium ab initio in facie ecclesiæ contractum esse, & ex postfacto ab ecclesia approbatum.*

2 *Matrimonium quando dicatur coloratum.*

3 *Consequentia ista est bona, si filius est, ergo hæres. intellige si velit.*

4 *Filij nati ex clandestino matri. approbatione ecclesiæ non interueniente, an sint legitimi.*

5 *Matrimonium quotuplex sit.*

6 *Matrimonium quando dicatur in facie ecclesiæ contractum.*

7 *Legitimationem filiorum quando non impediat defectus in concubinatu.*

8 *Sententia vbi fertur pro matrim. si ab ea appellatum non fuerit, non potest is, contra quem lata est, postea aduersus eam audiri.*

9 *An in præiudicium matri. per sententiam declarati standum sit renunciationi mulieris ipsi sententiæ renunciantis, & annuentis se vxorem non esse.*

10 *Sententia in his, quæ consensu partium induci possunt, transit in rem iudi. etiam quo ad forum Dei.*

CAP.

CAP. IX.



Vod nobis. Breue eſt,ideo non ſummatur,ſe
cundum Io.And. Et eſt pars ſ.de
cland.deſpon.c. quod nobis.But.ſummat, Filii nati
ex matri. clandeſtino per eccleſiam approbato ſunt
legitimi.Car.in effectu idem dicit.& clarius.Poſt approbationē
eccleſiæ de matri.clandeſtino facta legitimi iudicantur nati etiā
ante approbationem,qui aliter erant legitimi, vt quia coniuges
erant perpetuo impediti.h.d. ſecundum veram lect. No.primo,
1 quo ad legitimationem†paria ſunt,matri.ab initio in facie eccle
ſiæ contractum eſſe,& ex poſtfacto ab eccleſia approbatum:er-
go filii ante geniti cenſentur legitimi: & ſic paria ſunt, eſſe tale
& ex poſtfacto redire ad tale.No.ſecundo,ꝙ quo ad prolis legiti
2 mationem† non exigitur ipſa veritas vinculi matrimonialis,dū-
modo adſit poſſeſſio & opinio colorata matrimonii . & colora-
tum dicitur matri. quando eſt auctoritate eccleſiæ contractum,
vel ex poſtfacto per eccleſiam approbatum. No. tertio practicā
ſententiæ illegitimitatis.No.quarto,ad iudicem cognoſcentem
de legitimitate ſpectat cognoſcere de hæreditate ad illam con-
ſecutiua:quod intellige,vt dictum eſt ſ.in c.j.& c.lator. & c.cau-
3 ſa.Ideo vltimo hic colligit Hoſti.ꝙ hæc eſt† bona conſequentia,
ſi filius eſt,ergo hæres,vt hic,& ſ.eo. c.tranſmiſſæ.in fi.ff. de ac-
quir.hær.l.neceſſariis.& l.j.C.ſi vt ſe ab hære. abſtineant.32. q.3.
c.dicat.vnde Apoſtol.ad Galat.4.ſi filius,ergo hæres per Deum,
i.quod verbo Dei & mandato . & intellige de naturali & legiti-
mo:aliàs ſecus,32.q.2.c.non omnes.vbi de hoc. In gl.dic ſm legi
ſtas,ꝙ licet probetur aliquem eſſe filium & legitimum,non pro
pter hoc eſt probata intentio,ꝙ ſit hęres.ita no.in dictis duabus
legibus:quia quod dicit Apoſtol.ad Gal.4.ſi filius,ergo hæres.in
telligi debet ſi velit: nam habet beneficium abſtinendi ab hære
ditate hodie,licet olim eſſet hæres,vellet nollet.Et ſic poteſt in-
4 telligi 32.q.2.non omnes.ſecundum Bu.hic.†Opp.ꝙ approbatio
ne eccleſię non interueniente nati ex clandeſtino matri.ſunt le
gitimi,ſi non obeſt aliud impedimētum perpetuum, j. eo.c.per
tuas.ſed Hoſt.vt refert Io.An.ſuper verbo, comprobatis.dicit ꝙ
poſt approbationem fuit repertum impedimentum conſangui
nitatis.& idem intellige de alio impedimento perpetuo.& hęc
fuit dubitatio in litera ſecundum eum: aliàs nati prius & poſt le
gitimi cenſerentur,in c.per tuas.ſecundum Hoſt.& licet de im-
pedimento non dicatur in litera,tamen debet ſuppleri ſecundū
Card.Flo.& do.Antonium.Opp.ſecundo ad prædictam ſolutio
nem,& ad literam noſtram: nam ſi ſuberat impedimentum per
petuum,filii nati ante approbationem ſunt illegitimi,c.fi.de clā
deſt.deſp.nec ſequens approbatio matr.procedere debet in iam
natis,ſed poſtea naſcituris.item in matr.vt ſequens legitimet ꝓ-
lem præcedentem,requiritur ꝙ ſit legitimum,c.tanta.ſ.eo.ti.me
tu iſtius contrarii legitur vario modo c.noſtrum . Primo legitur
in glo. ſecundum ordinem ipſius gl.ꝙ tex.hic loquitur de prole
prædicta ſecundum tempus ipſius approbationis: & tunc dicen
dum eſt,ꝙ legitima eſt, ſi poſtea detegatur impedimētum inter
iſtos eſſe:quia ſufficit,ꝙ tempore editæ prolis matri.eſſet ſaltem
opinatum.hæc lectura conſonat literæ.Sed ſic intelligendo, nō
videtur dubitabilis,niſi dicatur ꝙ erat dubium, quia matr.ab ini
tio non tenuit : etiam videtur poſſe non cōfirmari ex poſtfacto,
regula,non firmatur. lib.6. Sed dic, ꝙ ſuperuenit cauſa confir-
mans & tollens impedimentum,ſ.approbatio eccleſię,vt no.in
d.regula,non firmatur.quare ſequitur,ꝙ etiam ſi poſtea detega-
tur impedimentum perpetuum, & ſepararetur matri.nihilomi-
nus cenſeatur legitimus.Legitur & ſecundo in gl. quæ loquitur
generaliter de filiis natis ante approbationem eccleſiæ, qui li-
cet ſecuta approbatione dicūtur legitimi,hoc verum,ſi nunquā
detegatur matri.inualidum eſſe,nec ſepararetur, quia tunc pro-
les prodita ex clandeſtino matri.legitima eſt. ſecundum hoc ha
beret modicum dubium,niſi ſecundum Cardi.dicatur, ꝙ dubiū
facit,quia ex quo matr.ab initio non tenuerat,non videtur poſ-
ſe confirmari ex poſtfacto,regula,non firmatur.vult ergo glo.ꝙ
ſi poſtea probetur impedimentum matri. filii non erunt legiti-
mi:ſi hoc modo intelligo,obſtat quod dixi ſ.in proxi.contrario
ſecundum Hoſt.Et ideo legitur tertio modo hic, vt refert Card.
Hoſt.intelligendo,vt dixi ꝙ ſuberat impedimentum:ſed intelli-
git,ꝙ licet concepti fuerint ante approbationem , fuerunt tamē
nati poſtea.pro hoc ſ.c.2. & quia conceptus non habetur pro na
to,niſi quando ſibi expedit,ff.de ſtatu ho.l.qui in vtero.Inſtit.de
inge.§.j.& ſecundum hanc lect. poſt verbum matri. iungit Ho-
ſtien.verbum generati,& exponit generati, i.concepti. dicit ta-
men Hoſtien. ꝙ alii exponunt generati, ideſt nati,& male : vn-
de in hoc dicitur natus ex Maria virgine, qui tamen non fuit ge
nitus.Quarto legitur ſecundum Ioan.And. ꝙ hæc decre. inten-
dit legitimare filios de clandeſtino matri.genitos, ſi poſtea ma-
tri.fuerit approbatum, quaſi præcedens turpitudo purgetur : ſi-
cut etiam nati de fornicatione legitimantur per ſequens coniu-
gium,ſ.c.tanta.& ſecundum hoc legit literam, ſi qui geniti fue-
rint de clandeſtino matri.poſtmodum,ideſt poſt generationem
ipſorum ab eccleſia &c.Ioan.Cald.improbat hanc lect.quia de-
cre.tanta. procedit, quando tempore natiuitatis vel conceptio-
nis poterat eſſe matri. inter parentes:aliàs ſecus , vt ibi in fi. ſed
intelligendo hanc decre.vt dixi in proximo contrario, loquitur
quando tempore natiuitatis ſuberat perpetuum impedimētum,
& ſic tunc non poterat eſſe matri. inter parentes : ergo propter
approbationem ſequentem prius nati nō eſſent legitimi . Nam
hoc caſu eſt eadem ratio,quæ in c.tanta.nam ſi in c.tanta.matri.
verum non legitimat talem prolē , multominus putatiuum , de
quo hic.& pro hac reprobatione facit quod dixi in c. tanta.& ni
ſi aliud dicatur,hæc lect.ſaluari non poteſt,vt dico in d.c.per ve-
nerabilem.poteſt ſaluari, quando verba approbationis ſunt am
pla,ita ꝙ approbant matr.etiam retro.& ſic loquitur hic referen
do hoc c.ad c.quod nobis.de clandeſt.deſpon.cuius,vt dicit glo.
2.hæc eſt pars.nam ibi dicitur , ꝙ matrimo. clandeſtina volenti-
bus contrahere approbantur ab eccleſia , ac ſi ab initio fuiſſent
in conſpectu eccleſiæ contracta : & hoc niſi rationabilis cauſa
impediat,vt ibi:& ſic videtur,ꝙ eccleſia approbet, vt habeantur
ac ſi erant ab initio in conſpectu eccleſię contracta:niſi oppona
tur aliqua cauſa rationabilis,puta conſanguinitas, vel ſimilis,vt
ibi no.in glo.2.tunc enim eccleſia non approbabit,ſi tunc oppo
nitur & approbatur, filii etiam prius nati erunt legitimi , etiam
ſi poſtea matri.ſeparatur. Et hoc vult glo. 2. hic in princip. licet
poſtea in verſi.ſecus.ponit aliqua verba,per quæ videtur ad hoc
procedere.Et ex his ſaluatur hæc vltima lectu.'ex qua ſurgit hoc
ſingulare , ꝙ filii etiam ſpurii per ſequentem eccleſiæ approba-
tionem legitimantur . & ſecundum hoc intellige quod dixi in
d.c.quod nobis.& ad c.tanta.præalleg.dic,ꝙ hęc approbatio po
teſt trahi retro, quia potuiſſet interuenire ab initio , vt ſi matri.
contractum fuiſſet in facie eccleſiæ , & tunc filii fuiſſent legiti-
mi,de clandeſt.deſponſ.c.fin. Et ex hac decre. intellecta vltimo
modo infertur ad id,quod no. Ala.& Goff.ſ.c.cum inter. dicen-
tes,ꝙ ſi contradicente eccleſia aliqui contrahant, & eccleſia po
ſtea approbet,filii poſt approbationem nati ſunt legitimi,de clā
deſt.deſpon.c.2.& 3.quod intellige,etiam ſi ſuberat impedimen
tum perpetuo matrimonio,quod poſtea detegitur:aliàs ſi loque
retur eo caſu,quo nullum ſuberat impedimentum,filii eſſent le
gitimi, & ſi non approbetur matri. ab eccleſia , dixi ſ.contrario
proximo . Oppo.in eo quod mandat iudicari de hæreditate, ſ.c.
cauſam.2.ſolu. vt ſ.c. proxi. quia iudicauit prætextu legitimita-
tis,& ſic per vim conſequentiæ,ſi filius, ergo hæres, vt hic, & ſ.
c.trāſmiſſę.in fi.27.q.4.c.dicat.vnde Apoſtolus ad Gal.4.ſi filius,
ergo hæres per Deum.& hoc intelligendo de naturali & legiti-
mo:aliàs ſecus,32.q.2.c.non omnis.vbi de hoc in glo.j. do.Anto.
hic diſtinguendo inter has opin. poſt eum Panor.dicunt,aut fi-
lii ſunt nati tempore matrimonii palam contracti, & approba-
to matrimonio ab eccleſia, & legitimi ſunt, ſiue ſubſit impedi-
mentum,ſiue non, dummodo adſit bona fides coniugum, vt in
c.cum inhibitio.de clandeſt.deſpon. Quandoq; ſunt nati ex ma
trimonio ab initio clandeſtino , & poſtea approbato, nati tñ &
geniti poſt approbationem : & adhuc ſecundū omnes filii ſunt
legitimi , ſiue ſubſit impedimentum quo ad rei veritatem , ſiue
non . Quandoque filii ſunt concepti ex matri. clandeſtino, nati
demum poſt approbationem, & ſecundum Hoſtien.adhuc ſint
legitimi,ſiue ſubſit impedimētum ſiue non. & ſic intelligit hic,
& ponit ſuam tertiam lect. Quandoque filii ſunt concepti & na
ti ante approbationem ex clandeſtino matri.quod poſtea eſt ap
probatum: & tunc ſi non detegitur impedimentum eſſe,ſunt le
gitimi. Si detegitur impedimentum eſſe, opin.communis eſt,ꝙ
ex quo matr.eſt approbatum, antequam detegatur impedimen
tum,filii ſunt legitimi,quaſi præcedens turpitudo euanuerit. &
hoc placet,& per hanc decre. extenditur decre.tanta.ſ.eo.vt qđ
ibi operatur verum matri. ſubſequens,operetur opin.matrimo-
nii colorata.& hoc tenet ibi glo.vt & ibi dixi. Extra glo.quæro,
5 quotuplex†ſit matrimo. dic vt dixi in c.tanta.in j.q. quia triplex
eſt,verum,putatiuum, & præſumptum . exemplum de ſecundo
in c.noſtro. exemplum de tertio in c.per tuas . & ibi per glo.eo.
titu.Quæro ſecundo iuxta ſecundum exemplum, quomodo di-
catur illud matri.putatiuum.dic , ꝙ ex eo ꝙ quidam contrahunt
clam matrimonium,in quo ſubeſt aliquod iuſtum impedimen-
tum:& nati ex tali matrimonio ſunt ſpurii,vt not.de cland.de-
ſpon.c.cum inhibitio.ſecus autem ſi eſſet in facie eccleſiæ con-
tractum,vt in c.ex tenore. j. eod. licet poſtea detegatur hoc tale
impedi-

impedimentum, nihilominus filii sunt legitimi, vt d.c. ex tenore. sed cum ecclesia approbet hoc matri. in quo erat aliquod iustum impedimentum, & separaretur tale matr. per ecclesiam approbatum, illud dicitur fuisse putatiuum[a] quo ad efficaciam, quã habet verum matri. facit quod not. Host. hic, & ita est casus in c. nostro secundum Doct. quorum opi. s. recitaui super gl. & c. sufficit ergo, si est in facie ecclesiæ contractum, vel etiam est per ecclesiam approbatum. Non obst. l. Paulus. ff. de statu ho. quia loquitur, quando ambo sciebant vitium: secus si vnus ignoret, vt in c. ex tenore. j. eo. & factum sit in facie ecclesiæ, c. cum inhibitio. præalle. facit in arg. l. qua in prouincia. ff. de ritu nup. vbi diuturnitas temporis, & numerus liberorum, & alia, quæ ibi habentur, constituunt prolem legitimam non obstante iuris ignorantia. & Cy. & alii legistæ, & Bal. in l. qui contra. C. de incest. nupt. multum etiam ponderant ignorantiam dicentes, q; quo ad ignorantes tactum sunt legitimi. dic ergo q; approbatio ecclesiæ inducit hanc legitimationem matri. ius. s. ciuile & canonicum, cũ de matri. disponere spectat solum ad romanum Pontificem, & de venientibus in necessariam consequentiam, vt sæpe dixi in hoc tit. facit l. j. ff. de cond. indeb. alterius ignorantia coniugum infert hanc commoditatem matri. putatiuo, c. cum inhibitio. §. si ambo. de clandest. desp. & c. ex tenore. j. eo. facit c. sequens, vbi et aliquid pono de intellectu huius decr. & ibi noto plura ad faciẽdum legitimam prolem, quorum aliqua cõferunt ad materiam huius c. Quæro tertio, quando† dicatur in facie ecclesiæ contra-

6 ctum. dixi in c. cum inhibitio. dicunt quidam, q; coadunatis vndiq; consanguineis & affinibus communiter ad ecclesiam, arg. l. si vicinis. C. de nup. Alii & melius, obseruata solennitate bannorum, de qua in c. cum inhibitio. præal. & in c. si. j. qui ma. accu. poss. & ita tenet Inn. & Io. An. in d. c. ex tenore. Vltimo pone, q;

7 habui† concubinam, cum qua non poterat esse matri. vt quia viro erat coniuncta in secundo vel tertio consanguinitatis gradu: iusta tamen ignorãtia accepi eam in vxorem, vtrum alii filii ante nati legitimentur? videtur q; non, quia spurii sunt, cum non potuerit esse concubina, c. tanta. s. eo. tit. ergo non potuit esse vxor. gl. 2. in c. tanta. videtur decidere contrarium, & notabilis est & ibi dixi: & defectus in matri. putatiuo non reiicit filios, nec facit non legitimos: ita etiam in concubinatu non impedit legitimationem. pro quo facit c. nostrum, vbi hic sequitur Bu. facit gl. in c. non omnes. 32. q. 2. & est notabilis determinatio, per quam extendimus c. tanta. s. eo. & c. nostrum. & c. ex tenore. j. e. etiam vbi esset defectus in concubinatu. Sed quæro de notabili q. quæ-

8 dam mulier† pronunciata est vxor cuiusdam Ioan. quia a sententia non appellauit, postea vxor renunciauit huic sententiæ. quid iur. Lud. consi. 367. quod incipit, Circa primum. diuidit quæstionem in duas. Circa primum articulum, in quo quæritur, nunq̃d post sententiam pro matrimonio latam in prima instantia, quæ nulla appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam, ipse Io. censendus sit legitimus maritus huius mulieris. breuiter dicendum arbitror, q; sic, eadem ratione, quia vbi sententia fertur pro matrimonio, si ab ea appellatum non fuerit, & sic in rem transiuit iudicatam, non potest is, contra quem lata est, postea aduersus eam audiri, imo compelletur illi matrimonialiter adhærere, in cuius fauorem lata est sententia. hoc quidem determinat gl. fi. quam omnes sequuntur in c. lator. de re iud. Et huius est ratio, quia ex quo a sententia non appellat, eidem tacite assentire videtur. item & fateri verum esse, quod in ea deducitur, de re iud. c. quod ad consultationem. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. C. de sent. quæ sine cer. quant. l. ex sententia. ipsius autem glossatoris auctoritas fortificatur ex eo, quia videmus sententiam, cõfessionem, & iuramentum, in iure æquiparari[b], ff. de re iudic. l. post rem. in proposito autem decisum habemus, q; si vni ex coniugibus, qui pro mat. certat, illud semiplene probauerit, pars alterius detulerit iuramentum illi in fauorem matri. pręstito standum est, atq; matrimonialis copulari debet cohabitatio. ita determinat Bar. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. & no. eo. ti. c. mulieri. idẽ etiam & in confessione videmus, quoniam si matr. de quo dubitabatur, ambo coniuges per confessionem palam deduxerint, illud quidem ecclesia recipit, & pro firmo habet, vt est casus de cland. desp. c. 2. pariter ergo idem in sententia est dicendum, s. vt illi in fauorem matrimonii prompte standum sit, atque ecclesia matr. ita declaratũ recipiat, atq; p̃ firmo teneat. & facit ratio cuidens: nam inter solutos coniungere matri. est in potestate ipsarum partium: ergo patiendo sententiam cõtra se latam transire in rem iud. videtur sententiæ accedere tacitus cõsensus, c. quod ad consultationem. de re iud. ergo proinde est, ac si consenserit se obligare in matri. & facit quod no. Panor. in c. iurauit. s. de p̃ba. facit quod in simili dr̃ in c. post elect. in gl. de concess. præbẽ.

9 & hæc de primo. Quo ad secundum, in quo quæritur, an† in præiudicium mat. per sententiam declarati standum sit renunciationi mulieris ipsi sententiæ renunciantis atq; annuentis se vxorẽ non esse: vr̃ prima fronte dicendum esse q; sic, ex duobus: primo quia sententiæ pro se latæ licite quis renunciare potest, etiam si transitum fecit in rem iud. maxime si vincens nouerit se iniuste obtinuisse: adeo q; postea executionem petenti obstat renunciationis exceptio, & confessionis iustæ victoriæ. hic est casus in l. in seruitute. §. si petierit. ff. de bo. lib. & no. Inn. de immu. eccl. c. quia plerique. secundo, quia confessioni coniugis, quamuis sit ꝯ matri. statur, quando manat a coniuge illo, qui stat pro matr. hic est casus singularis, & ibi etiam no. gl. de desp. impu. c. attestationes. igitur vr̃, q; confessioni huius mulieris dicentis se non esse vxorem standum sit in preiudicium matri. cum ipsa confitens illa esset, quæ ab initio pro matrimonii substantiatione stabat. illi autem c. attestationes. vr̃ concors fore tex. in c. si duo. 35. q. 6. vbi est expressum fm̃ vnum intellectum quo ad inducendam separationem matri. etiam quo ad substantiam vinculi matrimonialis, recipitur confessio coniugum, qui pro matrimonio erant, iudicis officio inquirente super illis illegitimitate, seu matri. accusante. Et huius est ratio, quia præsumi debet q; ipsi coniuges nõ fuissent confessi falsum ꝯ se, vt l. fi. C. ar. tu. His tamen non refragantibus ꝯrium fore existimo veritatem, iura etenim proxime allegata loquuntur in casu, quo emanat confessio pendente causa super vinculo matrimoniali: & sic stante dubietate super legitimitate matrimonii: tunc. n. iustum est, vt confessio eorum, qui pro validitate matrimonii erant ꝯ matri. recipiantur, cum nulla clarior sit probatio q̃ ea quæ ex confessione resultat, de probat. c. per tuas. C. de non nu. pec. l. generaliter. sed cum matrimonialis causa finita est per sentẽtiam in fauorẽ matrimonii prolatã, quæ in rem transiuit iudicatam, non vr̃ iustum q; confessio nedũ vnius sed etiam amborum coniugum recipi debeat ꝯ matri. Et huius est ratio, & postq̃ causa matrimonialis finẽ accepit in matrimonii fauorem per sententiam transeuntem in rem iud. coniunx, pro qua lata fuit, illi renuncians nouiter incipit esse ꝯ matri. tunc autem casum habemus, q; ad confessionem nedũ vnius coniugis, sed etiam amborum, cum ꝯ mat. sunt, puta quia ipsi petunt se per iudicis sententiam separari, matr. non separatur, etiã si cum ipsa confessione concurrat rumor viciniæ. hic est casus in c. super eo. de eo qui cog. consang. vx. suę. Et huius est ratio, quia si ipsi contra matri. sunt, & contra matri. confitentur, non est dubium se confiteri pro se, & in sui fauorem. certum est autem cõfessioni, quam quis pro se fecit, standum non esse, 14. q. 2. in §. j. ff. de interrog. act. l. de ætate. & hoc de secundo. Pręterea vbi dispu-

10 tatur, an† matri. contractum vel non contractum, iudicium attẽditur, & sententia transit in rem iud. c. iurauit. de proba. cum ibi no. nam in his, quæ consensu partium induci possunt, sententia transibit in rem iud. etiam quo ad forum Dei, c. j. ibi glo. de contract. præb. ergo hic sententia pro matri. lata transibit in rem iudicatam, & sic faciet ius: ergo confessio partis in cõtrarium hoc casu non auditur, quia veniret contra matri. & hoc etiam speciale fauore matrimonii. & ita limitantur iudicio meo not. per Doc. in c. fraternitatis. s. de frig. & malefi. facit glo. notabilis in c. tuas. s. de testi. vbi consensus, vel conuentio parentum non nocet, quando tractant de matri. contracto dissoluendo: licet noceat, quando tractatur de matrimonio coniungendo.

ADDITIONES.

a ¶Putatiuum. Et adde Paul. de Cast. consi. 112. q; etiam matrim. putatiuum non est violandum. Item adde q; quo ad dotem etiam habet omnia priuilegia veri matrimonii, l. si cum dotem. §. j. sol. mat. Bar. in l. si concubinam. rerum amo. & in l. de iure. §. fi. ad municip.

b ¶Aequiparari. Adde Spec. de testi. in integ. §. 2. ver. sed nunquid habet. & gl. in l. 2. in verbo, continet. ff. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Filij ad hoc vt sint legitimi per matrimonium opinatum, quę sint requisita.*

2 *Publica honestas est apta impedire & dirimere: & filij ex tali matrim. procreati sunt illegitimi.*

3 *Papa dispensat contra impedimentum publicę honestatis.*

4 *Papa dispensando super matrimonio, per consequentiam dispensat super legitimatione filiorum, etiam respectu hereditatum.*

5 *Filij in quibus casibus non obstante impedimento sint legitimi.*

6 *Filij illegitimi totaliter excluduntur ab hæreditate paterna, quando matrimonium est contractum subsistente impedimento ecclesiastico, quasi sint incestuosi.*

7 *Et quid in bonis maternis. vide remissiue.*

8 *Ad legitimandum, idem quæ sint requisita.*

CAP.

C A P. X.

REferente. Si scientes inter se perpetuum impedimentum, cōtrahant, illegitima est proles eorum. h.d. Primo decisa consultatio. Et responsio secundo. secunda ibi, taliter. Et dicit Hostié. hic, quærebatur primo, an quis possit contrahere cum consanguinea sponsę de futuro, quam non cognouit. & respondetur q non. Et vtrum matri. sic contractum debeat separari. respondetur q non. In hoc vltimo quod dicitur de matri. clandestino, nō est vis, nec colligitur hic secundum Card. Flo. quia parentes hic sciuerunt impedimentum: vnde non excusatur proles, nec etiā si matri. fuit contractum in facie ecclesiæ, de cland. desp. c. fin. & intelligendo q hoc fuit contractum in facie ecclesię, apparet, q a potuit esse ratio dubitandi. Ratio autem decidendi ponitur in c. fi. de cland. desp. No. duo requisita, vt matri. opinatum prolem
1 producat † legitimam: q fiat auctoritate ecclesiæ & permissione, & bona fide, & opinio. parentum. altero cessante, matrimonio dissoluto filii essent illegitimi. Nota, q impedimentum publicæ
2 honestatis † est aptum impedire matr. contrahendum, & dirimere iam contractum: & filii ex tali matri. proditi sunt illegitimi. Et dicit Panor. hic, q impedimentum publicæ honestatis, quod oritur ex sponsalibus inter sponsam & consanguineos sponsæ, & inter sponsam & consanguineos sponsi, nedum impedit matri. inter eos contrahi, sed etiam dirimit, & ex tali matri. geniti sunt illegitimi, nec succedunt in bonis parentum. & sic extēdo cap. sponsam. de spon. supra. No. ibi, per ecclesię permissionem.
3 q ecclesia potest dispensare † contra impedimentum publicæ honestatis. Nam istud impedimentum non est a iure diuino, sed a iure humano, super quo Papa dispensare potest, vt in c. propo-
4 suit. de concess. præben. No. q † Papa dispensando super matri.
a per consequentiam dispensat super legitimatione filiorum, a etiam respectu hæreditatum. & sic est casus, in quo dispensat Papa cum laico super legitimitate. de quo in c. per venerabilem. j.
5 eod. No. duos casus, in quibus † non obstante impedimento proles est legitima. Primus, si præcessit dispensatio ecclesiæ. Secundus, si parentes ignoranter contraxerunt. Sed est dubium, nunquid quælibet ignorantia sufficiat, ignorantia facti probabilis excusat, vt in c. ex tenore. & fortius ignorantia iuris & facti: sed de ignorantia iuris tantum potest dubitari. Pro quo vide bonū text. in l. qua in prouincia. ff. de ritu nup. vbi videtur innui, q error iuris causa longinquitatis temporis excusat, ad hoc vt sint filii legitimi. Item facit l. sed & si lege. §. scire. ff. de petit. hæredi. vbi dicitur, error iuris non tollit bonam fidem quo ad faciendū fructus suos. sed in contrarium facit c. per venerabilem. j. eod. &
6 dic vt ibi dicam. Vltimo no. q † filii illegitimi totaliter excluduntur ab hæreditate paterna, quando matrimonium est contractū subsistente impedimento ecclesiastico, quasi sint incestuosi.
7 Quæro, quia hic dicitur, illegitimum non succedere in bonis † paternis: quid in maternis. vide ff. vnde cogna. l. hac parte. l. si spurius. ff. de inoff. testamen. l. si suscepta. C. ad Orficianum. l. si qua illustris. & hoc remittit ad summam eod. titu. versi. spurii. & sequen. & de testamen. c. Raynaldus. Hostien. ibi not. vide quod dixi in c. cum haberet. s. de eo qui duxit in matri. & latius dico in c. per venerabilem. j. eod. Venio ad glo. j. ponit casum primo, secundo colligit not. Glo. 2. ponit duas lecturas, & opponit. Pro eius expeditione hic in tex. dicitur, q de permissione ecclesię tales filii sint legitimi: talis enim permissio nihil operatur, argu. de præben. cap. cum iam dudum. gl. timore contrarii ponit duos intellectus: vnus, quòd hi non sint legitimi, quia matri. non fuit ab ecclesia permissum prin. licet affuisset tale impedimentum, filii essent legitimi. & hic intellectus procedit sine scrupulo secundum Butri. dicit q procedit cum scrupulo, ex quo præsupponimus q contrahentes sciuerint impedimentum, per c. fin. de cland. desponsf. Secundo intelligit glo. q hic fuerint legitimi: quia hoc matrimonium fuit approbatum iure speciali ex dispēsatione: & sic proles fuisset legitima. sed iste intellectus non videtur bonus secundum But. quia dato q fuissent parentes, scientes a tempore principii contractus dispensatio superueniens non validasset legitimationem nec prolem. facit quod dixi secundum Ioan. And. in c. tanta. in 5. q. post Vincen. s. eod. Innocē. Vincen. videtur adhærere primo intellectui, exponendo permissionem, idest tolerantiam. Hostien. exponit, idest non contradictionem: sed dic, q primus intellectus glo. aliter loquitur. ratio, aliud est approbatio, aliud dispensatio, aliud tolerantia. de primo loquitur principium glos. de secundo loquitur secunda pars glo. de tertio loquitur Innocen. & Hostien. ideo potest esse tertius intellectus, quem dant Hostien. & Innocen. primus intellectus glo. verior secundo secundum Card. hic. quartus intellectus est, q non fuit proles legitima hic, quia opinio huius matrimonii non fuit ab ecclesia approbata propter scientiam, quia si approbata fuisset, legitimarentur filii. Butri. hic latius exorditur distinguendo, aut matri. contractum fuit subsistente impedimento publicæ honestatis a scientibus, nec fuit subsecuta approbatio nec dispensatio ecclesiæ: & tunc non legitimatur proles. Aut fuit contractum subsistente publicæ honestatis iustitia ab ignorantibus, & in facie ecclesiæ: & hoc cēsetur contractum approbante ecclesia & legitimatur proles. & idem, & multo fortius, si a principio fuit contractum ignoranter, & postea subsecuta est dispensatio expressa, argu. c. quod nobis. supra proxime. Aut fuit matri. contractum subsistente publicæ honestatis iustitia, & clam a principio, & postea non fuit approbatum: & dic vt nota. supra c. prox. dumtamen scias, q approbatio superueniens non legitimat prolem, nisi quando parentes ab initio fuerunt ignorantes, non tenet matri. Aut est contractum in facie ecclesiæ subsistente impedimento: & tunc aut ignorabant ius & factum, & proles est legitima: aut factum tantum, idem. aut ius tātum, & est casus dubius. & q sint filii legitimi, facit j. eod. c. per venerabilem. Et quia error iuris non tollit bonam fidem. quòd vero non sint legitimi, facit l. prohibitum. C. de iure fisc. vide ad hoc l. qua in prouincia. ff. de ritu nup. vbi iuris error cum longinquitate temporis legitimat prolem. vide no. in c. cum haberet.
8 supra de eo qui dux. in matri. No. ergo plura ad † legitimandam prolem, iuris ignorantia alterius, vel vtriusque superuenientia matrimonii, concurrente approbatione ecclesiæ, quando matr. est publice contractum, & dicitur publice contractum, quando est seruata solennitas c. cum inhibitio. subsequens matrimoniū, quando est verum & contractum de iure, supra eo. tanta. Idem si ex dispensatione sit contractum matrimonium, supposita eorum ignorantia legitima parentum, argu. supra c. nobis. & in c. sequen. Item legitimatio principis, vt in c. per venerabilem. supra eod. Item subsequens approbatio matrimonii, etiam supposito impedimento, & supposita ignorantia parentum, vel alterius eorum, supra eod. c. q nobis. Item si sit subsecutum opinatum matrimonium cum concubina, & non verum propter aliquod impedimentum, dummodo sit in facie ecclesiæ contractū ab ignorantibus, vt dictum est in c. tanta. Et per hoc expedita est glo. fin. hic, quæ ponit tres modos legitimandi prolem. & de materia huius decre. dixi in c. prox. & dicam in sequenti, & ibi dicā multa, quæ conferunt ad materiā huius decre. hic non sunt alia.

ADDITIO.

a ¶Filiorum. Vide tamen Bar. in l. eum qui aliàs l. Paulus. ff. de sta. hom. qui dicit, q dispensatio super matrimonio illegitimo contracto inter gradus phibitos facta per Papam non trahitur ad filios natos vel conceptos ex eis ante dispensationem, si scienter coniuges contraxerunt matri. secus si ignoranter. & tenet Bal. in l. ex libera. C. de suis & legit.

SVMMARIVM.

1 *Ad legitimam prolem concludendum quid sufficiat.*
2 *Practica sententiæ in causa legitimationis.*
3 *Onus probandi aliquem legitimum vel illegitimum cui incumbat.*

C A P. XI.

PEruenit. Ad docendum prolem illegitimam non sufficit probare impedimentum matrimonii in facie ecclesiæ contracti. h. d. Primo mulieris querela. secundo super illo datur iudex. & super pronunciatione instruitur talis iudex. secunda ibi, mandamus. In tex. ibi, quidam. forte agnati, sic supra c. j. & ij. c. lator. secundum Hostien. In tex. ibi, si est ita. scilicet q parentes in facie ecclesiæ contraxerint, nec in vita, nec post mortem infra quinquennium aliqua quæstio mota fuerit, secundum Hostien. No.
1 primo secundum Butri. q ad concludendum † prolem legitimā sufficit dicere matri. legitime contractum quo ad solennitates extrinsecas ab ecclesia requisitas, quandiu vixerint coniuges, quiete in coniugio permansisse. No. secundo, q non admittitur quis ad probandum impedimentum matri. quo ad concludendum prolem illegitimam, vt in facie ecclesiæ est contractum. Et sic non admittitur quis ad probandum, quod probatum non releuat, l. ad probationem. C. de probat. c. cum contingat. supra de offic. deleg. Et ad concludendum prolem legitimam sufficit colorata possessio matrimonialis, etiā dempta vera proprietate
2 matri. Vlti. no. practicam sententiæ in † causa legitimationis, vt pronuncietur talem legitimū: et per verba denunciatiua vel declaratiua sententia proferetur, quando ius solū exigit declarationem & nouā dispositionē. Venio ad gl. quę opponit & sol. tripliciter. prima sol. ibi, alienans. secunda ibi, vel hæc. tertia, vnde dicatur. secundo principaliter aliud p̄rium opponit & sol. No. primo circa primā solutionē, q de statu defuncti post quinquenniū non q̄ritur. & dicit Goff. vt dicit Io. An. super hac gl. q post quinquennium

quennium non pōt cognoſci, vt reuocetur in peius, ſed in melius ſic, ff. ne de ſtatu defunc. l. j. & fi. nec in crimine læſæ maieſtatis vel hæreſis habet locum præſcriptio quinquennii, C. ad leg. Iul. ma. l. vlt. 24. q. 3. c. ſane pro forma. Hoſt. autē, vt hic refert Io. And. ſuper verbo, vide certis. in fi. illius apoſtil. dicit, ꝙ ibi de mala fide nihil obiicitur, ſi mat. fuit impetitum & accuſatum in vita parentum, adhuc in perpetuum quæri poteſt. & pōt intelligi ſm ipſum C. ſi accu. vel reus mor. fu. l. fi. C. ne de ſtatu defun. l. quamuis. s. eo. c. tranſmiſſæ. niſi ſuperior ex cauſa malę pręſumptionis apponat certum tps, quo elapſo clauditur omnis via, s. eo. c. lator. & hoc quo ad hęreditatem ſuam: nam quo ad delictū parentum crimen extinctū eſt morte, vt probant iura prædicta, & ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. l. pe. & de hoc s. e. c. cauſam. el 2. Si autem in vita parentum matrimonium impetitum non fuerit, adhuc intra quinquennium ratione bonorum de hoc bene quęri pōt, elapſo quinquennio non. Et ſic intelligitur C. ne de ſtatu defunc. l. j. & 2. nō autem in aliis caſibus, vt ſi dr̄ fuiſſe emancipatus, C. ne de ſtatu defun. l. quod conſtitutum eſt. In caſu autē huius capituli non agitur de ſtatu, ſed de legitimitate: & ſufficit ſm Bu. ꝙ non apparet in caſu noſtro hæc pręſcriptio inducta, vel aliquod ius. Item in eo quod dictum eſt de quinquennio: imo vr̄ ꝙ debet attendi decennium ſm Hoſt. qui alleg. s. de coniu. ſer. c. licet, ibi. factum narrat ſm eum, qui ſe geſſit pro libero, & fuit in bona fide. non procedit tunc quod dr̄ de quinquennio eius, qui fuit in fuga vel latitans, C. ne de ſtatu defun. l. fi. Ex his habes ergo, qualiter procedit id quod dicit gl. j. in ſolutione, cum dicit de quinquennio. Secundam ſol. reprobat gl. & no. gl. ꝯ ſolutiones, quæ colliguntur ex lectura ſm Card. & hanc ēt But. reprobat dicens, nō video qualiter qō vel exceptio ſtatus admittitur. Aut. n. ꝯxit ſcienter: & tunc non eſt mat. Aut ignoranter: & adhuc non ſufficeret probare defectum ſtatus ad prolem illegitimam concludendam, niſi forte qñ clam ꝯxiſſet. Et in eo quod dicit glo. in tertia ſolutione, vera eſt. cōcor. cum ea Io. An. in ſummario ſuo: & cum dicit gl. noſtra, ꝙ pars aduerſa potuiſſet probare ꝯrium: dicit Inn. vt refert Io. an. in gl. iſta ſuper verbo, nihil. gl. probat ꝙ non admitteretur volens probare, ꝙ inter coniuges fuit impedimentum: quia hoc probatū non releuat quo ad reddendam prolem illegitimam, ex quo mat. erat ꝯtum in facie eccl. Sed ſi vellet probare matr. fuiſſe clam, & ſic poſt mortē coniugū, debent filii illegitimi excipere, ꝙ parētes nō fuerūt ꝯſanguinei. ſm Inn. & Hoſt. qui exponunt verbū, legitime, i. bona fide in facie eccleſiæ nullo ꝯdicente, nec eccle. inhibente, s. eo. c. proxi. ſecus ſi clā mala fide. & ſic concor. s. eo. c. cauſam. & s. c. proxi. volunt ergo iſti, ꝙ qñ matri. fuerit clam, nihil prodeſt, ex quo coniuges ſunt impediti. & hoc voluit tertia ſol. gl. Si aūt in facie eccleſiæ ꝯtū ſit, tūc hoc ipſo proles iudicatur legitima. quarta ſolutio fuit extra gl. Tanc. ad c. cauſam. vt refert Io. an. ſuper gl. in verbo, de matri. quia ibi erat impedimētum ſuper terram ambulans, cū eſſet vir ſuperſtes: hic aūt fuerat impedimentum ſm Gof. Sed ꝯ gl. oppo. & ēt ꝯ tex. ꝙ imo excipientes hic debuerūt audiri ꝯ illud matri. ēt poſt mortem, per regulam quæ annalia ſunt ad agēdū &c. ff. de doli excep. l. pure. c. ſi aūt. de reſcrip. lib. 6. & non pōt excipienti imputari, de quo plenius in d. c. ſi aūt. & dic ꝙ pōt imputari, qñ agendo potuit perpetuare ſuam exceptionem. & intellige ſm Car. ꝙ non auditur accuſator vel exceptor, ſi vult probare ſolum impedimentum matri. Ho. hic, vt refert Io. An. in verbo, legitimo. dicit ꝯrium procedere, niſi ſit quid imputari poſſit: ſecus ſi vellet probare aliquod, quod inferat illegitimitatem, vt s. dixi ſm Inn. Et qualiter cum quæritur de aliquo, an ſit legitimus, dicit Hoſt. vt refert Io. an. ſuper verbo, inducentis. in prin. ꝙ aut parentes eius nullo modo ꝯxerunt: & tunc pōt quæri perpetuo. de hoc s. eo. c. 2. niſi forte adeo factum ſit antiquum, ꝙ non poſſit ꝑbari ꝯtus, quia tunc ſufficit probare per alias coniecturas. facit quod dixi s. eo. c. lator. aut parentes in facie ꝯxerunt: & tunc aut obiiciens vult probare malā fidē ꝯhentium: & tunc admittitur, quia hęc duo æquiparantur, ꝯhere ignorāter in eccleſia, vel in facie eccleſiæ mala fide, s. de cland. deſp. c. cum inhibitio. pręſumitū tū bona fides, niſi mala probetur, l. quotiens. §. qui dolo. ff. de ꝓba. & de præſum. c. fi. But. aūt colligit prædicta per diſtinctionē. Aut conſtat de matri. in vita ꝯcto in facie eccleſiæ: tunc præſumitur de eo, ideo ꝙ poſt mortem opponens, qui nihil offert ſe probaturum, non admittitur, & præſumitur pro matrimonio. Aut opponitur poſt mortē ꝯ matri. ꝯtum in facie eccleſiæ: & de hoc conſtet, & offert ſe probaturum impedimētum occultū: & hoc caſu ēt quia per hoc non concluditur neceſſario ſcientia parentum, non quia probatum non releuet quo ad illegitimitatē, c. cū inhibitio. præal. ſaluo niſi offert ſe probare impedimentum notorium, in quo non pōt de facili prætendi ignorantia parentū: & tunc admittitur oppoſitio ēt poſt mortem, c. cām. el j. s. eo. vbi opponebat, ſi offerebat probaturum ꝙ Agatha erat nata ex Anclina, quæ habebat annum Alanum, qui ſuper terram gradiebatur. Et hæc vera ſunt, qñ opponitur aliud q̃ de ſtatu: quia ſi de ſtatu, poſt quinquennium non admittitur opponens. s. dixi in j. par

3 te gl. Venio ad vltimam opp. gl. & no. eam, cui † incumbat onus

a probandi [a] aliquem legitimum vel illegitimum. & colligitur ex gl. ꝙ præſumptio pro matrimonio vel ꝯ matri. transfundat onus probādi: vnde qñ eſt cōis opi. de matrimonio, dicens prolem illegitimam, tenetur probare: ſed vidua hic proſequens hæreditatem & agebat & petebat ſe pronunciari legitimam, ideo ſibi incumbit probatio, 6. q. vlt. c. lator. l. qui accuſare. C. de eden. opponitur ꝯ gl. in eo quod in fi. oppoſitionis de illegitimitate opponitur negatiue: ergo indiſtincte in aduerſariū onus probandi trāſfertur, s. de ele. c. bonæ. vbi plenius de hoc. & intelligo, niſi præſumptio eſſet pro negante, vt dixi in c. lator. But. aūt hic latius diſtinguit in hoc articulo: Aut non conſtat aliquid pro matrimonio, & dicens ſe legitimum debet probare, vt hic: aut aliquid cōſtat ſaltem cōi opi. & hoc releuat ab onere probandi: aut filius poſſidet hæreditatem, & petitur hæreditas per alium; & tunc petens tenetur probare: ſi tū petens probat aliquam propinquitatem, vel ſe inſtitutum: & tunc aut opponit poſſeſſorem non filium, quia negat matri. ꝯctum: & tunc filius arctatur probare ꝯctum vel tractatum, vt dixi s. in c. lator. aut negat ipſum legitimū faciendo matri. & præſumitur pro matrimonio: aut dicit illegitimum eſſe, & cland. matrimonium, & hoc probat: & tunc filius arctatur, quia pręſumitur ꝯ eum: aut qui dicit matr. illegitimum, fatetur tū in facie eccleſiæ ꝯctum, & opponens arctatur probare, quia præſumptio eſt ꝯ eum: aut filius agit petens hæreditatē: & tunc arctatur ad probandum ſe legitimum & filium: probat autem, eo ꝙ probat matri. in facie eccleſię ꝯctum, niſi aliud probetur. Et ſufficit ēt probare de matrimonio, quod pro marito & vxore reputabatur: quia non deducit matrimonium principaliter in iudicio: vel forte non ſufficeret ſm eum, quia principaliter matrimonium cum ſit cauſa cauſæ agendi, & poſſeſſio eſt de recenti, l. & qui nondum. §. quod dr̄. ff. de pig. ſecus ſi matr. eſſet antiquum, arg. eorum quæ notantur s. de teſti. c. veniens. & in c. illud. de præſump. per Inn. & Hoſt. & in c. licet. de ſimo. & dixi in c. lator. s. eo. & habetur per Inn. de verb. ſig. c. veniens. Nec obſt. quod no. idem Bu. & ibi dixi in c. tranſmiſſæ. s. eo. quia procedit, qñ dubitatur de filiatione, quæ non eſt de facili probabilis, & dictum eſt. hic aūt loquitur de ſola legitimatione ex matrimonio ꝯcto vel non ꝯcto, quod eſt de facili probabile. Non obſt. l. filiū. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. quia illam legem intelligit But. quia teſtes probant matrimonium directum: quia ibi non dicebatur, ꝙ eſſet opi. quia natus eſſet ex matrimonio, ſed dicebat ꝙ natus eſſet ex vxore vicinis ſcientibus, & cōi opinione tenebat & tractabatur pro vxore: quia hoc probato concluditur proprietas matrimonii, per no. in c. illud. de præſump. vnde ſm ipſum ſola fama ſine tractatu non ſufficeret, tractatus autem cum fama, ſic. hæc vera in matrimonio de recenti: in matrimonio vero de antiquo bene ſufficeret ſola fama. hic non ſunt alia.

A D D I T I O.

a ¶Probandi. vide plene per Spe. de proba. § j. ver. verum. vbi a quo fiat probatio, & qualiter, quando obiicitur filiis ꝙ non fuit matri. inter parentes eorum. & vide etiam no. & plene per do. Soc. conſi. 39. incip. Viſis & inſpectis. ver. quo ad primam dubitationem. in j. par. char. 77. vbi an filius ſit legitimus ex legitimis nuptiis genitus. & an illegitimus, cui incumbat onus probandi, an agēti vel econuerſo excipienti de illegitimitate.

S V M M A R I V M.

1 *Filiationis & legitimitatis triplex probatio.*

2 *Matrimonii probatio per teſtes cum materia, ex qua conſtat filium genitum eſſe, præiudicat communi opinioni, & præualet etiam tractatui.*

3 *Ad famam probandum, & inſtruendum teſtes, quomodo ſe habeant in probanda fama, & in cauſa reddenda, oportet quòd concludatur opi. maioris partis viciniæ.*

4 *Pater ſi nominat filium in teſtamento, vel alibi legitimum, an videatur ipſum legitimaſſe, & quando. nu. 16. & 17.*

5 *Filium aliquem eoipſo quòd quis tractat & nominat, an habeatur pro filio. & nume. 12.*

6 *Teſtes debent deponere de loco contractus, tamen valet eorum teſtimonium, ſi non interrogantur, & nihil deponunt.*

7 *Probatio dubia multipliciter intelligibilis releuat ponentem & probantem. & quando.*

8 *Iudex vbi in proceſſu vel ſententia exprimit duplicem cauſam, quarum vna facit ad rem, altera non, licet principaliter moueatur, cauſa ad rem non faciente, valet proceſſus & ſententia.*

Aduocatus fouens iuſtam cauſam, debet allegare iura facientia pro ſe, etiam ſi non ſint efficacia.

Aduocato fouenti iuſtam cām, licitum eſt per fas vel nephas eam defendere.

y *Appellatio*

9 *Appellatio requirit expreſſionem cauſæ, vbi iudex principaliter motus eſt ex cauſa non legitima ad iudicandum.*
10 *Argumentum a ſimili non procedit, ſi notari poteſt aliqua diſſimilitudo.*
11 *Parentum aſſertioni ſuper legitimatione an ſtetur.*
13 *Filiationem vel fraternitatem non probat denominatio per epiſtolam vel per vocem.*
14 *Sponſalia de futuro non legitimant prolem, niſi ſequatur copula.*
15 *Matrimonium præſumptum quid ſit.*
18 *Filij an præſumantur retro legitimi, cum quis accipit vxorem cum proteſtatione, quòd vult concubinam, deinde ſpacio temporis profert iſta verba, dicendo aliquem ex filijs filium, non adijciendo naturalem.*
19 *Filiationis pronunciatio nihil operatur, quando emanat propter aliud.*
20 *Præſumptio iuris & de iure an admittat probationem in contrarium.*
21 *Diſpoſitio huius c. an habeat locum legitimis exiſtentibus.*
22 *Filius in caſibus, in quibus præſumitur retro fuiſſe legitimus, iſte eſt proprie & vere legitimus, & habet omnia quæ veri filij legitimi de iure ciuili habent, & de iure canonico.*
23 *Item ad ordines de iure cano. talis filius admitteretur.*
24 *Oblatio curię duobus modis fit, ſ. per patrem de filio: ſecundo per filium de ſeipſo mortuo patre.*
25 *Legitimatio per oblationem curiæ eſt introducta a iure ciuili.*
26 *Legitimatio per oblationem curiæ quibus filijs conueniat.*
27 *Oblationes curiæ forma quæ ſit.*
28 *Oblationes curiæ effectus.*
29 *Oblati curiæ an ſuccedant in totum in bonis paternis, ſi legitimi nõ extarẽt.*

CAP. XII.

PEr tuas. Statur dicto teſtium, qui probant aliquem eſſe legitimum, licet fama viciniæ habeat contrarium. h.d. ſm Io. An. Primo ponitur conſultatio. ſecundo reſponſio. ſecunda ibi, nos igitur. No. pro communi ſolutione, aliud hic, aliud ibi. de hoc ſ. de reſcrip. c. ſi quando. ſecundum Hoſt. hic. No. j. ſecundum But.
1 triplicem ſpeciem probationis, † filiationis, & legitimitatis. prima communis opi. & fama ſuper filiatione legitimitate aſſertio parentis, eo ꝙ ipſum aſſerit filium & legitimum in actu filio ꝓportionabili, vt hæredem inſtituẽdo. tertia, tractatus, quãdo mulierem eius tractauit tanquam vxorem, non vt concubinam. facit c. illud. de præſump. Adde quartam ſpeciem, videlicet probãdo matri. videlicet cum illa, cum qua filius genitus eſt. No. ij. ꝙ
2 probatio matrimonii † per teſtes cum materia, ex qua conſtat filium genitum eſſe, præiudicat cõi opi. & præualet etiam tractatui. Et ratio, quia probatio matrimonii per teſtes quo ad legitimitatem eſt vera probatio per famam & tractatum: ergo coniugum eſt probatio opinata, quæ poteſt habere in ſe ſimulationẽ, quæ conſtituit de veritate opinionem. & ſimulatio cedit veritati, vt hic optime probatur. facit c. veritate. & c. qui cõtenta. 9. diſt.
3 No. iij. ꝙ † ad probandum famam & inſtruendum teſtes quomodo ſe habeant in probãda fama & in cauſa reddenda, quia oportet ꝙ concludatur opinio maioris partis viciniæ. ita do. Ant. hic. & de hoc arg. poſui remiſſio. in c. cum in tua. ſ. de ſpon. No. iiij.
4 ar. ꝙ † ſuper legitimitate non videtur ſtare dicto parentis, etiam ſi inſtituendo filium legitimum appellat. quod videtur cõtra theoricam Doctorum in l. j. §. Iuli. ff. de libe. agno. Sed veritas videtur ſecundum Butr. quia ex hoc probatur filius præſumptiue, vt eſt caſus ſ. eo. c. tranſmiſſæ. & facit iſte tex. & ideo Papa dixit, ꝙ nõ tam auctoritate illius auctoritatis Alex. q̃ auctoritate veræ probationis mouetur: non quaſi illa nominatio non arguat ipſum filiũ, imo arguit: ſed mouetur ex vtroque, ſ. ex nominatione patris: & ex iſta probatione ideo Papa loquitur nõ electiue, ſed cõparatiue, i. non tantum mouetur ex illa aſſertione, quantum ex probatione teſtium, quaſi ex vtraq; moueatur: ſed nõ tam ex vera q̃ ex præſumptiua, quia ex præſumptiua oſtendit ſe eſſe dubium, & habens verã debet oſtendere ſe certum. & ſic ſuus proceſſus habet quandam repugnantiam, j. de purga. can. c. cum di-
5 lectus. No. v. ꝙ eo ꝙ quis † aliquem filium tractat vel nominat, habetur pro filio. de hoc dixi in c. tranſmiſſę. hic tamen non ſtatur aſſertioni patris, quia cõtra ipſum habet communem opi. & famam & tractatũ, ſi tamen iſtam tractaſſet vt concubinam nõ vt vxorem: ſed aſſertio patris de filiatione in actu filio proportionabili & in vita & in morte repetita fuiſſet, ſuccumbit in probatione legitimitatis communis opi. iuncto tractatu in oppoſitũ, qđ no. & ſic atteſtatio in extremis videtur plus ampliari in vim teſtis, q̃ in vita, etiam ſi voluntarium iuramentum iurauerit. facit c. ex literis. de in integ. reſt. l. rationes. cum ibi no. C. de prob. cum auth. ibi poſita, quæ etiam poteſt adduci in cõtrarium. No. vj. ꝙ ad eccleſiam ſpectat iudicium de hæreditate ad hoc in vim conſequentiæ, ſ. eo. c. cauſam. el 2. & ob hoc dicit Inn. ꝙ hic pronunciatum fuit iſtum admittendum ad patrimonium, non obſtante ꝙ diceretur illegitimus: nam aliter de hęreditate principaliter non pertinet ad eccleſiam, vt in c. lator. & c. cauſam. ſ. eod.
6 No. vij. ꝙ teſtes † debent deponere de loco contractus: tamen ſi non interrogantur, & nihil deponunt, valet teſtimonium, vt no. Inn. de re iud. in c. abbate. lib. 6. No. viij. ꝙ dubia probatio multi-
7 pliciter intelligibilis † releuat ponentem & probantem, quando in quolibet intellectu concludit ad intellectum probare volentis. ad hoc ſ. de teſti. c. cum cauſam. Et hoc caſu admittitur dubia probatio in caſu noſtro. facit de reſcrip. c. ex parte. c. licet. de proba. de teſta. c. Raynaldus. & hoc verum, ſi in quolibet intellectu non arguat per illam probationem eiuſdem qualitatis, dummodo ſit ſufficiens: ſed in vno arguat præſumptiue, in alio vere: qđ hic declaratur. hic enim affidare intelligi poteſt de præſenti & de futuro vbiq; ſecuta copula, de qua conſtabat, matrimonium concluditur, ſed in vno caſu verum, in altero præſumptum. certe de hac probatione fertur ſententia, quia in vtroq; intellectu concluditur intellectus agentis, licet in vno arguat verum: & ſic patet dictum teſtis ſufficere concludere vere aut præſumptiue, arg. in l. j. in 3. col. ff. ſi cer. pet. Bal. in c. præterea. & in c. cum cauſam. vbi Inn. de teſti. do. Ant. in c. literis. vbi Inn. de præſump. dicetur tamen quando teſtis dictum concludit præſumptiue, præſumptiua probatio non eſt vera. ita Bar. ſentit vbi ſ. Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. in l. j. C. de ſer. fug. Et ſic no. ꝙ ſpõſalia de futuro cum copula in matrimonium tranſeunt, & in inſtanti copula proficit ad legitimam prolem ex copula cõcepta. & propter hoc not. hic Abb. ꝙ filius natus ex ſponſa ex ſponſalibus de futuro ſit legitimus: & licet nũquam fuerit matrimoniũ in facie eccleſiæ publicum, quod verum non eſt apparente poſtea impedimẽto. No. ix. aliud generale, ꝙ plus valet quod in veritate agitur. de quo in gl. pe. & dicit Hoſt. ꝙ quia veritas hoc facit pro legitimatione, ideo præfertur opinioni. Si vero faceret ꝯ legitimationem, præfertur opinio veritati, j. eod. c. ex tenore. de hoc ſ. de big. c. nuper. No. x. ꝙ ipſo facto aliquid negatur, de quo
8 in gl. pen. No. xj. ꝙ vbi † in proceſſu vel ſententia iudex exprimit duplicem cauſam, quarum vna facit ad rem, altera nõ, licet principaliter moueatur, cauſa ad rem non faciente, valet proceſſus & ſententia: ſecus ſi vnã tantum exprimeret. de quo j. & de hoc per Inn. & But. poſt eum, ſ. de renun. c. in præſentia. & ſic quandoq; ſuſtinetur ſententia non tam per rationem, qua motus eſt iudex, q̃ per aliam, j. de accu. c. ad petitionem. de quo dixi in c. dilecto. ſ. de app. Et ex hoc infert Hoſt. ꝙ aduocatus fouens iuſtam cauſam, iura facientia pro ſe allegare debet, etiam ſi non ſint efficacia, vt quia poſſet eis reſponderi: nam vt experientia docuit, ſæpe iudices & conſultores mouentur ad pronunciandum potius per iura, quæ minus faciunt, q̃ per ea quę plus faciunt. Et ſic habet locum regula, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant collecta, ſ. de proba. c. cum cauſam. & no. gl. ſ. de præſump. c. tertio loco. dicit tamen, ꝙ iura non ſunt trahenda ad reprobum intellectum, regula fi. de reg. iur. lib. 6. & licet decre. tranſmiſſæ. ſ. eo. dicatur caſus diſſimilis, tamen ſecundum Inn. facit pro iuſtitia ſententiæ, de qua in litera noſtra. & ex iſtis habes, ꝙ licitũ eſt aduocato in ſententia fouenti iuſtam cauſam per fas vel nephas eam defendere. vide gl. in c. cupiens. in verbo, malignantium. de elect. lib. 6. pro qua opinione facit, quia ſi licitum eſt bona defendere armis etiam decipiendo hoſtes, multofortius eſt licitum ꝑ tales allegationes decipere partem iniuſtitiam fouentem. Bu. tamen dicit hic ſe audiuiſſe a venerando magiſtro Luca ordinis Prædicatorum de Florentia, ꝙ contrarium tenent Theologi, ꝙ non eſt licitum mentiri, 21. q. 2. c. ne quis arbitretur. & hoc bene fatentur etiam noſtri Doc. in d. c. cupiens. ꝙ contra malignantes licitum eſt malignari, dummodo fiat ſine mendacio. No. xij. ꝙ
9 cauſa in appellatione † eſt exprimenda, vbi principaliter iudex motus eſt ex cauſa non legitima ad iudicandum. No. xiij. ꝙ arg.
10 a ſimili non tenet, ſi notari † poteſt aliqua diſſimilitudo. facit de conſti. c. tranſlato. c. cum dilecta. ſ. de confir. vti. vel inuti. c. licet Hely. de ſimo. facit c. ſicut vrgeri. j. q. j. gl. in l. creditori. ff. de ope. no. nunc. gl. in c. fi. in verbo, legitima. de ſupplen. negl. præl. li. 6. & ſi iudex moueatur a ſimili, quod tamen non eſt diſſimile, valet ſententia, dummodo ex alia cauſa poſſit ſuſtineri. & in quo fuerit hæc diſſimilitudo, dic vt in gl. vlt. No. vlti. quem dici legitime proceſſiſſe, quando legitime proceſſit ex fine, licet in me-
11 dio allegatur ꝙ errauerit. † Opp. primo: nam ex quo pater hunc filium affirmauit legitimum, debet ſtari confeſſioni, quia ſola ꝯfeſſio ſufficiat ad probationem, de proba. c. per tuas. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. fin. & maxime, quia hæc confeſſio erat iurata, vt in litera noſtra, ar. C. de proba. in auth. quod obtinet. facit qđ not. in c. fin. ſ. de ſucceſſ. ab inteſt. Soluit Inn. ꝙ hæc confeſſio patris non ſufficit, cum facto fuerit proteſtatus contrarium, ſcilicet accipiendo aliam mulierem in vxorem, arg. ſ. de cler. coniu. c. fi.

ſi non

si non fieret præiudicium matrimonio secundo, valeret ista confessio, & deberet habere eam pro vxore, argum. d. l. proinde. §. fin. & eo modo hæc confessio prodest filiis, si præiudicium alteri non fieret. nec obst. s. c. transmissæ. quia ille casus est dissimilis, vt hic dicitur in litera: in quo autem sit dissimilis, non exprimitur: sed glo. vltima dicit, ꝙ est dissimilis, quia ibi confitebantur parentes contra, hic autem pro filio. sed vt dicit Ioã. And. in glo. vltima, hæc dissimilitudo parum valet, si creditur neganti vt ibi, quare non confitenti vt hic: sed voluit ipse, quia ibi non negabatur qualitas, idest legitimatio. item hic fictum contradicebat vero, ibi secus. item ibi assertio viri & mulieris erat, hic viri tantum, secundum Ioan. And. Sed quo ad hoc vltimum satis videtur velle litera, ꝙ etiam mulier idem asserebat. Io. An. & Inn. dicunt in c. transmissæ. non dicitur, ꝙ crederetur in eo quod dicebat non filium, sed quia per hanc confessionem non fiebat aliis filiis præiudicium, imo proficiebat eis. imo dicit Inn. & Io. An. dici potest, ꝙ vbi non fieret præiudicium filiis alterius matrimonii, statur confessioni parentum: & vbi fit præiudicium, nõ, vt hic. hoc tamen vltimum non hic colligitur, quia non apparet ex litera, ꝙ alii filii extarent. dicit etiam Inno. ꝙ in c. transmissæ. pater nihil fecit, vt dixi, contrarium suæ confessioni. & per id reuertitur ad id quod s. dictum est. s. ꝙ hic non statur ipsi confessioni, quia hic ipso facto fuit protestatus contrarium. pro hoc litera nostra ibi, ipso facto matri. denegasse. & in illo ver. dicit Inn. sed per hanc denegationem sola confessio patris non sufficit pro legimatione: & hęc videtur mens literę ibi, nos igitur. in eo quod dixit plus valere quod agitur: quasi dicat, ꝙ attenta confessione patris, quia posset esse filiatio, vt quia filii possent asserere illam fuisse vxorem, quæ reputabatur concubina, & non esse: ideo nõ tam attenditur hæc confessio, cui ipso facto contrauenerat. Oppo. in eo quod dicit istum iudicem processisse legitime, ſm Inn. videtur ꝙ illegitime, cum non fuerit nixus iuri facienti pro tali determinatione. facit c. ex parte. s. de concess. præb. soluit Host. dicens, ꝙ de hoc non fuit expressum in sententia, s. de re iudi. c. sicut. item fuit nixus probationi veræ, per quam determinatum fuit. facit c. cum I. & A. de re iud. & ad c. transmissæ. dic ꝙ licet in c. transmissæ. s. eo. sit casus dissimilis, vt hic dicitur, tamen facit pro iustitia huius sententiæ: & secundum hoc expone literam, vt dixi in quarto no. & dicit Host. ꝙ illud verbum non potest legi priuatiue, i. nullo modo. sed prima verior, quę tandem sibi placet. Quęro, quia iste tex. videtur probare, ꝙ nominatio de filiatione facta propter se facit ius, de q. facti aliquouis scribendo literas alteri, appellat eum dominum talis loci, vel episcopum talis eccl. dic ꝙ ex hoc noĩanti non præiudicatur, quin possit agere pro prædictis, & dicere nõ illum, sed se dominum vel episcopũ. fuit. n. talis nominatio facta propter aliud, s. causa legitimatiõis, vt sciretur ad quem literæ diriguntur. facit ff. de pac. l. epistola. in prin. de quo per Cy. C. de proba. l. non epistolis. & l. non nudis. & in cle. j. de proba. & per Bar. in l. j. §. Iulia. ff. de libe. agn. & in l. ex hac scriptura. ff. de dona. nec ob. s. de his quæ fi. a mai. par. ca. in c. ex tenore. quia ibi non fuit enunciatio sola, sed fuit & ibi actus facti, quia obediunt tanquam prælato. Venio ad gl. & capio

12 gl. quartã, & opponitur, ꝙ † debuit stari assertioni patris in eo qđ appellat filium legitimum sine alia probatione, in auth. item si quis. C. de nat. lib. soluit gl. hic ponens plures modos, quibus q̃s legitimatur. & cum alleg. auth. item si quis. in corpore, vnde sumitur in Auth. nõ distinguitur, an habeat alios filios vel non: tamen intelligo vt dicit gl. nostra, dum alleg. Auth. quib. mod. nat. effi. leg. §. si vero non habeas. In ea. gl. ibi, si pater offerat filium. dic, siue deputatus sit seruitio vrbis Constantinopolitanæ, siue Romanę nouę, vel ciuitati suę originis, vel cuiuscunq; metropolitanæ. Et idem est in filia, quam quis copulat curiali, vel officiali alicuius prædictarum ciuitatum, C. de nat. lib. l. 3. Insti. de nup. in fi. & succedunt cum legitimis, & possunt institui æquivalenter, Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. quoniam. & hoc, quando ex libera muliere susceptus est filius: nam si ex serua, non posset legitimis superstitibus, vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis igitur fuerit. & necesse est, ꝙ filius consentiat, §. & generaliter. d. authẽ. Sed non insisto nunc in ista parte prima huius gl. quia eam declaro latius in c. per venerabilem. Capio secũdam partem gl. j. item est arg. gl. arguit ex litera, oppo. & soluit ibi, Insti. de ado. §. v. & vult, ꝙ seruus, quem dominus apud acta nominauit filiũ, liber est, licet id ad ius filii accipiendum non sufficiat. In gl. ibi,

13 l. neque. & l. non epistolis. denominatio † per epistolam vel per vocem non probat filiationem vel fraternitatem. In fi. gl. dic, ꝙ quandoq; fit nominatio propter aliud, vt causa insinuationis, vt sciretur ad quem literæ diriguntur. facit ff. de pact. l. epistola. in prin. de quo per Cy. C. de probat. l. non epistolis. & l. nonnullis. & in clem. j. de probationibus. & per Bart. in l. j. §. Iulianus. ff. de lib. agno. & in l. ex hac scriptura. ff. de donat. nec ob. s. de his quę fi. a mai. par. cap. in c. ex tenore. quia ibi non fuit enunciatio sola, sed fuit ibi actus positiuus, quia obediunt tanquam prælato. Glo. in verbo, affidasse. opponit & soluit, ꝙ non fuit sufficienter probatum, ꝙ iste est legitimus, ex hoc ꝙ pater affidauerat matrem: quia hoc potuit esse, postquam ille iam natus erat. glo. sol-

14 uit. In fi. dicit Abb. ꝙ etiam si filius † primus erat susceptus, dummodo pater contraxerit cum matre istius, priusquam contraheret cum secunda, legitimatur proles. quod dicit Io. And. procedere intelligendo, ꝙ contraxerit sponsalia de præsenti: tunc enim legitimatur proles, s. c. tanta. secus de spõsalibus de futuro, quia illa non faciunt matri. nisi sequatur copula, s. de spon. c. veniens. sic nec etiam legitimant prolem. pro hoc facit litera ibi, siue per verba. Gl. pen. not. ex litera. Glo. vlt. quærit & soluit, & est expe-

15 dita in prima opposi. Extra glo. primo quæro, quotuplex † est matri. dixi in c. quod nobis. s. eod. ꝙ erat triplex: verum, putatiuum, & præsumptum. & ibi de præsumpto hic me remisi. Dic ergo, ꝙ

a matri. præsumptum est, [a] quando pater habet filium ex matre, cũ qua nuptiæ esse possunt, denominando ipsum filium in testamento priuato vel publico, dummodo trium testium subscriptio adsit, non adiiciendo naturalem, talis filius est legitimus tanquam natus de præsumpto matri. vt in §. ad hoc. in Auth. vt liceat matri & auiæ. & in auth. item si quis. s. alleg. in glo. 4. circa medium, in c. nostro, quod ponit plures alios modos. Quæro se-

16 cundo, dixi s. si pater nominat † filium in testamento, an dicatur legitimus, quia sic natus sit legitimus, & sic olim & semper fuit & est legitimus: an vero nouiter ex tali nominatione assumat nouam qualitatem legitimitatis. Docto. videntur sentire, ꝙ per

b hæc verba nouiter legimetur. [b] Et Bart. videtur sentire in authẽ. item si quis. & in quadam sua disputatione, quam facit ad intellectum huius, quæ incipit, habens filium. pro contraria facit, ꝙ non est credẽdum ꝙ tex. vellet permittere quem per talem simplicem verborum prolationem exercere iura legitimandi, quæ sunt solo principi reseruata, vt in c. per venerabilem. j. eod. & ibi dico. facit in Auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. si vero solummodo. & in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. vbi licet pater dicat velle habere filios successores, per hoc tamen non legitimantur, sed habet principi supplicare. & si hoc esset verum, non esset opus aliis legitimationibus. puto, ꝙ prima pars sit verior: nam dicunt text. ꝙ est legitimus: ergo nõ indiget alia, vt in d. §. ad hoc. in glo. c. nostri. præsumitur enim cum matre contraxisse matri. ergo vbi vult text. ꝙ per talia verba probetur filius & legitimus, & ab initio fuisse legitimum, non autem exnunc constituatur matri. nam ista verba inducunt præsumptionem vehementem, ꝙ matri. intercesserit cum matre. hoc etiam tenet glo. in c. nostro. hoc etiam reperio tenere do. Anto. rosellum in suo tractatu legitimationis, q. 30. & est de mente Card. hic. Quæro tertio,

17 nunquid ad hoc vt ista talis † nominatio, de qua supra, effectum præstet, sit necesse proferri cum determinato tempore & limitato. Bartol. in superiore disputatione dicit, quòd sic, videlicet ꝙ tali tempore matrimonium contrahi posset ex muliere, aliàs si esset mortua, vel si inhabilis ad matr. non prodessent illa verba. facit text. in c. tanta. s. eod. & §. allegato, cum dicit, nuptiæ esse possunt. & sic nota possibilitatem debere adesse tempore prolatorum verborum. pro hoc facit Auth. quib. mod. nat. effic. legi. §. non solummodo. vbi si pater matris copiam habere non potuit ad matri. dicendo filios, vel etiam legitimos successores, non efficiũtur legitimi. ergo probatio istorum verborum in hoc casu non constituit eos legitimos. Et per hoc soluitur vnum ꝯrium tactum in quæstione præcedenti, & no. in d. §. si vero solummodo. oportet ergo ſm Bart. ꝙ talia verba proferantur tpe apto, & tunc a principe: hoc casu solum per talem prolationem verborum est data ptãs legitimandi, & certo modo limitato tempore, & non semper. & sic rñdetur ad illud ꝯrium in præced. q. ꝙ muliere defuncta, vel monasterium ingressa, vel alteri nupta non legitimetur proles ſm prędicta, licet talia verba proferrẽtur a patre. ista determinatio Bart. vr̃ multum dubia: nam ꝯ ipsum facit gl. in verbo, hoc quippe. in §. si vero solummodo. in Auth. quib. mod. nat. effic. legi. quæ glo. intelligit illum §. quando pater eos filios naturales nominauit. si autem talis non fuisset nominatio facta,

ADDITIONES.

a ¶Præsumptum est. Vide omnino Spec. in tit. de præsump. §. 2. versi. necessaria. vbi quod matri. præsumptum fit quatuor modis.

b ¶Legitimetur. Sed an erit probata filiatio, si quis quem filium in testamento nominauerit, vide no. per do. Soc. consi. 89. incip. In causa agitata. ver. secundo principaliter. cum ver. seq. in j. parte, char. 149.

facta, non procederet id quod ibi dr. & sic ibi loquitur, quando tempore prolatorũ verborum non poterat esse matri. & tamen filij legitimantur. sed dicas, quod ille §. non loquit de hoc psũmpto matrimo. de quo nũc disputamus, de quo etiam in §. ad hoc. præallegato, & in gl. nostra. sed loquitur de legitimatione, quæ fit principis auctoritate, nõ auctoritate præsumpti matr. & principis auctoritas facit, quod nunc ibi habetur pro legitimo, nõ vt ex retro. præsumptũ autem matrimonium quem legitimũ facit, prout ex retro. Sed nunc vltra, si prolatio verborũ istorum, de q. bus s. prima oppositione, & s. per Barto. arguit præsumptũ & retro fuisse matri. sequitur, quod istę tales præsumptiones matri. ita surgere possunt prolatis verbis vxore mortua, sicut viua, & eõ facit, nam platio facta de filio principaliter propter se, vt fieri debet, vt in c. nostro, constituit filium in quasi possessione filiationis, l. quod senatus. & quod ibi no. ff. de lib. agno. & l. fi. ff. de probatio. dixi in c. transmissæ. s. eo. ti. sed ad istam quasi possessionem constituendam non videtur requiri, quod tunc sit necesse matrimonium possibile esse tempore prolationis verborũ, sed sufficit matri. potuisse esse tpe, quo habuit istam mulierem & filios, & postea secuta sit prolatio verborum, & sic non vr necessariũ certo & limitato tpe talem fieri probationem, licet Bart. s. Item probatur, nam de iure ci. licet nuptię de solo consensu õhãtur, vt in Auct. de nup. §. nuptias. ff. de re. iur. l. nuptias. pp fraudẽ inde quando sciebat, inducit ius, quòd orta disputatione an aliquis sit legitimus post mortem parentum, quod debet probari matri. & probatur per documenta dotalia, si erat in maiori dignitate probat matrimo. contractũ apud edem sacrã cũ testibus & sacerdote in hæredibus. in fi. col. dat ius aliam formam probãdi, vt habetur in Auth. quib. mo. nat. effi. leg. §. illud quoque. fiebant prius fraudes, quia filij naturales probando præsumptiue matrem, vt vxorem siue dominam fuisse habitam, probabãt matri. & sic se legitimos, & hæreditates obtinebant in præiudiciũ aliorum, qui ius poterant prætendere. postea vero superuenit dispositio Auth. vt li. mat. & auiæ. §. quia vero legem. & inter cætera volunt, q pater nominando filium esse legitimum, aliam probationẽ non requirendo satis sit. patet ergo per ista verba filiũ nõ legitimari, sed probari legitimũ, qđ potest contingere duobus modis, vt legitimus pbetur: vel quia præsumitur fuisse matri. ab initio cum matre, quod verum est, quando alia non esset præsumptio ab initio contraria impeditiua huius præsumptionis retro matrimonij: quia si esset præsumptio contraria, quia p hoc solum contractus matrimonij non valeret, non procederet per prędicta. si igitur dubium fuerit, an mulier fuerit vxor vel cõcubina, & per consequens filius sit legitimus vel nõ, tunc credo q pater proferendo verba propter se facit probari filium ab initio fuisse legitimum, quia præsumitur cũ matre habuisse matri. ergo inspicere debemus solum in tẽpore natiuitatis filij, an potuit esse matri. cũ ad illud tempus iuris dispositio referatur: nec opus est hoc casu matrim. posse cõsistere de præsenti. ideo mortua muliere vel ipsa professa ordinem monachalẽ, nihilominus induceretur ista præsumptio: quod verũ est, nisi mulier ista fuisset impedita ad matri. tali facto vel impedimento, quod faceret impediri præsumptionẽ hanc posse colligi de præterito: vt quia tunc illo tempore, quo præsumptio retrotrahitur tempore, scilicet generationis, siue natiuitatis filiorũ, fuisset alteri nupta: qa tunc sicut verum matri. cum concubina non includeret hanc legitimationem, c. tanta. s. eo. ita nec hoc præsumptũ. quod igitur dicit Bart. s. cũ dicit, vt si esset mortua, vel aliter inhabilis ad matri. & c. non procedit, nisi intelligamus illam inhabilitatẽ, videlicet alterius matri. vel similis inhabilitatis, vt quia tũc fuisset monacha, vel talis, cũ qua tũc iste nõ potuisset contrahere, etiã si voluisset. Si aũt volumus dicere, q p ista verba videatur tẽpore verborũ prolatorũ cũ muliere contraxisse, eo q anteriori tempore nõ possumus colligere pter præsumptionẽ cõtrariã, quæ illo tẽpore, scilicet ex retro resultabat tũc, qa vna coniectura vel præsumptio fortior tollit aliã minus fortẽ, l. diuus. ff. de in integ. resti. c. transmissę. s. eo. ti. & in c. nostro. & in c. cũ venissent. s. de insti. l. & si parentibus. C. de inoffi. testa. tunc opus est, q mulier sit habilis ad matrimoniũ tẽpore prolatorũ verborũ. & ita intelligitur Bar. ita reperio dñm Ant. rosellũ prædictis concordare in tractatu legitimitatis, sub rubrica de matrimonio præsumptiuo. & sequitur hic Zochus meus fe: tilissimus non inanis stipes: cui si nõ addo q̃nque, nemo me carpat: nephas enim duco, cũ belle dicit, eius verba inuolucro aliorũ verborũ obnubilare, vt tempestate nostra q̃ plurimi in suis scriptis efficere conãtur. idque terẽtianũ caullationibus suis assequũtur. faciũt ne intelligẽdo vt nihil intelligãt, & frustra mẽbranas occupãt. nõ ob. tex. i §. ad hoc, in Authẽt. vt lice. ma. & auiæ. in verbo, nuptiæ eẽ pñt. qa i libro nouellarũ Host. est in aut. itẽ si qs. C. de naturalibus liberis. hoc verbũ, poterat, est præteritũ pluſq̃ pfectũ, cũ ibi dicit, q̃ & vxor esse poterat. etiã primũ dicit tex. in præallegato §. ad hoc. & cum matre eorũ manifestatur legitimũ habuisse mr̃imoniũ. & sic loqtur de præterito, nõ de præsenti. ¶ Nec ob. §. si vero solũmodo. qbus mo. naturales efficiuntur legi. vbi præcessit factũ, qđ impedit præsumptionẽ colligi, vt habetur i c. nostro. de hoc vide Bal. in l. 2. C. quibus res iudi. non nocet. qui videtur tenere Bar. & faciunt q̃ adduxi in c. tanta. s. eo. Pau. de Ca. in consi. 83. quod incipit, in Christi nomine amẽ, psupposito succincte enucleate circa hãc legitimationẽ quæ fit p nominationẽ attingit dicẽs, q vt notata p Bar. dicta in quæstione disputata p eũ, q̃ incipit, habẽs filiũ in quo. pro intellectu d. §. ad hæc. q. est §. j. in Aut. vt lice. ma. & auiæ. posita C. de nat. libe. aut. itẽ si quis liberos. ponit plura, q̃ dicit reqri & fore necessaria, vt fiat legitimatio sm tenorẽ ipsorũ, & aliter legitimationẽ nõ fieri. quę tamẽ requisita p Bar. non exprimunt in dicto corpore autẽticorũ, sed ipse dicit ex illo tex. colligi. Nã primo ipse reqrit, q cõcubina, ex qua natus erat ille filius, viueret tẽpore testamẽti, & sic tẽpore quo protulit illa verba, de qbus ibi. & hoc per tex. illius aut. dũ dicunt verba, cũ qua nuptię esse pñt, illud verbũ, pñt, est pręsentis tẽporis. & sic dicit ipse debere intelligi, scilicet tẽpore dictorũ verborũ prolatorũ, qđ hic nõ fuit, qa tũc erat mortua prima. sed istud certe non vrget, qnimmo, pñt, illud verbũ posset determinare participiũ habẽs, qđ in præcedenti posuerit, vt sit sensus, q si quis habẽs filiũ vel filiam ex muliere, cũ qua nuptię cõsistere pñt tempore quo habuit. & hoc congruẽtius vel nõ minus cõgruũ, quẽ referre ad cõsequens verbũ sic dicat. & rationabilius & fauorabilius est ita exponere, vt inspiciatur tẽpus natiuitatis pueri, quo tẽpore non est certum, q mater superuiueret, & sic impediat actus legitimationis, de qua ibi. Quid enim si viueret, & non esset tunc sua cõcubina, sed alteri nupsisset, & sic cum ea non poterat tũc nupias õhere, sed tẽpore quo eã tenuit, & quo filios suscepit, potuerunt esse nuptiæ: nonne poterit per illum modum legtimare. non puto aliquem dubitaturum, q sic, aliàs daretur illi materia non nubendi alteri desiderans posse filios fieri legitimos per illum modum, & sic perseuerandi in cõcubinatu, & fugiẽdi vitã matrimonialẽ. qđ nõ debet esse, ar. l. cõuenire. ff. de pac. dota. ¶ Vel q d si ipsemet pater relicta vel nupta cõcubina alteri duceret vxorẽ, dicat qs q perdat potestatẽ legitimãdi per illum modum, cum forte filios nõ habeat ex vxore? certè impiũ & inhumanũ hoc eẽt, q pp bonum opus, qđ factũ sit, pdat priuilegiũ legitimãdi datũ p illã, cũ de eo qđ facit veniat potius cõmẽdãdus, ff. de pericu. & cõmo. rei. vẽdi. l. j. §. licet. ff. de custo. reo. l. diuus, circa fi. C. de na. libe. l. cũ quis. ff. depositi. l. 3. sic ecõuerso nõ est iustũ, quẽ conseq lucrum ex actu, de quo venit puniendus. vnde dictũ Bar. præfatũ non placet, nec credo quod sit de mente illius tex. sed solum, q potuerint esse nuptiæ tempore quo natus est puer, qui legitimatur: nec requiritur, q possint esse tẽpore quo dicta verba proferũtur. Et hoc dicitur fuisse in casu nostro: sed dicit Bar. reqri, q non solum possit vel potuerit contrahere matri. cũ illa de iure, & qa nullũ suberat impedimẽtum canonicum inter eos, sed etiã q de facto honeste & sm bonos mores: alias secus, vt si vir esset nobilis & diues: illa vero ignobilis & pauper, qa nõ cẽsetur qs posse quod honeste nõ põt, l. nepos proculo. ff. de verb. sign. sed hic nõ cõstat de cõtrario, & in dubio si nõ apparet cõtrariũ, pręsumitur fuisse digna de facto, sicut de iure, ff. de manu. testa. l. seruos. ff. de le. 2. cũ pater. §. rogo. extra de pręscrip. c. j. cũ ibi notatis. maxime de iure cano. sm q solum inspicitur an subsit impedimentum canonicum, vel non, cum sit matri. hodie sacramentũ, & reputatur inter opera charitatis hodie, q quis capiat in vxorẽ interdũ indigniorẽ, c. in parochia charitatis, de spõ. vnde posito q illa aut. intellexerit, vt dicit Bar. qa tamẽ ius cano. in matri. pualet, nõ dedignabitur hodie sacros canones immitari. facit quod not. gl. in l. si rogatus. ff. de manu. vin. Tertio dicit Bar. requiri, q verba, de qbus ibi, fuerunt prolata principaliter pter se: secus si pp aliud, ar. C. de testa. mili. l. ex his verbis, in prin. sed per eandẽ l. 3. ibi, at enim. põt dici cõtrariũ. & sicut speciale est in milite fauore militię, vt verba emissa principaliter pter aliud inducãt dispositionẽ, ita & in casu nostro fauore legitimitatis, i qua vertitur fauor publicus, vt ciuitas repleatur hominibus legitimis & habilibus ad officia publica, vel dignitates, ar. l. j. ff. solu. ma. qa tex. dictarũ autẽticarum non ita arctat ad dicẽdũ quod dicit Bar. quin possit intelligi eo modo quo dixi. ¶ Nã dicit, q si dicat filios suos esse. hoc ita cadit in eo, qui principaliter propter aliud, sicut in eo q principaliter propter se, quia vtroque modo verum est eum dixisse illũ filium suum esse: puta cum instituerit ipsum, censetur voluisse dicere meliori modo quo potuit, vt valeret institutio. l.

miles qui destinauerat. ff. de testa. mili. & sic taliter, ꝙ legitimus efficeret. Quarto dicit Bar. requiri, vt talis pater cum dixerit talia verba, de quib. ibi, nõ haberet legitimos & naturales, vt in Auct. qui. ma. natu. effi. legi. §. sic igitur licentia. ibi, si non solummodo. & qui. mo. natu. effi. sui. §. si vero. quia extantibus legitimis nõ fit legitimatio nisi in duobus casibus, s. ꝑ oblationẽ curiæ, & ꝑ cõsequens matri. eo. tit. §. generaliter. in fi. tex. & gl. & allegat Bar. Host. hoc expresse tenentẽ in sum. q. fi. sint le. circa fi. & Io. An. in hoc c. Sed certe hic habebat legitimos & naturales tp̃e, quo fecit dictum testamẽtum, videlicet natos ex secunda cõcubina, cũ qua postea matri. ꝯxerat, & sic erãt effecti legitimi & natura. & ꝑ ꝯsequens non vr̃ facta legitimatio per prolationẽ taliũ verborum. Breuiter licet istud videat̃ satis vrgere prima facie ꝑ ꝑ auctoritatẽ Ho. & Io. An. Ia. tñ de Bel. in d. §. tenet ꝯriũ, videlicet ꝙ non requiratur hoc, quia tex. hoc nõ dicit, sed solum facit, videlicet in hoc quod dixi, eos esse filios suos, nec appellauerit eos naturales, quo casu legitimat̃ auctoritate iuris scripti, vt i d. §. ad hæc. absq; alio rescripto prĩcipis, per qđ patet non obstare text. s. alleg. in ꝯrium, qui requirunt illud quod dicit Bar. q. loquuntur quando pater fatebat̃ filios esse naturales: quo casu nõ loquitur ille §. ad hæc. sed illi tex. q. requnt, ꝙ testamentũ, in quo eos filios appellauit, & dixit velle eos fieri legitimos, ostendetur principi, & tunc princeps faciliter ꝑ suum rescriptũ legitimabit eos & si nõ extant legitimi & naturales: & sic tunc legitimatio fiet nõ auctoritate iuris scripti, sed ꝑ rescriptũ principis, qui ꝓtestat̃ se velle legitimare ꝑ rescriptum stantibus legitimis & naturalibus, vt in dicto §. generaliter. sed in casu nostro nõ dixit, nec appellauit eũ naturalẽ, sed dũtaxat filiũ, quo casu nõ extendit ostẽdere testamẽtum principi, nec aliud rescriptũ ab eo impetrare, sed auctoritate illius Auctẽticę, in §. ad hæc. nõ requirit̃ legitimos nõ extare, & erubescimus sine l. loqui, vt in Auct. de trien. & semis. §. cõsideramus. C. de col. l. illã. circa mediũ. & sic Ia. de Bel. videt̃ melius considerasse q̃ Host. & Io. An. & Bar. alias illi tex. vident̃ in se ꝯriari. primi duo requirũt nõ extare legitimos, & testamentũ ostẽdi principi, & impetrari rescriptum. & tñ tex. in §. ad hæc. nullũ de prædictis tribus requirit, sed solum ꝙ dixerint eos filios, si loquerent̃ in vno & eodẽ casu. sed nõ ita est, immo in diuersis, quia §. ad hæc. loquitur quando dixit eos filios, & nõ dixit eos naturales: quo casu præsumunt illi tex. matrimo. fuisse ꝯctum inter testatorem, & matrem filiorũ, sed constat, quod tũc legitimant̃ etiã extantibus legitimis, vt in §. gñaliter. in fi. Auct. qui. mo. natura. effi. sui. nimirũ ergo si tex. in §. ad hæc. vt lice. matri & auię. nõ requirit ꝙ vltimi nõ extent. sed alij text. in ꝯrium allega. loquuntur qñ fatebatur eos naturales, quo casu si ex solis verbis vult eos effici legitimos, nõ efficiũtur legitimi nec præsumitur ꝯctũ matrimo. ideo tunc requirunt̃ illa tria de quib. s. quorũ nullũ requirit̃ in §. ad hęc. qui nihil hẽt agere in casib. §. allegatorũ in ꝯrium. & posito ꝙ dictũ Bar. Host. & Io. An. foret verum, deberet intelligi, quod extarẽt filij legitime nati, & sic in potiori significato. l. j. §. qui in ꝑpetuũ. ff. si ager vecti. nõ qñ legitimati ꝑsubseqẽs mat. vt est in casu nostro, quia nõ debent esse melioris ꝯditionis ex eo, quod sunt legitimati ꝑ verũ subseqẽs matr. q̃ iste q. legitimatus est ꝑ matrimo. a iure p̃sumptũ: cũ tantę efficacię sit iuris præsumptio q̃ta est ipsa veritas, quia iuris p̃sumptiones sunt liquidissimæ ꝓbationes veritatis. l. licet imperator. ff. de leg. j. vr̃ ergo posse cõcludi pro filio primę cõcubinę non obstantib. notatis per Bar. in dicta disputatione, quæ faciliter possent tolli, vt patet ex prædictis. præterea in casu quẽ Bar. ponit, pium erat irritare legitimationẽ, quia q. dicebat se legitimatũ ꝑ verba prolata in testamento, dicebat testamentũ ex hoc fore nullũ, quia in eo erat ꝑteritus, quod erat absurdũ vt sumeret fundamentũ ad impugnandũ. vñ dicebat se cõsecutũ ꝯmodum, & honorẽ legitimationis tanq̃ ingratus, vt in regula iuris, q. sentit, in 6. sed nos loq. mur in casu vbi piũ est legitimationẽ defendere. quod regulariter est verum. Bal. ista ꝓsequit̃ in ca. innotuit. s. de electio. sed non curo vlterius insistere. iam venit hora cibi, vos maneatis. ita dixit Primas qui per rithmos & consonantias
18 dictabat carmina. †Quæro 4. aliquis accepit vxorem ingenuã, cũ qua nuptiæ esse possunt, cũ protestatione quod vult eam in concubinam. deinde spacio temporis profert ista verba dicendo aliquem ex filijs filium, non adijciendo naturalem: an filij tales p̃sumantur retro legitimi tanq̃ ab initio matrimo. cum ipsorum matre fuisset. & videtur quod sic per §. ad hæc. in Auct. vt li. ma. & auię. & in §. ad hæc. versi. si autem. vbi si pater ex ipsa muliere multos filios habens vni ex his testimonium quodlibet ex prædictis modis prębuerit, sufficit vt omnes retro dicãtur legitimi. hoc putaret verum nisi alia presumptio ꝯria augeret ꝯrium. & probatur in tex. nostro. Sed in casu quæstionis propositę est alia præsumptio ꝯria, quia protestatus est a principio, quod volebat mulierem eam in concubinam, quæ protestatio impedit colligi præsumptum matrimo. vt retro: quod matrimo. alias legis præsumptione inducebatur. l. in libere. ff. de ritu nup. quod not. in l. in concubinatu. ff. de concubinis. & prædicta vera essent muliere iam mortua. sed muliere viuente per talem assertionem factã præsumitur recessum nuper a pristina protestatione, ex quo nũc mulier viuens est habilis ad matrimonium & præsumitur matrimonium de præsenti ꝯctum. sic etiam reperio Do. Ant. in tractatu suo in 22. q. sed ego intelligo quando apparet tacitus consensus vel expressus, quia sicut ad matrimon. verum requiritur vtriusque consensus, c. tua. de sponsa. ita ad præsumptionem matrimo. requiritur saltem præsumptus consensus. & sic filij pro hoc efficerentur legitimi sicut fierent vere ipso matrimo. subsecuto. & hoc vltimũ ita intelligit Bar. alijq; scribẽtes. & ita intellige, aliter prędicta non essent vera. Quinto pone quod superiora verba sunt prolata per patrem, deinde mulier cum alio ꝯxit, an præsumatur legitimus. dic ꝙ nõ, quia si actus ꝯrius procedit talis præsumptio impeditur colligi. ita est casus exp̃ssus in ca. nostro. idem si sequatur impedimentum, quia alteri postea nubat. facit l. si qui adulterij. C. de adulterijs. & glo. in c. is qui. de sponsa. vbi sequens præsumptio facit tolli pręcedentem iuris præsumptionem. & ita dicit Domi. Bartholomeus de Salyceto Bonon. Doctor. in aucten. item si quis. C. de naturalibus liberis: consuluisse se. & idem dico: quod etiam placet Domin. Anto. Rosello in tractatu suo, q. 32. qñ non potuisset matri. ꝯhere, quia esset sibi verecundum apud bonos & graues. & hoc idem tenet Barto. in d. disputatione quæ incipit, habens filium. & facit §. ad hęc. in Aucten. vt lice. matr. & auię. ibi, cum nuptię honestę esse p̃nt &c. in Auct. qui. mod. natu. efficiunt. legitimi. §. si quis ergo non habẽs.
a & dicit Bar. in d. disputatione, [a] quod hæc verba prolata, cuique mulieri quæ esse p̃nt vxores, non inducunt hanc præsumptionẽ, sed bene si proferantur illi mulieri quę stabat in figura matr. vel concubinatus. & est ratio, quia ista iura legitimitatis non precipiũtur nisi a naturalibus, alij vero sunt indigni, vt in Auctẽ. qui.
19 mod. natu. efficiuntur legitimi. per totum. †Quęro 6. nunquid ad includendam hanc pręsumptionem sufficiat hæc talis nominatio filij, quandocunque & quibuscunque verbis exprimatur. & hoc qualitercunque, vt propter aliud vel propter se vel narratiue vel dispositiue. dico ꝙ non: Nam si sint prolata simpliciter ꝓpter aliud, hanc præsumptionem non inducunt, vt not. Bar. in d. disputatione. & facit tex. noster. oportet ergo quod sint prolata propter se. & ideo non haberet locum si legando diceret, lego tibi filio meo centum. pro hoc facit l. non epistolis. C. de probat. vbi pronunciatio filiationis nihil operatur qñ emanat propter aliud. facit, quia verba enunciatiua isto casu non disponunt. l. ex his verbis. C. de testa. mili. l. non epistolis. C. de proba. c. illud. s. de præsump. per But. in c. fi. s. de succes. ab intest. & in c. licet. de censi. limitat. h. d. Anto. Rosellus in sua q. 34. nisi sint verba prolata propter aliud in casu in quo non conuenit filio legitimo. alleg. l. quidam. ff. de proba. quę tñ lex non vr̃ probare. dicit enim ibi gl. quod subditus erat ibi, vt filius. & litera dicit ꝙ mandato defuncti fideicommissa soluit. Item ille tex. vr̃ supponere ꝙ nominatio erat facta propter se, & tex. c. nostri loquitur de institutione facta de filio principaliter propter se. si tñ volumus intelligere ꝙ dicta iura loquantur enunciatiue propter aliud, vera esset limitatio. vnde pater instituendo vel exhæredando filium, cũ hoc non conueniat nisi legitimo instituẽdo, dico in maiori portione q̃ sit illa quę debetur naturalibus, induceretur ista pręsumptio. & intellige ꝙ de hac tali institutione filij vel exhæredatione pater dixerit enunciatiuè propter aliud. Aliter si dispositiuè loqueretur nullum esset dubium per c. nostrum, & d. l. quidam. & ꝙ per talia verba enunciatiue propter aliud prolata de filio instituendo vel exhæredando inducatur talis pręsumptio, not.
20 Bar. ff. de lib. agno. l. senatus. †Quæro 7. nunquid ꝯ hanc præsumptionem admittitur probatio in ꝯrium. Iaco. de Belui. in pręal. §. ad hęc. dicit quod non inducitur per hæc verba, nisi præsumptio iuris & de iure. ergo, &c. in c. is qui. & quod ibi no. de spon. alle. Iac. C. de natur. lib. l. cum quis. ver. neq;. facit præal. §. ad hæc. ibi. nullam aliam probationem ab eis queri. & §. ibi proximus. & §. quia vero. ver. reliquis. C. de natu. lib. c. transmissę. s. eo. ti. vbi statur assertioni parentũ. Aduertendum tñ est quod nõ est vsquequaq; uerum ꝙ præsumptio iuris. & de iure nõ admittit ꝓbationem in ꝯrium, quia etiã aliqñ fallit, ut plene dixi in d. c. is q. & in propo-

ADDITIO.

a In d. disputatione. Vide etiam per eum in consi. suo, Neratius Coradini. recitat Bal. in l. 2. quæ res vendi non poss. & Ang. in Auct. vt li. ma. & auię. §. j.

proposito facit.c.nostrum. nam ista præsumptio pôt eneruari q̃ cũ alia ꝓxit probãdo. Item si ꝯ hãc præsumptionẽ essent aliæ cõiecturæ in ꝯrium vt dixi in q.3. & 4.dico ĩ. 12. q. & facit c. nostrũ vbi talia verba probata eneruantur. & ideo hic Papa potius innititur veræ probationi q̃ simulatę,vt in litera.Item esset inconueniens,quod in fraudem feudatariorum, & fideicommissariorum talis legitimus probaretur, & ꝯrium non posset probari ꝑ partem de cuius præiudicio ageretur.pôt saluari opi. Iac.de Bel. ꝙ talia verba prolata faciunt præsumptionẽ iuris & de iure quo ad bona ad hæreditatem ipsius proferentis verba & in casib. in quib.ipse ꝓferens posset alias pręiudicare, alias non:vnde si iste vir qui ꝓtulit ista viuente illa muliere, quæ vxor esse poterat & illa reluctante vellet ꝓbare aliud matrimo. iste pater non posset in præiudicium illius matri. præsumpti,nec crederetur isto modo patri asserenti ꝯrium.facit,quod no.in c.2.de clan.despon.vbi non creditur mulieribus volentibus publicare clandestinũ matrimo. in præiudicium alterius matri. vnde de iure ciui. stabitur tali assertioni,vt in præalle.§.ad hęc.& in præalle.aucten.item si quis.Item & de iure canonico stabit̃ tali assertioni, & ca.nostro. ex quibus sequitur ꝙ hoc præsumptum matri.habet tantam potestatem ad impediendum matri. sequens quantam habet verũ matri. dummodo ꝯ tale præsumptum aliquod impedimentum non inducat. & talis verborum prolatio patris facta in persona vnius filij prodest omnibus alijs de eadem muliere genitis,vt in
21 §.ad hæc.& in auct.item si quis.præal. †Quæro 8.an dispositio c. nostri.& §.ad hæc.& auct. item si quis.habeant locum legitimis existentibus.gl.in auct.item si q̃s. C.de natu. libe.& in Aucten. quib.mo.nat.effi.sui.§.generaliter.dicit ꝙ non.& dicit Bal.ꝙ statutum in duobus casibus legitimis existentibus alij legitimant̃. Primus casus per curię oblationem. Secundus per matrim.vt in præalle.§.generaliter.sed iste casus non est de illis,ergo,&c.alle. Pro hac parte Iac.de Bel.c.j.& 2.de clan.despõ. & in c.naturales. si de feudo fue.contro. tandem concludit contrarium. nam per talem assertionem filius constituitur in quasi possessione legitimationis,vt in d.l.quod senatus.& in l.fi.ff.de proba.& ideo donec probetur ꝯrium iste filius erit legitimus per matri. ꝙ pręsupponitur.& ita colligit argumentum Bar. Item argu. debet esse ęquale de matrimo.præsumpto ad verum. facit quod dixi s̃.in c. quod nobis.& c.seq.s̃.eo.tit.& sic dicit Iaco.de Bel.vbi s̃.dicens, quod illud, quod operatur matri. uerum operatur matri. ꝓsumptum quo ad nuptias,& liberorum legitimationẽ, vt in Auctẽ. qui.mo.nat.effi.sui.in §.illud quoq;.& in l.libere.ff.de ritu nupt. cum si.sed liberi legitimantur per veras nuptias legitimis etiam superstitib.ergo & per præsumptas, vt in §.dubitatum. eiusdem Auct. Non ob.c.j.& 2.de clan.despon.& c.naturales.quia loquũtur in materia in qua confitens non potest pręiudicare alteri puta secundo matri.sed potest in hac materia nostra sicut per verũ matrimonium alijs legitimis præiudicare in portione hæreditatis propter matrimonium. & sic respectu ipsius conferentis, & hæreditatis eius præiudicat non respectu feudatariorum, & fideicommissariorum, vt s̃.dixi. quia hoc respectu talis ꝓsumptio
22 admitteret probationem in ꝯrium. †Quæro 9.nunquid filius talis rumpit testamentum in quo fuit præteritus. dic ꝙ in casib. in quib.præsumitur retro ipsum fuisse legitimum,iste est proprie, & vere legitimus,vt in c.nostro.& in §.ad hæc.habet enim oĩa q̃ veri filij legitimi de iure ciuili habent & de iure canonico,& sic rumpit testamentum & in feudo succedit.id quod dixi s̃.est etiã
23 de iure canonico.† Quęro 10.an ad ordines de iure canonico admitteretur.dico ꝙ sic per textum,& gl.nostram,& §. ad hæc.quæ dispositio iuris ciuilis approbatur de iure canonico. Quæro 11. quid si dicta verba sunt prolata in testamento quod postea irritatur, an valet legitimatum.videtur ꝙ sic.& idem Do.Ant.Roselus in suo tractatu legitimationis.q.39. hoc credo verius, qm̃ dictorum verborum prolatio, & confessio non validatur neq; destruit propter inualidationem testamenti. Non enim sumunt efficaciam testamenti istorum verborum prolatio & confessio, & ex validitate testi non pendet quod sine tali testõ in aliquo actu proportionabili filijs talis prolatio induceret hoc præsumptum matrimo.puta in instrumento emancipationis vel alijs similib.actib. qui solis filijs conuenirent. item ad hunc effectum præsumpti matri.attendimus prolationem dictorum verborum prout in facto cõstant, & in iure.item facit,quia videmus ꝙ licet instr̃m aliqñ inualidetur ex defectu solennitatis, quando tamen tacita confessio resultans ex ipso instrumento habet effectum, vt etiam quis possit ex ea confessione se fundare, vt notabiliter dicit Inn.in c.cum venerabilis.de excep.Butr.in c.olim.s̃.de censi, ergo in proposito multofortius ista ꝓlatio verborum & expressa nominatio ꝓducit efficaciã pręsumpti matrimonij, licet testamentum in quo talia verba sunt prolata,corruat ex effectu solennitatis.& s̃m hoc debemus dicere,quod filij legitimantur, & tamen tanq̃ legitimi præteriti rumperent testm̃,& tñ valebit legitimatio.quod est bene notandum.Quæro duodecimo, quid si pater vnum filium instituendo dicit filium legitimum, naturales alios ex eadem matre natos dicit naturales,an dicatur talis præsumptio sumpta ex nominatione filios legitimare, & tolli per sequentem nominationem naturalium.& videtur ꝙ sic,arg. literæ nostrę vbi circunstantię appositæ tollunt præsumptionẽ
24 præsumpti matrimo.& hęc sufficiant de matri.ꝓsumpto. †Decimotertio quæro, quia glo.c.nostri loquit̃ de oblatione curię de qua etiam dico in c.per venerabilẽ. & quot modis fiat ista oblatio.gl.dicit,ꝙ duobus modis,per patrẽ de filio:secũdo per filium de seipso mortuo patre,vt in Auct.q̃ mo.na.effi.sui. §.si quis.col.
25 7.& §.fi. †Quæro 14. q̃ sit causa efficiẽs huius talis legitimationis quæ fit per oblationẽ curię. dic ꝙ ius ciuile,vt in Auct.præalleg. & in l.3.C.de naturalibus lib.& fuit inducta hæc forma ex Theodosio principe.vt in Auct. qui.mo.nat.effi.sui. §.prius hic itaque modus. & hæc forma censetur approbata generaliter ab ecclesia,& sic iure canonum,ex quo canon non ꝯdicit. c.si in adiutorium.10.dist.& per approbationem ius canonicum posset etiam dici cã efficiens.l.ius aũt ciui.ff.de iust. & iure.facit quod dr̃ ꝙ seruitus est de iure canoni. ꝓp approbationẽ,vt in c.ita quorundã. de iudę.iuncta gl.8.distin.quo iure. forma hæc tamen non est in
26 vsu,sed vsitari posset.†Quæro 15. quibus filijs hæc forma conueniat. & sic patebit q̃ sit causa matrimonialis,quia ipsi filij naturales sunt causa matrimonialis, & sic solum naturalib. conuenit, vt in præallega. §.itaque modus . alij enim spurij, & incestuosi sunt penitus omni beneficio indigni. §.fi.in Auct.qui.mod.nat. effi.legitimi. & hoc etiam si sunt nati ex illustri patre & ancilla, vt in §.si quis ex qualibet.& in Aucten.quib.mo.natu.effi.legiti. & siue essent alij legitimi siue non,in pręallega. §. si quis igitur. melius in §.palam vero.& ibi dicitur quod potest auus & alij ascendentes possunt facere oblationem & de filijs,& de nepotibus etiam si alios habẽt, & potuerunt offerri vnus vel plures filij natueales vel nepotes prout volebat pater, vt in præalle.§.primus itaque.& sic cõsentiente filio,alias non,vt in §.quoniam variꝫ.eiusdem aucten. & auus pôt offerre nepotem ex filio naturali,& ipsum filium legitimat filio naturali non existente,tñ obla-
27 to,vt in d.§.palam.ver.subest. §.si quis igitur ex qualibet. † Quæro 16.quę sit forma huius oblationis.habet̃ in l.3.C.de naturalib. liberis.& in d.§.si quis igitur.& in §.quoniam varie.nã si quando pater offert curiæ ciuitatis,& de vico vel castro oriundus offerat
a ciuitati cui subiacet [a] vicus vel castrum.& hoc procedit præterq̃ in Romanis & Cõstantinopolitanis . nam illi quilibet curię,vbi tñ si non possunt metropoli , possunt filios offerendo legitimare masculos:fœminę autem legitimant eas copulando matr.masculis curialibus, vbi deberẽt offerri masculi.d.l.3. C.de naturalibus liberis.& potest fieri ista oblatio per procuratorem , vt in §. si quis igitur in qualibet.dum dicit aut alius &c. & in hac obla-
b tione requiritur patris consensus, [b] qñ offertur ab ipso patre,secus si per seipsum offert:nã tunc sine patre pôt,vt d.§.si quis igitur ex qualibet. hic tamen pôt facere filius alijs legitimis nõ existentibus,vt in præalleg.iuribus . & sic natus ex ancilla demum potest offerri a patre vel a seipso si procedat manumissio, vt d.§. in fi.& posset etiam patris volũtate seipsum curię offerre,& pôt pater ipsum hæredem instituere in honorem curiæ,& tunc non est opus alia oblatione.hoc tamen alijs legitimis non existentibus, vt in §.quoniam varie.s̃.alleg.& melius. in §.si vero abinui-
28 cem.& in §.si quis autem legitimos. †Quæro 17.de effectu huiusmodi oblationis. & quidem iste dicitur ficte legitimus, vt in l. quoniam.C.de natu.lib.ibi cum dicit,ad instar filij legitimi &c.
c & iste talis oblatus agnoscitur tamen patri & solũ fit patri [c] legitimus

ADDITIONES.

a ¶Cui subiacet . Adde quod legitimatio quæ fit per oblationem curię ciuitatis non habet effectum quo ad bona alibi sita extra ciuitatem , sed solum quo ad bona sita in ciuitate legitimante,vt in d. Aucten.qui.mo.nat.effi.sui. §.filium vero.col.7.& Bar.in l.cõium. C.de natu.lib.& Ioan.de Ligna in tract.de sen. excommun.pen.char.

b ¶Patris consensus. Adde Do.Soci.consil.295.incip. in causa contra filios.versi. postremo.circa fi.in 2.parte,char.217.quod legitimationis beneficium non a patre sed a principe habet, consensum vero a patre,quo mediante agnoscitur sibi & acquirit spẽ succedendi.& vide per præfa.Do.Soci.consil.226. inci. Qõ præsentis consultationis.ver.2.ratio, quia non potest. cum ver.seq.in d.parte.char. c. vbi an illegitimus per viam voluntarię iurisdictionis non citatis his quorum interest legitimari possit . & ibi quid de patre viuente & consentiente.& quando habeatur pro legitimo.

c ¶Fit patri. Adde Pau.de Cast.consi.225. & Ale.consi.239.j.par. & Bal. in l.communium.C.de nat.lib.& Do.Ale.post Bal.in l.cum adoptiuis.C.de adopt.

gitimus ſucceſſor, & participium habet in bonis aſcendentium vel deſcendentium agnatorum vel cognatorum. in d.l.quoniã, C.de natur.libe, & in §.filium; Item talis oblatus non habet de hæreditate paterna niſi tantum quantum poſſet cõferre alijs filijs legitimis,vt in d.§.qm̃ varie. & hoc verum vr̃ in eo qui dicit ſimplicem legitimationem collatiuam a principe,quia & iſta q̃ fit per oblationem,& illa a pari procedunt,& a pari ſentẽtiant, & 9 ius cõmune,& ſunt ſtricte intelligenda, quod ſecus foret in reſtitutiua priſtine naturę,vel quando diſponitur de matri. vt di co j̃.in c.ſeq.eo.ti.ideo iſti oblati ficte legitimi ſunt cum non cõ ſequentur ad plenum cõuenientia omnia, i. quæ conueniunt iure legitimis.quod eſt notandum propter materiam ſtatutorũ quæ eſt ſtricti iuris. & ſicut nec cognatis vel agnatis patris iſte oblatus fit ſucceſſor,ita nec illi ad eius vocãtur ſucceſſiones.ſolum enim patri fiunt legitimi, & cognati eſſe creduntur, vt in §.

29 filium.pręalleg.† Quæro 18.quid ſi legitimi non extarent, an tales oblati curię ſuccedant in totum in bonis paternis.dic, quod pater poteſt,& deberet eos ſcribere in nouem vncijs ſuę ſubſtã tię.vt in auct.pręalle. ſi quis autem legitimos. vbi loquit̃ de ſcriptis hęredibus honore curiæ,quæ ſcriptio habet inſtar oblationis curię.& ſi pater non inſcripſerit in nouem vncijs poteſt agere filius ad ſupplementum. poteſt tamẽ pater totum relinquere ſi voluerit.& melius facient ꝙ tales inſcripti honore curię ſi voluerint curiales fiãt. ſi vero aliqui ſunt qui refutent,& aliqui nõ refutent,ad eos qui non diligunt refutandum veniant partes.ſi vero omnes renunciauerunt, tunc tanq̃ filijs non exiſtẽtibus ad curiam veniant 9. vncię. ibi tamen in illa auctenti. habetur idem ſi omnes voluerunt etiam curiales,licet nedum 9.vncias, ſed omnes.ſi vero ſine patris voluntate offertur curię,tunc ſi pater erat curialis habet portionem tangentem curiam,reliquum remanet venientibus abinteſtato,ſi pater non eſt curialis nihil habet,vt in d.§.ſi quis aũt legitimus. ibi, verũ ille. Et ex hoc ibi colligitur ꝙ qui facit ſe legitimari poſt mortem patris ſine eius conſenſu non ſuccedit ei abinteſtato, nec in præiudiciũ venientium abinteſtato de iure iam eis lato, vt dicam in c. ſeq. notant legiſtę in l.gallus,§.& quid ſi tantum. ff. de libe.& poſthu.

SVMMARIVM.

1 *Legitimandi poteſtas pertinet ad Papam vel Imperatorem vel ad comitem palatinum,cui Papa vel Imperator hoc commiſerit.*
Legitimatio varijs modis,& nominibus deſignatur.
2 *Legitimatio quotuplex ſit.3.*
4 *Legitimatio diſpenſatiua vel habilitatiua quando dicatur odioſa & quando fauorabilis.*
5 *Legitimatio aliquando fit de abſoluta poteſtate, aliquando de ordinaria. & quando.*
6 *Diſpenſandi poteſtas pendet ex tenore priuilegij.*
7 *Genitiuus aliquando denotat dominium. aliquando adminiſtrationem,aliquando loci originem.*
8 *Clericus poteſt eſſe procurator laici in iudicio eccleſiaſtico, & quid in foro ſeculari.*
9 *Illegitimi dicuntur indecori,*
Baſtardi an dicantur de domo vel de familia.
10 *Nomine filij vel nepotis vel liberorum an veniant baſtardi.*
11 *Item nunquid appellatione agnatorum veniant baſtardi.*

CAP. XIII.

PEr venerabilem. Butri.hanc dacretalem cum pulchro apparatu legit.Et inherendo ordini Iac.Zochi quem quo ad potero ſequar,quia plene hanc decretalem repetit legam ipſam per partes.

1 †Vnde præmitto primo pro euidentia qđ poteſtas legitimandi pertinet ad Papam vel Imperatorem, vt hic tex.cum his quæ j̃.videbimus. & in Auctẽn.quibus mod.natur.effi.leg.per totum.& ſimiliter in Auctẽn. quibus modis nat. effi.ſui.per totum.l.quæris.ff.de nata.reſt.Vel ad comitem palatinum cui Papa vel Imperator hoc commiſerit,iuxta no.per Pa. de Caſt.conſil.225.in princip.per Inno.in c.cum per tabellio. de fide inſtru.Bal.in l.reſcripta.in 2.col.C.de preci.impera.offe.no. Bald.in l.2.19.q. C.de ſeru.& aqua.tamen iſte comes palatinus di

2 cetur abuſiue comes [a] ſi alium comitatum non habet.Bal.in c.j. quis dicatur dux marchio vel comes. faciunt not. poſt gl. in l.j. ff.de tuto. & curat.da.ab his. De alijs inferioribus principibus vel comitibus an poſſint legitimare non dico hic quia indigent hec ampla diſcuſſione,dicam j̃.in materia.Premitto ſecundo qđ legitimatio varijs nominibus & modis deſignaturalibi.glo.vocat legitimationem quandã abſterſionem peccati,in l.quis tam. C.de decurio.lib.10.& abſterſionem cuiuſdam vmbraculæ. Bal. in l.manumiſſiones.ff.de iuſtitia & iure.in l.nam ita diuus. ff.de adopt.ideo amplius baſtardus non appellatur. Bal.in l.imperialis. C.de nup.& dicitur legitimatio potius priuilegiũ quam ius commune.Bal.in c.j.in princip.in penulti. col.in titu.hic finitur lex,& incipiunt conſuetudines. quandoque reſtitutio dicitur.§. illud. in Auctẽn.qui.mod.natu.effi.ſui.quandoque æquiparatur adoptioni ſiue arrogationi.gl.in l.j.in gl.4. ad muni.in l.3.in glo. C.de municip. & origi.lib.10.in l.iubemus. C.de naturali.lib.l. iubemus.C.de adop.Bal.in l.j.C.de iure aure.annul.gl.in §.generaliter.in Auctẽn. quib.mo.natu.effi.ſui.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.15.colum.ff.de vſuca.immo plus eſt quam adoptio.nam in adoptione concurrit vinculum ciuile tantum. hic vinculum ciuile & naturale. ſ.quod in veritate eſt filius.ita Bald.in l.ſi te parens.C.de ſuis & legi. & alibi vult Bald.quod dicatur legitimus vere,in l.nuper.C.de nat.li.in l.imperialis. C.de nup.in c.filij.in fi.ſi de feu.fue. contro. quandoque æquiparatur ſuitati, & ſic legitimatus tranſmittit vt etiam ſuus.l.eã quam. C.de fideicõmiſ. l.3.§.fi.ff.de hęredi.inſti.facit tex.vbi Ange.in §.ſi quis igitur naturalis.alias.§.& quoniam.in Auctẽn.quibus mod.natu.effi. ſui. vbi dicitur quod legitimatus non habet beneficium abſtinendi. & licet allegetur pro ſing.multum concordat l.cõium.C.de natur.li.& facit ad prædicta,quia paria ſunt qualitatem alicui ineſſe naturaliter vel per priuilegium.Bal.in l.cum exhortatione. ff. de excuſ.tuto. immo plus hoc caſu, quia ex quo acceptauit hoc beneficium,vr̃ ſibi impoſuiſſe neceſſitatem,& ſic nõ poterit repudiare.tamen ille §.& quoniam. loquitur in legitimato ꝑ oblationem curię. & ita ſignanter ibi Ang. licet prædicta ratio ſit ge

2 neralis. †Tertio ſimiliter præmitto pro euidentia j̃. dicendorum ꝙ triplex eſt legitimatio.Prima, quæ ex toto reſtituit natalibus, & genituram legitimat, puta per ſubſequens matrimo. c. tanta. s̃.eo.& hanc proprie Ioan.And.hic appellat veram legitimationem & propriam, ex quo diſponit in radice vitium tollendo, vel reſtituit priſtinę naturę. & hec appelletur alias reſtitutoria, ſm̃ Domi.Ant.hic.& iſta eſt fauorabilis,vt no.in c.2. de fil. presby.lib.6.& not.cõiter Doc.in d.c. tanta. & hic. Secunda eſt ſpecies legitimationis,quę vocatur collectiua,quando ſuperior per reſcriptum legitimat:& hæc etiam eſt fauorabilis,vt no.in d.c.2. Pe.de Anchara. in 9ſi. 233. quod incipit, In Chriſti nomine &c. ex tenore priuilegij.& etiam in cõſi.413.quod incipit,In Chriſti nomine amen,circa primum quæſitum. Tertia eſt ſpẽs, q̃ vocatur diſpenſatiua ſiue habilitatiuã, ſ. quando Papa ſolũm ſup inhabilitate natalium diſpẽſat,vel in ſimili defectu:& iſta eſt odioſa, vt volunt hic Doc. & vult Pet. de Ancha. in conſilis prælle, & Pau.de Caſt.in conſi.219.quod incipit, In Chriſti noie amen, in cauſa quæ vertit.in 3.col.

3 †Quarto præmitto, quod alio modo poteſt dici duplex legitimatio.Alia generalis & vniuerſalis,quę trahitur ad omnia bona,& habilitat perſonam vbique: & hanc poſſunt facere Papa vel Imperator,vel habentes cauſam ab eis, vt volunt hic Docto. & patebit ex j̃. dicendis. & voluit Angel. conſi.301.quod incipit,In Dei nomine amen, pro deciſione primi puncti.Alia legitimatio eſt particularis,quę fit per habentes particularem iuriſdictionem,& in ſuo territorio tantum valet, vt j̃.dicam in materia.faciunt no. per Inno. in c. cum per tabelionem.& in c.cum dilectus.de fide inſtru.per Ang.in l. fi. ff. de iuriſ.om.iudi.facit l.actuarios. cum ibi no. C.de actua lib. 12. Itẽ alio modo poteſt dici legitimatio ganeralis, quæ fit in viam legis,vt in c.tanta.& in caſibus no.in c.per tuas. s̃. eod.& particularis legitimatio dicitur,quæ fit particulariter de certa perſona per reſcriptum vel gratiam principis,vt hic, c.j. & 2.de fil. presby. lib.6.

4 † Quinto præmitto,quatenus eſt dictum, quod legitimatio diſpẽſatiua vel habilitatiua eſt odioſa, ſciendum eſt quod aut conſideramus ex parte eius, cui conceditur poteſtas diſpenſandi,ſiue legitimandi,& tunc talis conceſſio eſt fauorabilis, cũ tractetur de præiudicio concedentis tantum: & ideo late interpretatur,vt not.Lap.in c.fi.de fil.presbyt.lib.6.Ludo.de Ro.in l. 2.in prin.ff.de verbo.oblig. Panor.& Do.Anto.in c.at ſi clerici. in verſicu.de adulterijs.de iudicijs.not.in c.quod dilecto.s̃.de cõ ſanguini.& affini.no.Ioan.And.in ca.fi.de verborum ſign.lib.6. & faciunt not.in cap.ſi cui. de præben.lib.6. Aut conſideramus habilitationem ex parte inhabilis,qui habilitatur,ſiue cum quo diſpenſatur,& ſic prout deducitur ad actum, & tunc eſt odioſa & reſtringenda,& ita loquitur tex.in capi.j.& fi.de filijs presby. lib.6.

5 † Præmitto etiam,quod alia legitimatio fit de abſoluta poteſtate, alia de ordinaria. de abſoluta poteſtate procedit legitimatio, quando filij ſunt tales, qui non poſſunt de iure legitimari:

ADDITIO.

a ¶Abuſiue comes. Adde Do.Soc.conſi.165.inci.viſis inueſtituris. verſ. circa primam dubitationem.circa fi.in 2.parte,char.26.

mari:puta,quia spurij vel alio modo a iure prohibiti legitimari,
§.fi.& ibi glo.in Auct.quib.mod.nat.effi.sui.no.in aucten. ex cō
plexu.C.de incest.nup.& hic bonus tex.iuncta gl.in verbo,adul
teri.vel ordinaria potestate legitimantur filij naturales,idest na-
ti ex concubina,quod qualiter intelligatur,j.dicam : & illi,quos
6 ius non prohibet legitimari.†Sexto præmitto,quod potestas di-
a spensandi pēdet ex tenore priuilegij.[a] Pan.in consi.225.quod in-
cipit,In Christi nomine amen, super primo dubio.facit ca.por-
ro.de priuilegijs.& est reseruatis principi,vt ibidem Pau. & j.vi-
debimus, & in §.illud.in Auct.qui.mod.natu.effi.leg.& scias , ꝙ
legitimatio probat quem fuisse non legitimum,l.fi.& ibi Bal.C.
de iur.aur.annul.In duas partes principales diuidit.Primo ponit
petitio. Secundo responsio. secunda ibi, quod aut.prope princi.
Secunda diuiditur in quatuor . Primo in prima probat rationib.
quod Papa dispensationem facere potest. In secunda ibi,videa-
tur.ponit similitudinem quam inducebat petitor, quam quinq;
rationibus improbat.In tertia ibi,rationibus . probat auctorita-
tibus noui & veteris testamenti , quod vbiq; terrarum certis ex
causis potest Papa inter Christianos se intromittere. In quarta
ibi,licet.petitionem petitoris non exaudit, quia petitioni lex cō
tradicebat . Et licet longa sit decre. Abbas breuiter sic summat.
Papa non legitimat in temporalibus aliquem iurisdictioni alte-
rius subiectum . Cum hoc summario transit Do.Anto.de Butri.
Gas.& Do.Card. post eum clarius , melius summat hoc modo .
Papa potest dispensare siue legitimare cum illegitimo etiā quo
ad hæreditates,& hoc in terris eccl. vel in non recognoscentib.
Imperatorem,illo patiente, qui est illorum princeps , in alijs nō
legitimantur illi,qui nati sunt non ex effectu maritali quo ad hę
reditates,nisi ex speciali causa,sed quo ad ordines sic, & tunc in
vim consentiētes intelligunt legitimati ēt quo ad hæreditates .
Pone sic casum fm But.ꝙ Papa intēdit, nobilis vir quidam Guli.
Montispessula.a se vxore de facto repulsa,superinduxit, & ex ea
prolem suscepit , & filios : mediante archiepiscopo Arelatensi
petijt misericorditer & gratiose a sede apostolica dispensari , vt
legitimarentur in hæreditate successuri, & ad obtinēdum istam
gratiam alleg.quod in simili casu Papa dispensauerit cum Rege
Francorū, qui ex superinducta prima coniuge viuente filios ha
buerit . Papa audita petitione,primo ostendit pluribus rationi-
bus se habere potestatem in talibus dispensandi.secundo osten-
dit causam impellētem non fore sufficientē ex diuersitate casus,
quod ostendit multiplici ratione.tertio ostendit,ꝙ in gratia regi
concedenda non deficit in ptāte. & inducit auctoritates noui
& veteris testamenti,quas declarat, & vltimo computat petitio
nem casus concludens,quare habeat potestatem. Et primū pro-
bat ex consuetudine,vt eo ꝙ solitum est fieri , quia alias & cum
naturalibus & cum adulterinis dispensauit.Secundo , quia cum
eis dispensauit legitimando ad episcopatum,ergo fortius legiti-
mando ad actus seculares,quod est minus. & consequens patet,
quia in actib.spiritualibus requiritur idoneitas maior personæ
quam in temporalibus. Tertio ostendit ex præeminentia pote-
statis,nullus est maior Papa inter homines , vt pote superiorem
non recognoscens.Quarto a simili,quia ad episcopatus promo-
uendo a patria potestate liberat,quæ est de iure ciuili,& ordinā-
do & ordinari permittendo, sic qui ad effectus ciuiles & tempo
rales disponit erga personam,disponit quo ad effectum tempo-
ralem hæreditatis:hoc est in cōpassibilitate rei : nam si Papa di-
sponit quo ad spiritualia quem legitimum, ergo quo ad tempo-
ralia,vt eadem persona non censeatur esse iure diuerso,conclu-
dens hoc indubitate in terris eccl. item in patrimonio Papę ,in
quo exercet vtrāq; potestatem & spiritualem & temporalem.
hoc de primo. Secundo principaliter impugnat similitudinem
inductam ad obtinendam gratiā,quam dicit dissimilem attenta
veritate.Primo , quia filij a Rege ꝓducti nati sunt ex superindu
cta auctoritate ec.sed producti ab isto nobili nati sunt ex super-
inducta ꝓpria temeritate.Secundo,quod casus regis fuit in pro-
le prodita, nō assistente aliqua probatione ec. vel in prohibitio
ne ec.casus vero huius nobilis fuit ꝯ prohibitionē ec.quia ꝯ ma-
tri.Primum per regem fuit aliqua iusta causa alleg. & expecta-
ta sententia,licet nulla ex defectu ordinis iudiciarij tantum. ca-
sus vero nobilis fuit nulla expectata santētia, nec aliquo allega-
to ꝯ primum matrimoniū. Quarto, quia proles à Rege prodita ,
separata a Rege prima coniuge post sententiam , licet nullam ,
superinducta secunda coniuge hēbat probabilem legitimatio-
nis dubitationem,quia clare apparebat proles legitima, nec su-
per ea cadebat aliqua dubitatio , ergo non sic erat in Rege dis-
ficilis dispensatio , sicut quando probabiliter de legitimarione
non dubitatur. Quinto , quia nullus recognoscens superiorem
absq; præiudicio superioris poterat iurisdictionē prorogare su-
per hoc, quæ causa cessabat in nobili viro, de quo in litera alte-
ri subiecto . & hoc de secundo . Tertio principaliter ostendit, ꝙ
cum Rege dispensare potuit ostendens ex nouo & veteri testa-
mento, per ea quæ apparent, ꝙ in illo casu non solum cum Re-
ge in terris ecclesiæ , immo etiam in terris Imperij Papa potest
exercere iurisdictionem in certis casibus,inter quos vnus. s.quā
do casus est difficilis , & super eo sunt probabiles dubitationes,
quod probat ex auctoritatibus veteris testamēti , quas declarat
hic.istas potuit ergo declarare Papa.hic erit casus, in quo etiam
legitimaret ī terris imperij.hoc autem an filius Regis esset legi-
timus vel non,poterat dubitari probabiliter,& variæ erant opi.
merito ꝓpter casus difficultatem,etiam si casus aliter ad Impe-
ratorem spectaret, in terris imperij potuit adiri ecclesia.Et vlti-
mo Papa concludit, quia omnis lex & Mosaica & can.& ciuilis
tales repellit,ꝙ non intendit dispensare.Et primo legit But.vsq;
ad ver.videbatur.ego legam vsq; ad ver.quod autem. fm ordinē
Car.Flo.vt de gradu ad gradum fiat leuior ascensus , 47. di.c.sic.
l.vt gradatim.ff.de mu.& hono.in c.degradatio.de pę.lib. 6.Ca-
pio igitur principiū vsq; ad ver.qđ autē . In tex.ibi, filios.s.susce
ptos de superinducta,viuente prima vxore,quam temeritate ꝓ
7 pria repulisti.ita in ver.videbatur. †Nota primo ex suprascriptio
ne, cum dicit , Mōtispessulani.cum dicit in genitiuo casu , quod
no.dominium. vide glo. vt ibi not. per Doc.in c.j. s.de postulat.
prelato.& colligitur hoc in suprascriptione . dicit Hostiē. debet
subaudiri dño . Tu dic , quod genitiuus aliquando non denotat
b dominium, [b] sed administrationem, c.peruenit.el j.de iureiurā.
& gl.c.pro illorum.de præben.gl.in c.quo iure iura.8.dist. Gem.
in c.si propter tua debita.in j.col.de rescrip.lib.6.vbi de istis pro-
nominibus,meum,tuum. Ioan.And.in c.si sententia. de senten.
excom.lib.6.& Panor.in c.quia.s.de iudi. Do.Anto.in c.ad sedē.
de restitu.spol. Barto.in l.j.§.idem permittit. ff.nautæ caupo.sta-
bu.s.in rubrica,ff.de oper.no.nuncia.facit. gl.in l.2.in prin. ff.de
orig.iur. vbi dicit , quod regatij dicunt , iste equus est meus , &
tamen solum sedent super eo,vel illum gubernant . item deno-
tant quandoq; originem loci,vt talis ciuitas est Titij,idem illius
oriundus,c.Ioan.de cle.coniuga.facit gl.in verbo,eorum.in ca.j.
8 de vsur.lib.6.Not.secundo iuncta suprascriptione ad ver.archie-
piscopum,quod clericus in foro ecclesiastico potest esse procu-
rator laici ad causas promouendas,& gratias impetrādas . facit
de simo.c.cum essent. quia secus si esset procurator in foro ciui-
li.& ita intelligitur tex.in c.j.de post.Panor.hic alleg.Fede.con-
sil. 163. quinimmo plus dicit , etiam in foro seculari potest cleri-
cus esse procurator laici in vna causa,& iura prohibentia talem
procuratorem debent intelligi de generali procuratione . ita
sing.voluit Inno.in c.j.de obli.ad ratio.& sensit s.ne cle.vel mo-
nachi.in c.sed nec. & notabis illa dicta , quæ communiter igno-
rantur.& vide per Archidia.in c.peruenit.86.distin.& per Com-
post.in c.dilecti.de arbi.Et per hoc refert,quod dixi alias in q.fa-
cti , quod etiam in foro seculari potest clericus esse procurator
clerici , cum possit esse laici, quod fortius est vt s. & vide Panor.
in c.2.s.de postulando.vbi de hoc dicto latissime ponit . Ad pri-
mum dictum facit,quia edictum de procuratoribus est regulari-
ter permissorium , cap.j. de procuratori.lib.6. sed non reperitur
ecclesiasticum non posse procurare causam ecclesiasticam , de
procurat. capitu.3. lib.6. c.sopitę de censibus. faciunt not.in ca-
pit. accedens. supra, de præbend. ita de ecclesiastica persona in
foro ecclesiastico est permissum , vt possit pro laico procurare.
vide de hoc etiam per Butri.in ca.sacerdotibus.ne cleri.vel mo-
nac.& per hanc decre.dicit Innoc.in c.cum I.& A. s.de re iudic.
monachum posse esse procuratorem laici ad vtilitatem mona-
9 sterij.de quo ibi plene.†Nota tertio quod illegitimi dicuntur in-
decori,& propter hoc sunt inhabiles ad ea, quæ in decore con-
sistant,& ad dignitates &c.c.indecorem . s de filijs presbyter.&
s.de instit.cap.cum decorem.in decisa. & ad hæreditates vt hic.
& dicit Bal. in l.nuptiæ. ff.de stat. homi. quod bastardus non est
de parentela nobilium , quia sordes non mouentur inter prin-
cipes . immo vult Bald.in capit.per tuas. de maiori. & obedien.
quod legitimatus non debet sedere in vna mensa cum fratre le-
gitime nato, l.humilem. C.de incest. nupt.plus dicit,quod non
potest portare ,nobilium insignia , vt in præalleg. l. nuptiæ .
licet ex communi vsu habeatur contrarium . & an possit porta-
re arma

ADDITIONES.

a ¶Priuilegij.Adde, ꝙ idē habetur per Do.Soci. cōsi.212.inci.j.consultatione dicendum.ver.2.præmitto.ibi,nam.in 2.parte,char.86.

b ¶Dominium.De genitiuorum natura vide no.& plene per Do.Soci.consil.73.incip.In præsenti consultatione.ver.præterea demum . ibi , quod & secundo etiam clarius.j.par.char.127.

re arma domus, & vocari de domo, dico in seq. versic. & colligo
ex verbis literæ, quia legitimitas hominis dicitur decorus titu-
lus, quem parentes debent filijs procurare per legitimum ma-
2 ritur secundo, si mulier† repetit dotem ab hærede mariti, an possit illi opponere de adulterio. Spe. in eo. tit. §. j. ver. quid si mulier agit. & in tit. de except. §. dicto. ver. item quæritur. & ibi dicit ꝙ nō, quia maritus non lucratur dotem, nisi accuset mulierem de adulterio, & se inscribat, vt in Auth. vt li. mat. & auiæ. §. quia plurimas. sed hæc ratio non vrget, quia non tenetur maritus se inscribere, nisi quando agitur criminaliter, d. §. quia vero. secus si ciuiliter, vt in Auth. de nupt. §. si igitur. ita not. Iac. de Belu. in d. §. quia vero hic, de procur. Item ꝙ hæres mariti possit obiicere exceptionem adulterii contra mulierem, not. glo. in l. vnica. C. de rei vxo. acti. §. illo proculdubio. & pro hoc l. fin. & hoc tenuit Alber. Papien. secundum Butr. contrarium verius est, ex quo maritus non improbauit mores mulieris, nō debet audiri hæres hoc facere volens, vt ff. sol. matri. l. rei iudicatæ. §. j. & quod ibi no. gl. in verbo, non habet. & de hoc ibi per Bart. Ad l. fin. dic ꝙ loquitur, quando vir superuixit vxori, & mulier decessit non in matr. sed facto diuortio propter adulterium: vnde si vir non approbauit mores vxoris, imo improbauit, hæredes excipere poterunt. & hoc hic tenet Card. in sua vlti. q. & placet hic But. & Vinc. & facit quod hic no. in gl. 3. do. Ant. hic, & Panor. concludunt cum Bart. in l. rei iudicatæ. §. fin. ff. so. mat. ꝙ contra hæredes vxoris de adulterio vxoris opponi possit, si dotem petat, non autem hæredes mariti poterunt opponere, si nūquam fuit per maritum oppositum. Ita intelligo eum: sed Bald. indistincte videtur tenere, ꝙ hoc non habet locum in hæredibus, vt in c. j in 2. col. extra vt lite non contest. ꝙ hæres non possit opponere, tenet Paul. de Ca. in consi. 136. quod incipit, In Christi nomine amen, hæc mulier. Do. Signor. de Homodeis in consil. 50. quod incipit, In q. j. & ij. arguit ad partes, & postea distinguit. Primo enim facit, ꝙ hæredes non possunt excipere, quasi videatur dissimulasse, & remisisse maritus iniuriam sibi factam, ex quo nullatenus fuit conquestus, vt l. j. §. fin. ff. ad silleia. & l. omnimodo. C. de inoff. test. l. fin. C. de reuoc. don. Præterea quiescente marito alius non potest conqueri, nisi prius de lenocinio mariti esset quæsitum, vt l. constante. ff. ad l. Iul. de adult. Præterea ex quo maritus sciuit toto tempore vitæ suæ, recte potest dici iniuriam ad animum suū non reuocasse, & per consequens remisisse, vt l. non solum. §. j. ff. de iniur. Præterea hæres morum vxoris cohertionem nullo modo habet, vt in d. l. rei. §. hæres. Præterea ita demum videtur dos lucro mariti cedere ratione criminis adulterii, quando maritus ipsam accusauit de adulterio, & se inscripsit, vt in Auth. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero. In oppositum videtur tex. in l. fin. C. ad l. Iul. de adult. Præterea post mortem de crimine quæritur ꝓpter bona, vt l. Gayius. ff. ad silleia. & l. 3. C. si pend. app. mors interue. & l. ex iudiciorum. ff. de pub. iud. Præterea ad hoc optime facit l. filio. §. Seya. ff. de adimen. leg. Præterea exceptiones transeunt ad hæredes: dico exceptiones cohærentes rei, vt in l. exceptiones. ff. de excep. Et ideo pro declaratione omnium istorum videtur do. Signor. sic dicendum, aut maritus viuens ignorauit adulterium mulieris, aut sciuit, aut dubitatur. Primo casu optime possunt hæredes excipere de adulterio, cum maritus non possit videri dissimulasse, & remisisse, nec possit sibi remittere iniuriam, de qua ignorabat, vt l. vult. §. si cum filius. ff. de inoff. testam. & l. mater. §. j. & l. legitima. ff. de petit. hæred. & l. vtili. ff. de confir. tut. Secundo casu principali, videlicet quando sciuit &c. aut maritus sciens adulterium mulieris scienter retinuit in matri. & in domo, ipsamque vt vxorem tractando, aut non. Primo casu maritus, qui non fuit conquestus de adulterio mulieris, de quo potuit conqueri de iure nouissimo etiam constante matri. vt in auth. hoc nouo iure. C. de adul. licet secus esset de iure veteri, vt l. crimen. C. eo. & tunc isto casu maritus est leno, vt l. siue metu. C. eo. & hoc casu si contra petitionem dotis excipiatur de adulterio mulieris per hæredes mariti, cum ipsi tractent de lucro captando, contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti, vt l. cum mulier. ff. sol. mat. & sic in effectu procedet petitio dotis: & paria delicta mutua compensatione tollentur, vt l. viro. ff. eo. & l. ex hoc. §. pen. ff. de eo per quem fac. & quod notatur per Inno. in c. intelleximus. extra de adult. & per Iac. de Are. in d. l. cum mulier. & huic dicto satis concordat dictum Iac. de Are. in l. rei. §. j. ff. sol. mat. Item satis concord. quod ibi not. glo. quæ incipit, scilicet habes. in princ. sed glo. in fi. sui corrigitur per aliam glo. quæ est in l. vnica. §. taceat. C. de rei vxo. actione. Secundo casu, quando adulterā non retinuit: & tunc aut quæritur de crimine principaliter, aut secundario. Primo casu hæredes non possunt conqueri de crimine, imo est necessaria accusatio, & inscriptio fienda, cum modificatione tamen, quam facit glo. in d. §. quia verò. nec esset sanus intellectus, ꝙ dictus §. quia vero. adaptaretur in casu, vbi principaliter dos. & secundario quæritur de crimine, quia d. §. loquitur, quando constante matrim. quæritur de crimine. & in hoc corrigit ius antiquum, quo tempore, scilicet constante matri. dos non potest peti, vt l. j. C. si constante matri. &c. ex quo ergo regulariter non est petitio ipsius dotis constante matri. frustra quærimus de exceptione criminis, vt l. 2. in prin. ff. de excep. & sic intelligo allegata pro ista parte cum opinionibus concordantibus ad hoc. Secundo casu hæredes possunt conqueri de crimine, vt d. §. Seya. cum allegationibus & opi. concordan. ad hoc pro ista parte. Tertio casu principali, videlicet quando dubitatur: dico idem, quod in primo casu, cum maritus præsumatur ignorare, vt l. j. §. illud. ff. de lib. agno. l. mariti. ff. de adul. & l. verius. ff. de probatio. Sed operæpretium iudicaui hic inferre pulchrum consilium Pau. de Cast. quod est num. 119. & incipit ac sequitur, vt infra, In Christi nomine amen, Reuocatur in du-
3 bium, si mulier existēs† in viduitate committat stuprum, deinde agit cōtra fratrem & hæredem eiusdem mariti ad repetitionem eius dotis, an possit repelli, & dos debeat cedere lucro dicti hæredis ratione prædicta. & videtur ꝙ nō debeat lucro cedere, nec possit repelli triplici ratione. Primo, quia iura loquentia de hac materia loquuntur in adulterio, quod committitur a nupta, vt propter hoc debeat dotem perdere, quia per ipsam violatur matri. C. de repu. l. consensu. sed in vidua committitur stuprum, nō adulterium, vt ff. de adult. l. inter liberos, §. j. nec per ipsam videtur violare matri. quod non est, ergo &c. sed ad hoc potest respōderi, ꝙ non solum propter adulterium, per quod violatur verum matri. mulier perdit dotem, sed etiam propter stuprū, per quod violatur matri. putatiuum, vt patet, cum putatur matri. tenere, & tamen non tenet, vt notatur per glo. in c. isto, & per alios Doct. & in d. l. consensu. in glo. magna, super verbo, annum. in fi. quæ tenet per tex. in Auth. de nuptiis. §. si vero ab initio. Eodem modo videtur, ꝙ perdat propter stuprum viduitatis, quo tempore censetur & fingitur præcedens matri. durare, vt in Auth. de nuptiis, §. soluto. C. de bon. matern. l. fin. ff. ad municip. l. fi. §. vidua. de sena. l. fœminæ, glo. de foro competen. cap. ex parte. sicut enim durante viduitate gaudet priuilegio primi matri. vt in dictis legibus, & quod in eis notatur; ita debet eam inuiolatam conseruare, aliàs debet puniri sicut violans matri. putatiuum, ratione cuius sortitur priuilegium in quasi dote, sicut in vera dote, l. si cum dotem, §. fin. ff. sol. mat. vsi tent enim non licet violare matri. ita nec opinione verum vel fictione, ar. notatorum supra.

Existens

Existens enim in viduitate debet alimentari de bonis quondam
mariti, si esset egena, etiam si dotem non habuisset, vt notatur
in l. fin. C. de bon. maternis. propter memoriam bene transacti
matri. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de leg. 2. igitur & pœnam de ip-
sius violatione sustineat, iuxta illud, commoda qui senties, iun-
ges onus emolumentis, vt ff. de reg. iur. l. secundum naturam. 12.
q. 2. charitatem. & c. quisquis. & c. cum secundum. de præben. ta-
men in c. j. supra eod. retuli, ꝙ imo vidua non debet ali ab hære-
dibus mariti, nisi vt ibi dixi. Secundo facit pro hac muliere, quia
res non debet incipere ab eo casu, quo cœpta finiretur, vt ff. de
vsufru. l. Titio cum moriar. sed si adulterium fuisset commissum
viuente viro, & sic fuisset acquisitum viro ius accusandi, cum ꝓ
lucro dotis eo mortuo & in iudicium illo non deducto non trās
mitteretur ad suos hæredes, sed extingueretur morte, l. rei iudi.
§. j. in fi. ff. sol. matr. C. de reuoc. don. l. fin. & notatur in Spec. de
don. inter vir. & vxo. §. formatur. ver. quid si mulier. ergo non de
bet hoc ius querelæ incipere in personam hæredis, postquam
cœptum in personam viri finiretur in personam hæredum. Sed
ad hoc respondetur, ꝙ non est eadem ratio, ideo non valet argu
mentatio: nam si cœptum esset in personam viri, non transiret
ad hæredes eius, quia moriendo censetur ipsum remisisse, sicut
& alias actiones tenētes ad vindictā, vt iniuriarū, vt ff. si q̄s cau. l.
eū qui. §. qui iniuriarū. ff. de priuatis delic. l. j. sed si non erat ortū
viuente viro, non potest dici remissum per eum: ideo prohibe-
tur incipere in personam hæredum. simile videmus in exceptio
ne dilatoria, quæ si orta fuit ante litem contest. & non opposita,
non potest postea opponi, quia censetur remissa, vt C. de procu
ra. l. ita demum. & tamen si oritur post lit. contest. non prohibe-
tur opponi, quia nō potest dici remissa per cōtestationem, quia
tunc nata non erat, sed nata fuit post, C. de consor. eiusdem lit.
l. 2. Et mora, quæ ante lit. conte. commissa est, non potest postea
purgari: & tamen si committatur, potest purgari vsq; ad senten
tiam, vt C. de transact. l. siue apud acta. & ibi notatur in glo. fina.
4 Tertio facit pro hac muliere, quia tunc † vir lucratur, cum accu-
sat vxorem de adulterio ad separationem matri. aliàs oportet, vt
se inscribat ad pœnam talionis, vt in Authē. vt li. mat. & auiæ. §.
quia vero. Et notat Bart. in l. miles enim. ff. de adulte. sed hic hoc
maritus non facit, imo etiam si agatur ad separationem, requiri
tur inscriptio, vt hic. Sed certe primum nō est verum, quia cum
accusat criminaliter, & inscribit se, dos non cedit lucro viri, sed
mulier vna cum dote aliisq; suis bonis detruditur in monaste-
rium, certa parte ipsorum assignata consanguineis, vt in Authē.
vt nulli iudicum. §. adultera, posita C. de adult. in auth. sed hodie.
Secundo vero quādo agitur ciuiliter ad separationem thori, be-
ne est necessarium, vt not. gl. in l. consensus. s̄. allegata. in gl. ma-
gna, in tertia solu. & probatur in c. tuæ. de procur. tamen tunc il-
lud est necessarium, cum matri. constat, sed si solutum erat olim
diuortio, sufficiebat exceptio, vt colligitur ex l. cum mulier. ff. so
lu. mat. & notatur in d. §. formatur. ver. quid si mulier. in fi. secun
dum Albertum Papiensem, cum quo Io. And. idem in addi. Spe.
dicit concordare. & Cyn. in l. j. §. illo proculdubio. C. de rei vxo.
acti. Idem ergo est in casu nostro, vbi solutum est morte, stanti-
bus quibus supra. Quarto facit pro ista domina, quoniam pœna
amissionis dotis propter adulterium imponitur propter offen-
sam & iniuriam, quę fit marito, d. l. consensu. C. de repu. sed mor
tuo non videtur posse inferri iniuria, vel offensa, quoniam de-
functus non habet animum, qui possit ad iracundiam prouoca-
ri: ergo &c. vt C. de inoff. testam. l. cum te. & l. filia in orbitate. &
qđ plene not. Bar. in l. licitatio. §. qđ illicite. ff. de pub. Sed huic re
spondetur, ꝙ immo defunctus potest offendi, vt ff. de his quibus
vt indig. l. j. & quod not. eod. tit. l. sororem. ff. de relig. & sump. fu
ne. l. j. & l. si quis iudex. & prosecutio talis iniuriæ vel offensæ
pertinet ad hæredes, vt ff. de iniur. l. j. §. forte. Prædictis ergo non
obstantibus sub correctione prioris sententiæ, vt ff. qui potiores
in pig. hab. l. Claudius felix. videtur dicendum de rigore dictam
mulierem per dictum stuprum in dicta viduitate commissum
debere dotem perdere, & sic posse repelli per exceptionem si
eam petit: & ꝙ debet apud fratrē dicti defuncti & hæredes eius
manere tanquam principaliter offensos ex offensa facta defun-
cto, per iura supra allegata. & etiam per text. cum glo. & per id
quod not. Bart. in d. l. pen. C. de adult. vbi patet, ꝙ vidua nec po-
test nec debet viduitatem suam stupro violare, & maculare, & si
contra fecerit, maritus si viuit, quia matri. fuit solutum diuortio,
principaliter offenditur, & præfertur omnibus aliis in accusatio
ne, sicut si commisisset adulterium durante matri. & eodem mo
do si solutum est per mortem viri, tam ipse defunctus q̃ hære-
des eius & eius consanguinei, qui similiter offenduntur, vt ibi
singulariter, possunt petere eam puniri, sicut puniri deberet ea
durante matri. si adulterium commisisset: & ꝙ pœna eis tanquā
principaliter offensis applicari debet, ff. de liti. l. fi. & d. l. j. §. si for
te. ff. de iniu. iunctis supradictis. & facit text. Quæro, maritus pro
pter adulterium vxoris, non tamen notorium, expulit eam de
domo, sic expulsa per annum: & quia mulier aliunde alii mu-
tuo pecuniam quæsiuit, vt se aleret, mulier prouocauit ad iudi-
cium, petit alimenta præterita, & futura sibi decerni: maritus ex
cipit de adulterio: replicatur, ꝙ crimen adulterii non notorii nō
priuat ipso iure mulierem alimentis, vel his iuribus, quæ habet
in maritum, nisi demum sententia lata sit super crimine adulte-
rii, vt ff. de dona. l. post contractum. cum sua materia. facit quod
notaui in c. porro. & c. seq. s̄. tit. proxi. Ad illud autem, quod com
muniter dicitur, ꝙ mulieri obstat exceptio adulterii, verum est,
vt exceptione probata repellatur a futuris alimentis, sed a peti-
tione alimentorum, quæ dicuntur ante litem inchoatam, nō de-
bet mulier repelli. & concordantiæ de hoc sunt in l. si instituta.
ff. de inoffi. test. Et idem dicit Host. in c. ex parte. de ac. dum ma-
tri. accusatur de alimentis, quæ fiunt pendente lite, etiam si ve-
rum est, ꝙ pendente lite debeat alimentari, alimenta etiam præ
terita poterit etiam repetere, ex quo adulterium non erat decla
ratum per sententiam, nec erat notorium. & hoc tenet Fede. de
Sen. consi. 106. quod incipit, Do. Corrado. & quidam do. Leo,
per c. significasti. de diuor. & c. porro. vt ibi allegat Fed. Cuius au
tem debet esse dos, si vxor damnetur de adulterio, & detruda-
tur in monasterium, secundum formam authē. sed hodie. C. de
adult. vide per Lapum alleg. 179. vbi etiam late prosequitur, nun
quid dos vxoris applicetur monasterio, vbi intrat de consensu
viri, non obstante pacto de lucranda. glo. j. vult opponere, ꝙ abs-
que iudicio eccl. non debet separari, c. porro. & c. ex literis. titu.
præceden. Sol. operatur iudicium eccl. quo ad hoc, vt separatio
valeat, non tamen quo ad lucrum dotis, vt hic. glo. 2. opp. & sol.
Glo. 3. quærit, an post pœnitentiam vir possit compelli recipere
adulteram. dic ꝙ non, & quando cum dicit post pœnitentiam,
dic vel post baptismum, secundum Ioan. And. Facit quod no.
glo. fin. in fi. tit. præced. Secundo quærit, si reconciliata fuerit, nū
quid possit opponere fornicationem illam. & dicit ꝙ non, quia
videtur remisisse, & mores probasse, l. si vxor. in fi. ff. de adulte.
vbi si maritus primo, vel pater habens filium in potestate non
accusat de adult. infra lx. dies, videtur mores eius probasse. not.
tamen hæc gl. ꝙ reconciliatio se refert ad delictum præteritum,
5 non futurum. Glo. 4. opp. & dupliciter sol. prior † solutio commu
nior est, & placet Cardi. Flor. & But. hic. & illa secundum eum
impropriat verba, & impropriatio non debet fieri in pœnali-
bus, ꝙ appellatione dotalicii comprehendantur parafernalia.
No. tn̄ glo. ipsam, & pro ipsa de foro compet. ex parte. vbi & de
hoc in glo. j. & dicitur dotalicium quasi dotis precium, & debet
esse æquale doti, infra in c. fin. in glo. vlt. datur enim donatio per
virum mulieri, vt in c. fin. in glo. vbi de hoc in vlti. glo. Parafer-
a nalia vero dicuntur [a], quæ a muliere iuxta dotem inferuntur in
domum viri: & dicitur a para, quod est præter, & ferni, quod est
dos, vt ff. de iure dotium. l. si ego. §. dotis autem causa. facit glo. in
ver. obligata. in c. ex literis. de pign. & Doct. super illa. Et ex hac
glo. in fi. colligitur, ꝙ ob adulterium vxoris maritus etiam lucra-
tur parafernalia: hoc tamen non probatur iure, nisi ꝙ vltra do-
tem mulier perdet tantum, quantum est tertia pars dotis, si ha-
bet alia bona: & hoc si non habet filios, tunc non maritus, sed
filii habēt dotem quo ad proprietatem & alia bona matris suæ,
vt in auth. sed hodie. C. de adulte. secundum Ioan. And. & cum
glo. allegat l. vlt. C. de pact. conuen. si vxor, quæ nomina fœnera-
titia debitorum vltra dotem parafernalia loco dedit administrā
da marito, ab illo pro his cautionem exigit, erit illa contenta:
aliàs dat lex hypotheca in bonis mariti, ex quo pecunias exigit.
Et quando maritus sit obligatus pro ipsis bonis parafernalibus,
& quādo ipsorum custodiam dicitur accepisse, vide in d. l. si ego.
§. dotis autem causa. consueuit notari in c. ex literis. de pigno. Et
facit glo. ꝙ statutum loquens de dote extenditur ad paraferna-
b lia [b]. facit etiam glo. in d. c. ex literis. Alberi. tenet in l. vbi adhuc.
in 22. colum. C. de iure dotium. in l. de quibus. in 4. colum. ff. de
leg. & in l. j. in princ. aliàs in rubrica, C. de rei vxo. actio. Et quæ
dicantur parafernalia, an in dubio quicquid habet mulier extra
dotem, dicatur parafernale, glo. in rub. C. de pactis conuen. Azo
in sum.

ADDITIONES.

a ¶ Dicuntur. Adde do. Soc. cons. 249. incip. Materia præsentis consultationis. ver. fi. in fi. in 2. par. char. 139. ꝙ bona parafernalia dicuntur, quæ sunt tradita viro administranda extra dotem.

b ¶ Ad parafernalia. Sed quid an gaudent priuilegiis dotis. dic ꝙ non, glo. est singul. in l. si ego. §. dotis. in versi. codic. ff. de iur. dot. & tenet Bart. Cepo. in singu. ver. 157.

in sum. C. de iu. do. ꝙ sic. Bald. in l. j. C. de senten. quæ sine certa quantitate. in l. fin. C. qui potiores in pign. habeantur. Albri. in l. si mulier. C. de pact. conuent. Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. in c. pen. de consuetudine. Et an maritus debet habere fructus parafernalium sicut dotis, Barto. in l. si maritus. in princip. ff. ad l. falcid. & ibi Ange. quanto tempore durare præsumantur parafernalia. Glo. vlti. quærit, si † lata est sententia separationis thori propter fornicationem vxoris, & sit condemnata mulier ad perdendum dotem, & postea probet matri. fuisse nullum propter consanguinitatem, an mulier repetet dotem. glo. arguit pro & contra, vsque ibi, super hoc. & ibi recitat duas opiniones. primam Tancred. ꝙ audiatur. aliam Laur. contrariam: & hanc dicit gl. veriorem, sed primam benigniorem: quam etiam videtur glo. in fi. approbare. In glo. ibi, l. si falso. vide casum in c. fraternitatis. super glo. per errorem, de frig. & malef. & in c. significantibus. de purgatione vul. In glo. ibi, auunculo. est l. vlti. vide casum supra c. proxi. super glo. j. ibi, l. j. C. de re iud. rei iudi. statur, sed si probo illum recuperasse, quod de futuro videbatur amisisse, contra ipsum agentem iudicati exceptio obstabit. In glo. ibi, l. vlt. C. de condi. ob causam. si matri. non tenuit, nec dotis restitutio, & pactum super eo factum habetur, ac si non fuisset factum: & restituitur per condictionem ob causam. In glo. ibi, cum putarem. vide casum in c. significauit. super glo. j. In glo. ibi, siue. in princ. si iudex eum, qui filius non est, pronunciat filium, sententia facit ius: quantum autem ad principalem intentum glo. ponendo opin. Tancre. secundum eum vult, ꝙ mulier ista dotem repetere potest. Tancre. refert simpliciter mulierem audiendam, sed dicit quod si in priori iudicio super matr. & dote fert sententiam, nec sententia fuit per appellationem reuocata: & tunc debet perdere dotem. si vero in iudicio nil fuit actum de dote, ex quo cõstat per sententiam, constat matrimonium fuisse nullum: ergo nec fuit dos, nec adulterium: non perdit ergo id quod dedit pro dote, præcipue quia pœnæ sunt molliendæ, de pœni. distinct. j. c. pœnæ. & est melius fauere petitioni quàm aduentitio lucro. & pro hac opin. facit quod notatur in Authen. de nupt. §. si vero ab initio. Vinc. autem post Tancre. dicebat, ꝙ multum præiudicat sibi vir, quia post separationem & lucrifactionem dotis contendit nullum fuisse matri. & replicat in dubium quæstionem iam decisam de dote. & dicit Ioan. And. insurgere distinctionem, quòd aut post diuortium thori vir prouocat ad diuortium vinculi, aut mulier, aut tertius. de cuius distinctionis prosecutione se remittit super rub. qui matri. accus. possunt. & hic aliter non prosequitur. videtur tamen Ioan. And. sentire, ꝙ primo casu, quando vir prouocat, si separatur matri. mulier recuperabit dotem, quia vir intelligitur sibi præiudicasse super sententia prius lata pro se super dotem. quæ ratio cessat in duobus sequentibus membris, nõ obstante sententia postea secuta, remanebit prior sententia quã tum ad quæstionem, quam ponit glo. Opin. Lau. tenet Goff. Philip. & Hostien. per l. si vxor. §. fin. alleg. in glo. ibi, nec matri. nec spem matri. violare licet. not. Ioan. And. in c. 2. de coniug. seru. in fi. & hoc tenet Bar. Brixien. in q. sua dominicali, quæ incipit, Mulier quædam. & est 63. & pro hac facit etiam secundum Cardin. Authen. de res. & ea quæ parit. §. numeri siquidem. vbi ponit pœnam mulieris nubentis j. annum luctus, patitur mulier, si intra hoc tempus ex stupro peperit. & idem dicit glo. in Authen. de secund. nup. §. si commisit stuprum. Ita hoc tempore etiam si nõ pareat. pro hoc etiam videtur casus 27. q. 2. quidam. vbi vxor frigida dicitur mecha, si ab alio cognoscitur. & hanc opi. Lau. quam concludit do. Cardi. Flo. dicit veriorem, dato secundum eum ꝙ vir petat separationem vinculi, non propter hoc infertur ꝙ mulier adulterium non commiserit: ad quod committendum sufficit, ꝙ apparebat esse matri. & pro hoc facit quod dixi supra in c. j. eod. tit. in glo. 2. & super ea, vbi dixi priuilegia dotis competere etiam matri. putatiuo: & pro hoc vltimo soluitur ratio in glo. posita pro alia q. in eo ꝙ dicit veritate manifesta. Non obst. res iudicata: nam sufficit, ꝙ sint in apparentia. & pro hoc etiam soluuntur hæ rationes positæ in glos. pro hac parte. Do. Panor. hic transit cum opin. Cardin. & glo. quam dicit communem: adducit in fi. disputatam q. per Ioan. And. in regula, cum quis. in mer. de regul. iu. lib. 6. vbi dicitur, ille, qui cognouit solutam, credens cognoscere maritatam, punitur pro crimine adulterii. & sic inspicit opin. quo ad puniendum. Do. Anto. hic ordinatim arguit ad partes, postea ponit quæ sit communis opinio: postea distinguit primo reassumendo, quod glo. dicit per ordinem. Do. Ant. quærit, lata est sententia, per quam mulier separata est a thoro viri, quasi commiserit adulterium, & per hoc nunciatum est dotem perdidisse: secundo probatur consanguinitas inter eos, & pronunciatur matri. nullum fuisse inter eos. Quæro, an mulier posset dotem repetere, quia ex futuro euentu patet, ꝙ non fuit matri. si non matri. non fuit adulterium, de frigidis. fraternitatis. in fi. manifesta veritate. Non obst. res iudicata, de purg. vul. c. 2. 8. distin. c. veritate. ff. de condi. sine causa. l. si fullo. & l. auunculo. Secundo, quia causa sententiæ est redacta ad non causam: nam causa fuit, quia adulterium commissum fuit, & commissa fuit dos, quia & declaratur dotem non fuisse, nec matri. ergo sententia debet retractari, vt l. pen. ff. de condi. sine causa. Tertio, quia sententia retractatur ex noua, vt supra tit. proxi. c. ex literis. & infra c. pen. Quarto, quia detecto errore sententia primo lata reuocatur, supra de frigi. c. super. Quinto, quia per secundam sententiam tollitur prima, s. de re iudi. c. inter monasterium. In contrarium facit, quia res iudicata pro veritate accipitur, ff. de re iudi. l. res iudicata. ff. famil. hercis. l. cum putarem. Secundo, quia ex quo sententia est lata, & ab ea non fuit appellatum, ius factum inter partes est: igitur ipsa non potest retractari, de re iudi. c. cum inter vos. ff. de lib. agno. l. fine. Tertio, quia sententia contra sententiam est nulla, 2. q. 6. c. diffinitiua. ergo cum primo fuerit iudicatum illam adulterium commisisse, secundo fuit iudicatum cõtra, scilicet matri. non subesse, & consequenter adulte. non esse, non valet sententia contra sententiam. Quarto, adulteria sicut & cætera delicta ex corde procedunt, & iudicantur ex intentione, 20. q. 6. c. j. 34. q. 2. cap. in leuitici. & iniuria ex affectu mentis fit, 15. q. j. c. illud. sed non est dubium, ꝙ hæc mulier, licet in veritate non esset matrim. agebat quantum est in se iniuriari ei, quem pro marito tenebat: igitur cum quantum esset in se, dolum commiserit, debet teneri de adulterio, quod in se dolum requirit, & dolo impletur, vt ff. ad l. Iuliam de adult. l. pen. tamen per prima iura dixit, ꝙ mulier potest dotem repetere detecto matri. inter eam, & eum non fuisse, & eius opin. & sequentium supra retuli. Laur. dicit, ꝙ non est vlterius audienda propter intentionem cum opere subsecuto, licet modo appareat, ꝙ non fuerit matri. quia fecit quod potuit, de biga. c. nuper. & c. vlti. de adulteriis. c. si vxor. & supra vidistis, qui transeat cum Lau. Ber. dicit ꝙ mulier non potest repetere dotem. Primo, quia in talibus principium considerandum est, non exitus, vt per hoc cæteris delinquendi audacia auferatur: & quia si permittetur, posset dari audacia falsum committendi in probatione impedimenti. Dicit glo. ꝙ prima opin. magis est benigna, sed non est tenenda communiter. dicit do. Ant. inuenire se Doct. inclinare in hanc partẽ, ꝙ hæc mulier non possit petere dotem: & fundamentum est primo sententia, quæ transiuit in rem iudica. & quia inspecta opinione mulieris hic, peccauit, ideo punienda: & ne detur materia ad fingendum falsum, de diuortiis. quanto. dico ꝙ aduertenda est sententia, & modus sententiandi, si sententia est lata post super adulterio, & nihil pronunciatum super dote: dico, ꝙ si postea moueatur iudicium dotis, & super eo pronuncietur matri. non fuisse, & dotem reddendã esse, ꝙ tunc sententia non obstabit, quia specifice super hoc iudicatum non est, quia modo & aliud agitur: prius enim agebatur ad matri. separandum propter adulterium, nunc autem agitur ad dotem repetẽdam: & ex quo variatur res, licet non varietur causa, non video ꝙ obstet exceptio rei iud. vt not. supra de causa possess. & propriet. c. cum eccle. ff. de excep. rei ind. l. cum quare. & l. an eadem. quandoque sententia est lata primo super separatione thori propter adulteriũ, & retentionem dotis: tunc autem repetitur dos, quasi non fuerit matr. & sic adulterium: & hic est maior dubitatio. Puto quòd aut est oppositum de prima sententia contra sententiam, & iudex illa non obstante certificatus de ea contra eam pronunciat: & puto ꝙ non valet sententia, quasi lata sit contra notorium, per ea quæ dixi in c. fraternitatis. supra de frigidis & maleficia. de re iud. c. inter monasterium. & per consequens puto, ꝙ ex secunda sententia tanquam nulla dos repeti potest. Aut secunda sententia est lata super nullitate matri. per quam hic determinatum est consanguinitate vel affini. obstante nullum matrim. fuisse, nec prima sententia est allegata: vel si est allegata, non est ostensa: & tunc dico ꝙ standum est secundæ sententiæ: & per cõsequens dos repeti potest, quasi per secundam sententiam declaretur adulterium non esse, quia sententia contra sententiam in diuersis instantiis, quo de prima non est patefactum iudici, secũdo valet, vt l. duobus. ff. de excep. rei iud. & dixi plene in d. c. inter monasterium. & de rescrip. c. ab excommunicato. & hoc de hac vltima glo. Non obs. ꝙ mulier quantum est in se, etiam hoc detecto, ꝙ non fuerit matri. peccauerit, quia in pœnis ciuilibus, hoc est quæ veniunt applicandę parti, non punitur affectus, nisi sequatur effectus, vt l. vulgaris. §. furti faciendi. ff. de furt. Item ꝙ vbi affectus non habet effectum propter impedimuntum iuris, non punitur affectus effectu non secuto, ff. de furtis. l. inter omnes. §. pen.

nes.§.pen. Non obst. in Authen. de restit. & ea quæ parit.§. si quidem, quia ibi mulier scienter deliquit, & contra matri. verum in plus quam contrahendo hic, licet in animo deliquerit, non deliquit contra verum matrim. vt exigitur. Tenendo tamen partem istam contra hanc distinctionem dic, quod hæc distinctio non procedit tenendo quam supra dictum est, quod ad committendum adulterium non sit necessaria veritas vinculi, sed sufficit matri. putatiuum. & in fi. Hostien. summabat quatuor casus pro vltima parte glo. primo res iudicata, a qua non appellatum. secundo ne sit melior conditio delinquentis, contra id, quod habetur de dona. inter vir. & vxor. l.3.§.j. & c.cum qui. de præbend. lib.6. Tertio, quia in pœnis delictorum plus inspicitur veritas, c. nuper. de bigam. Quarto, mulieres ad recuperandum dotes conarentur per falsos testes probare impedimenta, & talibus obuiandum, cap. quanto. in fi. titu. præceden. Sed quæro extra glo. pone, quod mulier
7 iuit in balneum, & stetit in balneo † cum alieno viro, an perdit dotem propter hoc. Ioan. And. remittit se super glo. ista ad c. non oportet. 81. distinct. in glo. quæ tenet, quod sic. & idem de viro, si cum aliena vxore balneum habuerit, seu accesserit, vt C. de rep. l. vlti. priuatur donatione ante nuptias, imo etiam infamis est, qui tenet mulierem custodientem balneatorum vestes, vt in glo. quæ allegat iura. Quæro secundo, in eo quod supra dixi in glo. quod separato mat. quo ad thorum propter consanguinitatem vir vult dotem retinere propter præcedens adulterium, & mulier repetit, quid iuris. glo. cum qua transit hic do. Ant. C. de repudiis. l. consensu. vt hic refert Ioan. And. super glo. tenet quod non potest retinere, §. si vero ab initio. in Authen. de nupt. qui tamen hoc non probat secundum Cardin. dicit enim, quod si quis putauit contrahere cum libera, & contraxit cum serua, non tenet matri. ab initio, nec competit lucrum ex matrimonio: non propter hoc tollitur lucrum ex adulterio commisso, dum putabit putatiuum matri. & hoc placet do. Card. Flor. per id quod dixi supra. Vltimo quæ-
8 ro, an † pater, qui dedit dotem pro filia, nec etiam est stipulatus
a sibi reddi, perdat illam propter adulterium filiæ [a]. Accur. in d. l. consensu. & C. de iure dotium. l. si cum dotem. secundum Ioan. And. hic quod sic, quia est, quod imputetur patri, qui non fuit sibi stipulatus. Dyn. vt refert Ioan. And. tenet hanc quæstionem terminari per l.2.§. si voluntate. ff. solu. matri. per quem dicit, quod si filia est in potestate, factum eius non præiudicat patri, quin posset agere pro dote. ita do. Anto. hic per l. fina. C. de repudiis. de hoc in Spec. eod. tit. §. fin. ver. sed nunquid adulterium. Quid autem de
9 hac quæstione, si pater † instituit dotem filiæ, quæ moritur relictis patre, viro, & vno filio: demum moritur ille filius, an pater dictæ vxoris, an maritus debeat habere dotem ipsius ab intestato. quæstio hæc tractatur in l. post dotem. ff. sol. matri. & in l. vnica. C. de rei vxor. actione. §. soleant. & l. dos a patre. C. solu. matr. & Azo in sum. C. de rei vx. actio. §. item obiiciuntur. & per Goff. in libellis iuris ciuilis in rub. de renun. vbi distinguit, de quo plene per Ioan. Cald. in consiliis suis rubri. de donatio. inter vir. & vxo. in consi. j. per eum omnino, quod hic omitto.

ADDITIO.

a ¶Propter adulterium filiæ. Adde do. Soc. consi. 9. incip. Prosequendo ordinem, ver. duodecimo probatur. in j parte, char. 10. vbi hoc idem tenet.

SVMMARIVM.

1 *Dotare potest maritus vxorem ex propria substantia: quod est verum ante contractum matri. secus si post. & num. 2.*

Dotare potest plebeius vxorem suam nobilem, & si dotem donet post matrimonium contractum, quia videtur donasse causa compensandi rusticitatem cum nobilitate.

3 *Dos vel donatio propter nuptias an restitui debeat soluto matrimonio contra canones vel leges contracto.*

4 *Dispositio l. qui contra. & auth. incestus. C. de incest. nup. an habeat locum, si quis contrahat nuptias interdictas de iure canonico.*

CAP. V.

ET si necesse. Propter varias lecturas, de quibus dicetur in glo. vlti. non summatur secundum Ioan. And. Bu. tamen hic summat. Donata mulieri propter nuptias sol. matri. reuerti debent ad virum. Vel aliter secundum lect. quam hic tenet hic do. Card. Cogitur mulier ex officio iudicis eccle. donata sibi a viro propter nupt. pro conseruatione illiciti matr. relaxare, si talis donatio præstat impedimentum dissolutioni talis matri. hoc dicit. Et primo ponit mandatum, præmissa ipsius triplici causa, quarum prima consistit in facto: reliquæ duæ in iure. Secunda ibi, cum castra. Tertia ibi, vt autem. No. primo, quod mariti quandoque
1 donant † vxoribus, potest etiam intelligi de donatione ante nuptias: & ista accedunt matri. ita quod si non tenet matri. nec ista tenent, supra eod. c. de prudentia. vbi de hoc in glos. 2. quæ tamen postea exponit dotem, idest donationem propter nuptias: & tunc non colligitur ibi notabile. sed tenendo text. proprie dicit Vinc. loquitur secundum morem Hispanorum, qui dotant vxores: ex quo no. quod licite maritus dotat vxorem, idest constituit sibi dotem ex propria substantia. sed tu hoc limita, quando ista donatio dotis fit ante contractum matri. secus si post contractum: vel si effectus donationis refertur in tempus matri. quia tunc non valeret, vt l. j. & quod ibi notatur. C. de donati. ante nuptias. nisi plebeius reciperet nobilem in vxorem, quia tunc dicitur donasse causa recompensandi cum nobilitate. & est glo. not. in l. si voluntate. C. de dotis promiss. Item not. quod pactum penale tollens liberam facultatem & libertatem matri. dissoluendi tanquam contra bonos mores, non tenet pro conseruatione eius datum, tanquam sine causa repeti potest. No. vlti. quod quis non debet consequi commodum, vbi meretur pœnam. & dicunt Lau. & Vinc. vt hic refert Ioan. An. super verbo, puellam: quod contra hanc puellam non posset agi rerum amotarum. volunt dicere, quod hic non fuerit vxor, non gaudet priuilegio vxoris, vt pro rebus viro subtractis conueniatur, non furti, sed rerum amotarum, qui datur tantum in simplum, vt ff. rerum amotarum. l. si mulier. §. hæc actio. vbi dicitur, quod continet rei persecutionem, & in hoc putatiuum matri. non gaudet priuilegio matri. veri, vt d. l. si concubina. in princip. ff. rerum amotarum. & hoc ibi tenet Barto. licet alias secus. vide quod dixi in c. j. supra eod. in glo. ideo venio ad eas. Gl.
2 prima opp. quod maritus † non dat dotem, sed donationem propter nuptias. Vinc. vt dixi in tex. dicit hoc procedere de consuetudine Hispanorum, qui dotant vxores. & dicit Innoc. in c. sequen. quod licet marito & cuicunque alteri de re sua dotare mulierem: quod verum, si ante matri. vel post mortem confirmetur. In glo. ibi, in c. fin. prior expositio communior, & pro hoc facit litera, donatio propter dotem. Glo. secunda opp. quod non debuit stari tali pacto cum peccato, c. vlti. de pactis. glo. fatetur contrarium, & alle. iura ad hoc. In tex. ibi, libera matri. etiam antiquis placuit, ideo pacta, ne liceret diuertere, non valere, & stipulationes, quibus pœnæ irrogantur ei, qui diuortium fecisset, vires non habere constat. vide casum supra c. proxi. super glo. fin. in princip. In gl. ibi, l. alia. §. j. vide casum c. j. supra. in glo. secunda, loquitur de pacto facto mulieri per virum, vt conueniatur in totum ad dotem, nisi sibi reseruauerit, vt nunc posset. In glo. ibi, pacta. contra leges & constitutiones vel mores non tenent, certi iuris est. In fi. glo. dicit Hostien. & refert Ioann. And. in tex. in verbo, eius. quod cum liber debeat esse matrimonialis consensus, non valet fideiussio facta, vel pignora data, per quos consensus coactus inducitur. dic vt in cap. gemam. de spons. dic vt dicetur infra in cap. per vestras. In glo. in verbo, ob nullam. allegat concordantiam ibi, siue gestor emit rem, quæ periit ex sua culpa per incendium, vel ruinam, cum ex eo sit damnandus. interpretatum verum nomine, vel sequi debet in glo. ibi, ita fullo. dic §. j. sed furti actio non datur malæ fidei possessori, quamuis intersit eius rem non subreptam, cum res eius periculo sit: sed de indemnitate consequitur actionem, ideo soli bonæ fidei possessori furti actio datur.
3 Glo. vlti. opponit, quod † non debent castra restitui, sed confiscari, cum isti contraxissent contra præcepta, vt C. de incest. nupt. l. qui contra. Glo. soluit pluribus modis, & prima sol. ibi, quidam dicunt. sed glo. non tenet illam solutionem ibi, sed obuiat: deinde glo. ponit aliam solutionem, deinde ibi Tancred. dicit, ponit aliam ibi. prouidit hic do. Papa pro bono pacis. Reuertor ad solutiones glos. & prima est, quod isti ignorabant se esse consanguineos: sed glo. hanc reprobat. imo sciebant, sed poterant ignorare. Et dicit Ioan. And. hic in verbo, poterant. in glo. quod erat in secundo gradu, vt patet in antiqua: vnde non poterat esse non notorium, vt supra tit. j. c. porro. in antiqua non patet, in quo gradu essent, secundum Card. hic, tamen communiter ponitur pro notorio, quia erant in secundo gradu. contra hanc solutionem est, quod litera non considerat ignorantiam, imo præsupponit scientiam ibi, quod dicit in pœnam eius torquere: & illa est vna ratio decisionis. alia est ratio, quia non ob turpem, sed ob nullam causam ista castra sunt data, cum matri. non tenuerit: quæ ratio præsupponit scientiam. Card. Flor. licet non ita clarum sit, sicut proxime, & attentis istis rationibus tolluntur multæ solutiones post sequentes in glo. 2. sol. glo. quæ fuit Ioan. quod si aliqui sciant se consanguineos, tamen si credunt inuicem posse contrahere, competit repetitio. hæc opinio posset esse vera, quando error esset in facto, vt quia probabiliter credebant esse dispensatum, & sic innuitur secus esse, si errassent in iure: vnde in materia quidam Legistæ, vt hic refert Ioan. And. distinguunt, an inter consanguineos vel affines contracta sint spon. tantum, an nup. Primo casu non confiscatur dos vel donatio, sed repetetur per conditionem sine

a repetitiõi,vt ipsa possit repetere,sed mores mali[a] viri sic, vt q̃a dilapidat:vt hoc ẽt tenet Hos.in sum.eo.§. & qñ.ver.sed hic tñ. & ꝓ hoc facit, q̃ si vir aduerso casu est factus pauper, humanũ est vxorẽ eius aduersi casus fore participẽ, vt ff.so.ma.l.si cũ dotem.§.si maritus.facit quod not.Cyn. in l.vbi. alleg. in glo. vbi distinguit tres casus. Quandoque mulier est solicita de dote, quòd vir est suspectus de dilapidatione. Quandoque est solicita,quia vir grauatur ære alieno. Qñque,quia maritus laborat aduerso casu. Primo est locus repetitioni, & ipsa vxor repetit loco

ADDITIO.

a ¶Sed mores mali. Vide ad hoc do.So.in cõs.34.inci. Prosequẽdo ordine circa prin.9.col.ibi, Itẽ in cõtrariũ.in j par.char. 69. q̃ pp malos mores & malã eius administrationẽ dos consignatur vxori, & repellit ab administratione.

Præposit. Mediol.in 4.Decretal. Z

loco viri administrationem dotis, vt se & suos alat, vt in Auth. de æquali. dotis. §. illud. Secundo casu agit hypotecaria, per quã censentur res sibi obligatæ pro dote: & ante nu. donationem, dicta l. vbi. Tertio casu debet esse particeps aduersi casus, dicto §. si maritus. sed ipse Cy. in ead. l. tenet indistincte locum esse repetitioni, per l. si constante. in princip. ff. soluto matrimonio. vbi dicitur sine vlla distinctione, quòd mulier ꝑpter inopiam mariti potest dotem exigere a marito. & idem probatur C. de iure do. l. in rebus. in fi. & communiter Legistæ tenent. & per hoc videtur obstare solu. istius glo. & intellectus istius literę eo modo quo supra dixi. intellige posse secundum vnam lectu. oportet ergo alias respondere ad contraria, & ad primum contrarium glo. dic, vt nunc dico secundùm Inno. ad §. si vero dotem. hic allegatum in eadem q. de sequestranda dote. dicit hic Cardi. quòd quando vir dissipat dotem, & vxor est furiosa, vel talis, quòd etiam ipsa dissiparet, ei non est restituenda. pro hoc alle. Bar. in l. si constante. in princ. præalle. in contrario quarto. quantum autem ad contrarium l. vbi: dicebat Tancre. & Vinc. vt refert Io. An. super hac glo. in versicu. paupertate. bene sententiatum a consulibus, per regulam dolo facit. & in l. in condemnatione. §. fi. ff. de re. iur. & ad id quod dicit glo. hic, quòd vxor tenetur virum alere, respondet Vincen. quòd per hoc nõ tenetur dotem sub periculo amissionis ponere: & ex hoc colligitur alia lectu. ad hoc c. sed hoc non conuenit determinationi Papæ, qui hic non stat sententiæ consulum, imò aliter determinat, vt patet in fi. literæ. Et ideo verius videtur, quod dicitur supra in prima solu. quam hæc glo. sentit in fi. & Goffr. vt dixi, quòd sententia consulum non erat sufficiens, eo quòd debuerunt addere, vel quòd pecunia daretur mercatori, vt sequitur in sententia Papæ. & idem defectus fuit, dicit ipse in sententia delegatorum. & per hoc patet solutio ad contrarium, vt dicatur, quòd dato quòd vir vergeret ad inopiam, tamen debuit audiri petens dotem: & cum effectu potuit eam consequi, & cõsequitur, scilicet vt daretur cum cautione, quam posset, vel mercatori daretur. & iste videtur tertius intellectus ad hanc literam: & secundum hunc sensum notabiliter summauit Domi. Cardin. hanc dec. de cuius intellectu ad hanc. ita dico in versi. cautionem. But. autem hic videtur intelligere contraria allegata in princi. glo. cum distinctione. Aut maritus a principio non erat pauper, aut erat pauper. Primo casu si veniat ad inopiam, mulier potest petere dotem, quia non potest imputari, ꝗa cum eo contraxerit. secundo casu est quid imputetur, quòd videtur eum approbasse: vnde ex quo commisit illi corpus, & per consequens propter inopiam non potest petere dotem, quia videtur sibi commisisse: sed tunc propter rationem literæ in fi. Aut cautio præstabitur pro dote, aut deponetur: si cautio non est sufficiens, & iste est quartus intellectus ad hanc literam, secundùm But. qui alleg. Bar. ita intelligere hunc tex. in l. si constante. in princi. ff. soluto matrimo. Pau. hic in fi. tenet, quòd etiam si a prin. contracti matrimo. maritus male vtebatur substantia, vel vergebat ad inopiam, quòd tamen vxor poterit agere ad repetitionem dotis, quia publice interest dotes conseruari, & illa huic seruationi non potuit renunciare. Bar. in dicta l. si cõstante. in j. q. princi. in versic. sexto quæro. & ibi alleg. hanc decre. pro casu. & quòd huic benefi. non potest mulier renunciare, dixit Bar. in dicta l. si constante. in princi. in 2. q. prin. versic. 2. qõ. tamen Dy. tenet, quòd agere non possit, & sequitur Ioan. And. in addi. ad Specu. eo. tit. §. fi. ver. sed tamen mulier. & Lud. in dicta l. si constante. in princi. in 11. col. Bal. fuit varius in l. vbi adhuc. C. de iure do. & in authen. quod locum. C. de collationibus. & sic D. Anto. hic non bene intellexit Bar. dum allegat hunc tex. vel dicit ipse remedium l. si cum dotem. §. si vero. vel remedium huius c. locum habet, vt, scilicet fiat sequestratio, vel seruetur quod hic dicitur: sed proxima magis sibi placet. siue ergo vtantur remedio legis, siue remedio huius decretalis, restitutio non est plena secundum ipsum, quia dato quòd restituatur dos, mulier tenetur alere virum, vt dicit gl. hic: & secundùm hoc surgit alius intellectus, vt de his remedijs, vel recepta cautione pecuniæ, vel deposita pecunia apud mercatorem ꝓuideatur mulieri, prout videtur induci, & mulier postulauit, vt sibi dos salua sit. hæc procedunt in dote. In parafernalibus autem non se intromittat vir sine voluntate mulieris tacita, ex quo non prohibet, vel expressa, l. fi. C. de pac. conuen. ita Do.
10 Anto. hic, & Cardi. Panor. hic. † Circa principalem qõ. glo. an marito vergente ad inopiam sine culpa sua vxor possit repetere dotem, dicit ꝙ conclusio communis videtur Legistarum, ꝙ
a qualitercunq; maritus vergat ad inopiam [a], etiam si sine culpa sua, potest vxor agere ad dotem. pro hoc iste tex. vbi non ponderatur culpa illius mariti, sed solum quia videbatur vergere ad inopiam. & scias, ꝙ varia iura emanauerunt in hac materia. Primum fuit ius Digestorum, vt in d. l. si constante. vbi dicitur, ꝙ si substantia mariti non sufficit ad satisfactionem dotis, & aliorum creditorum, potest vxor repetere dotem. postea emanauit ius C. vt habetur in d. l. vbi. ibi, disponitur, ꝙ si maritus ita se gerit, quòd vergat ad inopiam, poterit vxor repetere dotem: & sic prouidit latius quàm ius Digestorum, quia non requiritur, vt substantia mariti non sufficiat, sed satis est, quòd maritus vergat ad inopiam, vt puta quia est nobilis, & vult facere sumptus vltra quàm patiantur facultates: siue tertium fuit ius Authenticorum, vt habetur in Authen. de ęqualitate dotis: vbi dicitur, quòd si maritus male incipit vti substãtia sua, potest vxor repetere dotem: & prouidit adhuc latius quàm ius C. quia pręsupposito quòd non vergeret ad inopiam, vt puta quia ditissimus est, si tamen male vtitur substantia sua, poterit vxor repetere dotem: vnde in quolibet istorum casuum potest vxor ad dotem agere, & fortius excipere contra maritum petentem dotem. & hoc notanter voluit Bar. in dicta l. si constante. & sic non debemus habere respectum, vtrum sit suspectus de dilapidatione, sed satis est quòd sumus in aliquo dictorum casuum: & in istis casibus consumptionem dotis timet mulier verisimiliter: & scias quòd vxor potest in istis casibus nedum agere ad dotem, sed etiam ad donationem a marito sibi factam propter nup. & est tex. no. in dicta l. vbi. nam dos & donatio propter nuptias subijciuntur hodie oneribus matri. vt ibi. ex hoc habes vnum notabilem effectum istius donationis propter nuptias. vide infra c. proxi. alios effectus glo. in verbo, cautionem. quę est glo. 6. opponit in eo quod mandat dotem assignari præstita per virum cautione: quia lex prohibet fideiussionem dari pro dote, vt in glo. soluit quòd in alio casu iura intelliguntur: & quid velit glo. non bene apparet. sed forte vult docere, quòd ibi prohibetur sufficiens cautio, quæ fit cum fideiussore, quæ ex consuetudine ipsius loci vel superioris officio præstatur. hic autem de cautione, quam potest de facili præstare, scilicet nuda vel iuratoria. & hoc tenet Inno. vt refert hic in fi. glo. Io. An. & quòd intelligatur de non sufficienti cautione, facit glo. sequens. & pro glo. quòd sic intelligatur, facit secundùm Cardi. quia glo. ista non alle. illam l. j. & 2. pro contrarijs, sed potius pro concordantibus, vt patet in ea. deinde dicit Inn. hic in tex. in versi. faciatis. quòd quicquid dicit in alijs glo. quas hic ponit, dicendum est quòd siue vxor satisdet, & quòd dotem dabit, siue maritus satisdet, quòd donationem dabit, tenet satisdatio, vt ff. de iure do. l. promittendo. & l. dotem. si autem satisdederit ad restituendam dotem, siue ante matri. siue stante matri. non tenet satisdatio, dicta l. j. & 2. alle. in glo. & hanc opi. tenet etiam glo. C. ne fideiuss. dotium. l. j. & 2. alle. in gl. & hanc opi. glo. etiam tenet Cardi. Flo. facit quod no. Spec. in eo. tit. §. nunc de dote. versic. illud quoq;. & ibi videndum est omnino, quod dicit hic Io. An. vt hic ipse dicit circa fi. glo. Quidam dicunt, vt refert Inno. quòd licèt satisdare non cogatur quis ante matri. vel stante matri. de restituenda dote, si satisdederit, tenetur, cum possit renunciare iuri suo, ar. Insti. de satisd. tu. per totum. & C. de pac. l. si quis in scribendo. de regulari. c. ad Apostolicam. Cardi. Flo. dicit hanc opin. non veram. dicit etiam quòd est contra l. 2. C. ne fideiuss. do. vbi dicit cautionem præstitam esse nullam. de hoc vltimo dic vt infra dico in ea. glo. Host. autem videtur indistincte tenere, quòd non possit dari fideiussor pro dote: dicit enim, vt refert Io. An. in ver. tacita sententia cõsulum. vt iudicium fuit contra prædictam l. 2. C. ne fideiuss. do. & ob hæc sententia fuit nulla, vt ff. de appel. l. si expressum. C. quando prouo. non est necesse. l. 2. c. j. de re iud. & ex hoc non oportuit de illa sententia mentionem fieri de rescripto. facit quod Ange. dixit supra in 3. oppo. dicit etiam Hosti. vt ibi dixi, ꝙ consules voluerunt dari cautionem idoneam per fideiussores, vel pignora: quod notat litera ibi, idoneam. quod forte erat impossibile pauperi, vt dixi in prælle. contrario: ideo sententia fuit nulla per regulam impossibilium, li. 6. Et ex his videtur Host. velle, quòd nullo casu detur fideiussor pro dote. & idem tenuit in sum. eod. titu. §. & quando. ver. sed hoc tamen. & hoc debet intelligi s̃m Car. hic, constante matri. sed eo soluto dari potest, vt j superius dixi s̃m Inn. & ꝙ cõstante matrimonio non possit

ADDITIO.

a ¶Vergat ad inopiam. Sed quid si per instrumentum maritus confiteatur se vergere ad inopiam quo ad hoc, vt vxor possit dotem repetere, an præiudicat creditoribus. dic quòd non, vt per præfa. Do. Soci. consi. 34. incip. Prosequendo ordinem. ver. item quacunque. circa prin. in j. parte, charta 67.

possit dari fideiussor pro dote, tenet glo. in l. j. C. ne fideiussor. do. & hoc etiam a volente, quia ibi in rubro simpliciter prohibetur ne detur, & l. 2. dicit, quòd fideiussio præstita est nulla: vnde dicit gl. quòd isti titulo non possunt renunciare. Sed in hoc vltimo Iaco. de Ra. & Cy. ibi tenent contrarium, & alij plures. & idem hic Cardi. quòd licet ibi in rubro prohibetur, ne fideiussores dotium dentur: tamen in nigro solum prohibetur exactio, vt eod. tit. l. 2. Item cessat ratio, de qua in ead. l. 2. in fi. quia prohibetur exactio fideiussoris, ne in cōnubio generetur perfidia, puta quia maritus æstimet vxorem perfidam, quæ sibi non confidit, vt in eadem l. j. & 2. hæc enim ratio cessat, ex quo maritus sponte satisdat. & hæc opi. mihi placet, quoniam si bene respicimus l. j. & 2. tollunt leges & consuetudines, quæ maritum cogebant satisdare, non tollunt spontaneas satisdationes. Plus dicendum est secundùm Iaco. de Are. ibi, quòd ex causa iusta, velut si maritus calore iuuentutis dotem dissiparet, possent dari fideiussores pro dote saluanda, quia calori iuuentutis occurrendum est, C. de bo. quæ libe. l. vlti. §. filius. & quòd sponte fideiussor dari posset de dote restituenda, sicut protestari potest soluto matrimonio. facit, quia paria sunt, aliquid fieri tempore permisso, vel conferri in tempus permissum, c. de vxore. de sepul. l. in tempus. de hære. insti. & est simile quod no. Ioan. And. & Doct. in c. fi. de fer. de citatione, quæ fit tempore feriato, & confertur in tempus non feriatum. & refert Cy. in l. j. C. ne fideiuss. do. & c. quòd Dy. consultus pro hac parte iudicauit. Specu. eo. titu. §. nunc de dote. versic. illud. recitat opin. glo. in dicta l. j. & Ioan. And. ibi tenet opin. Gofre. & Dy. quam supra dixi. & vide omnino quod no. Ioan. And. in dicta addi. Bar. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. §. quotiens. dicit indistinctè non posse dari fideiu. pro dote restituenda. mouetur Bar. per tex. in l. 2. iuncta l. j. C. ne fide. dotium dentur. vbi l. dicit se ampliare pristinam constitutionem, scilicet l. præce. indistinctè decernit nullam esse satisdationem pro dote exigenda. & l. j. prohibeat fideiussorem pro dote seruanda: ergo indistinctè intelligetur prohibita omnis satisdatio, siue fideiussio de dote seruanda, siue restituenda. & facit ille tex. dum loquitur vniuersaliter, nullam esse satisdationem. sed posset responderi, quòd l. 2. ampliat l. j. quatenus illa prohibebat solum fideiussionem dotis seruandæ. ista prohibet omnem satisdationem. Item illa solum loquebatur in viro & vxo. ista l. 2. loquitur in socero & alijs recipientibus dotem. Præterea ratio l. 2. non ita habet locum in dote restituenda sicut in seruanda: nam soluto matrimonio quo casu tractatur de restituenda dote, cessat amor maritalis: & ideo non tantum est absurdum, quòd vxor diffidat de viro vel hæredibus viri in causa soluto matrimonio, vel restituendæ dotis, quantum tempore durantis matri. nec est verum quod dicit Bar. quòd fideius. de dote restituenda & conseruanda idem sint, quia fateor quòd qui obligatur ad restituendum, tenetur ad conseruandum eadem ratione: propter perfidiam prohibetur fideiussio de conseruanda dote, ne cui credit personam, videatur diffidere pecuniam. sed in dote restituenda nō est tanta ratio, quia tunc non est ita absurdum, si non confidit de marito, vel hæredibus mariti, cum sumus in casu soluti matri. De hoc tamen quia esset legere leges, videte Bar. & communiter Doct. in dicta l. si constante. §. quotiens. & in dicta l. si constante. in princip. in 2. col. & in l. Calipodius. alias incipit, quāuis. ff. de sol. & per Ludo. in dicta l. si constante. in princip. in 7. & 8. col. & per Imo. in c. cum contingat. in fi. car. de iureiur. & videte Pau. de Cast. in consi. 167. quod incipit, In Christi nomine, præfati promissores.

11 † Et ibi limita illum titu. C. ne fideius. do. den. non procedere, quando a princi. in promissione dotis non est actum, vt præstetur fideiussio de dote conseruanda, vel restituenda: secus si esset actum, quia tunc antequàm soluatur dos, potest peti cautio: secus dicit forte si esset soluta. Item limita non procedere, quando ille, qui fideiussit pro marito, ꝓmisit ex sua liberalitate, & sine mandato mariti, & tanquam principalis debitor: & ita multofortius si marito prohibente promitteret. & facit glo. in l. j. C. eo. tit. & tex. in dicta l. 2. ibi, a patre eius vel ab omnibus, qui dotem suscipiunt, quasi tunc obligentur accessorie suscipiendo dotem. & ita vult Pau. in consi. 118. quod incipit, In Christi nomine amen, cum tempore. Panor. hic per tex. nostrum, & ex mente Inno. dat tertiam limitationem ad dictum titu. vt non procedat in casu nostro, quia hæc cautio præstatur per maritum ad finem, vt euitet restitutionem dotis, quam tenebatur restituere: & sic exigetur in fauorem suum, vt exoneret se ab onere dotis restituendę. Nam maior perfidia est, & maius scandalum oritur, cum dos ex toto eripitur a manibus viri, quàm quando administratione sibi relicta præstatur ab eo cautio: & sic cessat prohibitio illius tit. C ne fideius. dotium dentur. cum hoc fiat in fauorem mariti. & ad rationem Dy. dicentis, quòd paria sunt, fieri tempore permisso vel conferri in tempus permissum. respondet, quòd iste titulus, ne fideius. do. & c. resistit initio, & non procedit prædicta parificatio. facit ff. de seruis exportandis. l. si minor. regula non firmatur. li. 6. item patet quòd lex 2. C. ne fide. dicit nullam fuisse fideiussionem, si præstabitur. item vult Bar.

12 † Facit, ꝙ iur. prohibitiuo quis non possit renunciare [a], vt no. Cy. in autheni si qua mulier. C. ad Velleia. & l. si quis pro redemptione. C. de do. glo. no. in d. l. j. in fi. C. ne fide. do. dentur. Bal. in c. nonnulli. per illum tex. de rescri. Imo. in c. cum contingat. in fi. car. de iureiuran. & Bar. in l. fi. C. de ven. re. ciuitatis. li. 11. & Bal. in quodam consi. quod incipit, Celandium Salui de Perusio. ad tex. nostrum respondet Bar. in præalleg. §. quotiens. ꝙ procedit in casu inopiæ, quo casu potest exigi satisdatio, vt hic est casus, quia hæc cautio succedit in loco restitutionis, quæ de dote facienda est, & propter inopiam. & hoc Bu. dicit tenendum, licet Io. An. dicit, ꝙ hic non loquitur de cautione fideiussoria, sed de iuratoria tantum, quia ipse dicit ꝙ loquitur de vtraque, quia dicit litera ꝙ præstet illam quam commode potest præstare: si intellexisset de iuratoria tantum, illa verba non protulisset, ꝗa quilibet scit, ꝙ illam potest præstare. sic titulus C. ne fi. do. den. non habet locum in casu inopiæ: sed quatenus Bar. intelligit ꝙ a volente non possit fideiussor dari, non videtur nec placet D. Cardi. hic, quia imò dari potest, licet non possit exigi per rationes quæ superius dictæ sunt. Ad illud quod dictum est supra, ꝙ iuri prohibitiuo non potest renunciari: illud verum, quando illud ius principaliter inductum est in fauorem reipub. secus si in fauorem priuati. & ita soluit Ludo. & intelligit id quod dicitur, ꝙ legi negatiuæ non potest renunciari. ita Lud. in l. si constante. in prin. in 8. col. ff. soluto matrimo. & tex. in l. 3. §. j. iuncta l. quamuis. ff. de in ius voc. in l. inter cętera. ff. de libe. & posthu. iuncta l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & ita Pau. in consi. 168. supra alle. in j. col. vt no. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. & in c. si diligenti. de foro compe. & in c. cum contingat. de iureiur. D. Ant. in c. si diligenti. in 6. col. de foro compe. aliter intelligit illam glo. & aliter Bal. in addi. ad Spec. in 2. parte, in tit. de renun. in j. col. licet Ange. simpliciter transeat cum illa glo. consi. 249. quod incipit, Magister. in fi. & intellectum D. Anto. sensit Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. & in d. l. si quis in conscribendo. nunc ad propositum reuertendo, vt eo redeat vnde digressa est oratio. Item litera nostra non negat, quòd etiam si non esset casus inopiæ, & maritus iste voluisset præstare fideiussores, non potuisset, sed solum hoc dicitur, cum ꝓpter inopiam non possit præstare fideiussorem, præstet quem potest. & propter hoc multum redditur ambiguus iste tex. in hoc pūcto: & sic non apparet, de qua cautione intelligi debeat in decisione: nam glo. antepenul. de iuratoria dixit. & sic intelligit etiam Tancre. & Hostien. supra eod. titu. §. & ante. versicu. sed contra. & consonat literæ, quia Papa stat sententiæ consulum, quia pronunciauerunt caueri idoneè, quia delegati retulerunt se ad sententiam consulum. sed Innocen. in versic. cautionem. decisionem Papæ intellexit hic de idonea cautione, quia aliàs congrue non sequeretur illa disiunctiua, vel saltem, cum semper cautionem iuratoriam dare possit, prout sensit etiam But. supra. Item insurgit intricatio huius tex. ex alio, quia non aperitur in litera, in cuius arbitrio erit hæc alternatiua, de qua in litera, & communiter Scribentes omittunt. Gas. & Cardin. hic dicunt, quòd sensus literæ traditur, quòd vir non potest excludi a petitione, quia vergat ad inopiam, nec debet præcise cogi ad satisdandum de dote conseruanda vel restituenda: & hoc constante matrimo. sed verum est, ex quo mulier se credidit viro, dos ei assignetur sub ea cautione, quam præstare potest. & intelligunt idoneam, si potest: alias sub ea, quam potest, etiam si non omnino idoneā. & secundum hoc exponunt literam in eo, quod Papa mandat consignari & c. vt intelligatur de æquitate. & pro hoc facit litera, quæ procedit ibi, cum satis

ADDITIO.

a ¶Renunciare. Adde Pau. de Cast. consi. 351. inci. Visa quadam securitate. vide Bal. in authen. generaliter. 2. colum. C. de episco & cleri. & Alexan. in l. cum Aquiliam. de transf. post Bar. & Alexan. etiam in l. si constante. alle. in tex. §. quotiens. soluto matrimonio. & in l. is cui. de verb. obliga. & vide Ioan. An. in Specu. de instru. edi. §. porro. in addi. magna, & per eum singulariter in addi. ad Spec in tit de fer. §. fi. super versi. quid si renunciatio. & Lanfran. in cle. sæpe. versi. necessitatis. de verb. signifi.

ſatis poſsit credi intelligendo ipſam ſecundum legem hanc, C. de pac. conuentis. allega. in glo. 4. & ibi ſenſus eſt, quòd aſsignabitur. æquum eſt, quòd mulier conſentiat, quò d aſſignetur nam ad illã l. vř ſe cõferre hæc litera. & pro hoc facit ibi litera, iſta ſatis poſſit. q. d. æquum eſſet ſic fieri. & ſecundum hoc etiã expone literam ibi, vel ſaltem, ideſt quatenus velit mulier ſua tali cautione minus idonea permittere dotem viro aſſignari: ſaltem aſſignabitur ſibi hoc modo, quia deponetur apud aliquem. & ſic in caſu noſtro auditur vir agens contra debitorem dotis, non obſtante exceptione quod vergit ad inopiam, dummodo ſit paratus ſatiſdare ſufficienter: tamen ſi ſit dilapidator, vel ſuſpectus, non aſſignatur ſibi dos, Inſti. de ſuſpectis tu. §. nouiſſime. ff. de ſuſpec. tut. l. ſuſpectus. & l. ſequenti. ſed aſſignatur mulieri, vt exinde ſe & ſuos alat, vt in Auth. de ęquali. dot. in §. illud. & l. mutus. ff. de iure dotium. & l. vbi. C. eo. & ſic dotem & fructus mulier adminiſtrabit, niſi mulier ſit etiam talis, quæ diſſiparet, quia tunc vt dicit Inn. ei non aſſignabitur, vt ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem. §. ſi vero dotem. & hoc de ſequeſtratione videtur velle hic litera, in eo quod dicit de dote committenda mercatori: & dicit Innocen. quòd ſatis habet vxor, quod mercator habet pro ea. & ſic intelligendo hæc litera non contradicit legibus, quæ inducuntur pro contrarijs: intelligitur ſecundum illas. item etiam non contradicit l. j. & 2. C. ne fide. do. quia hic non cogitur præciſe ſatiſdare, ſed poteſt ſi vult, vt dictum eſt. pro hoc ſaluatur iſta diſtinctio ad bonum ſenſum, de qua ſupra cum diſtinguitur, aut vir ſit factus pauper ſua culpa, quia diſſipat: aut ſine culpa. primo caſu nõ aſſignatur ei dos etiam cum ſatiſdatione: ſecundo caſu dic vt in litera noſtra. & quæ ſupra dixi ex mente Panor. faciunt contra. & hoc caſu vlt. quòd ſit dos aſſignanda viro, tenet Innocen. qui dicit, quòd etiam conſtante matri. vir ſi poteſt præſtare ſufficientem cautionem pro dote ſoluenda, dotis adminiſtrationem habebit, vt hic: & ſecundum hoc iſta litera in uer. vel ſaltem, intelligitur vt ſit alternatiua ordinis, vt dixi ſupra in 6. notabili. & ſic non fuit in arbitrio viri vel mulieris ſecundum Car. hic, niſi eo modo, quo ſupra dictum eſt.

3 † Poſt hæc ex prædictis generaliter hic concludas poſt Gaſ. & Card. cum q̃ritur, an & quando debeat ſibi aſſignari. Aut diſſipat bona ſua, aut non: primo caſu non auditur, nec etiam aſſignabitur ei dos cum ſatiſdatione, §. nouiſſime. hic alleg. in glo. penul. ſed aſſignatur mulieri, §. illud. in Authen. de ęquali. dotis. niſi de ipſa timeat, quòd diſſipet, quia tunc ſequeſtrabitur, §. ſi vero dotem. in glo. 4. Secundo caſu, q̃ñ vir non diſſipat, nec vergit ad inopiam: & ſi nõ vergit, auditur vir agens, & aſsignabitur ei dos, vt hic a contrario, nec cogitur ſatiſdare, d. l. j. & 2. C. ne fide. do. Si vergit, aut poteſt, & vult ſatiſdare, & auditur agens, vt hic, & aſsignabitur vt hic. Aut poteſt & non vult, & non cogitur ſatiſdare, d. l. j. & 2. C. ne fide. do. &c. ſed dos ei non aſsignabitur, ſed deponetur vt hic. Aut vult ſatiſdare & non poteſt, & auditur agens, vt hic, & ęquum eſt vt ei aſsignetur dos ſub ea cautione, quam præſtare poteſt, puta iuratoria, vt hic, & argum. C. de pac. conuen. l. hac lege. ſi tamen mulier contradicit, non aſsignabitur ei, vt ſæpius dictum eſt ſuper ea glo. ſed deponetur vt hic. Aut nec poteſt ſatiſdare, nec vult, & idem quod in caſu ſecundo, quando poteſt & non vult, quia eadem eſt ratio. Panorm. hic his verbis vtitur tenendo, quòd iſta remedia ſint arbitraria, dicens ſe credere totum hoc relinquere arbitrio iudicantis, vt ſi videat cautionem ſufficere, ſit contentus hac parte alternatiue: ſi videtur non ſatis cautum, faciat fieri depoſitionem, ſeu tradat vxori ſecundũ diſtin. prædi. can. nam in alternatiuis iuris optio datur iudici, niſi verba derogantur ad partem, vt in c. a crapula. de vi. & ho. cle. & ibi glo. vbi vide no. Bart. in l. j. §. expilatores. ff. de fractoribus. & no. per omnes in l. quicunque. C. de ſer. fugi. & quod electio ſit in dubio iudicis, glo. eſt 21. quæſtio. 2. in ſum. & glo. 34. diſtin. cap. fraternitatis. in ca. ſicut. de iudęis.

14 † Sed quæſtio poſt hanc glo. an in eo caſu, quo mulier recuperat dotem, quia vir vergit ad inopiam, vir poſtea factus locuples illam recuperet.

a [a] Ioan. And. hic alle. glo. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. quòd illam non recuperat. videtur probari etiam in l. vbi adhuc. in fin. quod eriam tenet ibi Cyn. & Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri. in repetitione, in 4. quęſtio. principali. quæſtio. 9. & ibi Bald. Ang. & Lud. aliter loquuntur. Ioan. And. vbi ſupra adducit Specul. eodem titulo. §. fin. ver. quid ſi vir. ſed aliqui inducunt in contrarium, quod not. Specu. in fi. ver. quid ſi vir. et ita inducit Barto. in prætalleg. quæſtio. 9. licèt Ioan. An. ibi in addit. dicit illam quęſtio. quam ibi format Specu. eſſe diuerſam ab iſta: nam quærit ibi, an actio de recuperanda dote, quæ ibi incępit competere mulieri, cum incipit vir male vti ſua ſubſtantia, deſinat competere, cum vir eſt reuerſus ad bonos mores. quæſtio autem noſtra eſt, quando dos erat aſſignata mulieri, facilius enim impeditur faciendum, quàm tollatur iam factum, de iureiurand. cap. quemadmodum. & hoc tenet But. & Card. Flor.

15 † Quæro, in eo quod dicitur in glo. 4. quòd vxor tenetur alere virum egentem: an

b ſit verum, ſi ſit bannitus, [b] vel excommunicatus. Specu. dicit in eod. titu. §. fin. ver. quod ſi vir eſt in banno. vt dicit Ioan. And. ſuper glo. 4. in ver. præcipimus. quòd ſic. & idem Barto. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matri. in j. quæſt. princ. q. 5. & d. Card. Flor. & pro hoc eſt ff. de iure dot. l. mutus. §. fin. & in Authen. de inceſt. nupt. §. ſi vero contigerit. collat. 2. 11. quæſtio. 3. cap. quoniam multis. de ſenten. excommu. cap. inter alia. & ca. ſi vero. facit glo. in l. 2. in princip. ibi Bald. ff. ſolu. matrimo. Ludo. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimo. Alberic. in l. vbi adhuc. in 7. colum. C. de iure dot. ſi tertius promiſit pro marito in caſu reſtituendæ dotis, an marito vergente ad inopiam poſſit agi contra eum. Paul. de Caſtr. in conſil. 124. quod incipit, In Chriſti nomine amen, quæritur, viſo dicto inſtrumento. dicit quòd non, quia iſta non eſt vera reſtitutio dotis, per allegata ibi per eum.

16 † Quæro vltimo, quia dixi ſupra in glo. 4. & ſuper ea in princip. quòd in paraſernalibus maritus

c non poſſit ſe immiſcere vxore prohibente: [c] & hoc idem dicit Ioan. And. hic ſuper glo. 4. & ſecus in dote. dicit Hoſtien. quòd aliud eſt in dote, quia maritus eſt dominus dotis, C. de rei vendi. l. doce ancillam. & in l. rebus. C. de iur. dot. dos ergo tanquàm ſua ſibi committitur, quia eſt iuſtum ſua cuicunque committere, C. de iure dotium. l. nemo. ſed in parafrenalibus vir nullum habet ius, ideo contra voluntatem mulieris, ſe de illis non intromitteret, ſed ceſſante prohibitione mulieris admittitur vir, etiam ſine voluntate mulieris, ideſt quamuis non habeat mandatum, dum tamen caueat de rato, vt C. de pac. conuentis. l. fin. ſecundum Hoſtien. vt hic refert Ioan. And. ſuper glo. 4. circa fin. dic ſecundum Cardi. Floren. quòd in paraſernalibus viro traditis, vel quaſi traditis ſi ſunt tradita inſtrumenta viro continentia nomina debitoris, agere poteſt vir etiam ſine mandato, & ſine cautione rati. & pro Bart. hic eſt text. & glo. ſecunda in fin. quod ergo dicit l. maritus. de cautione, procedit in alijs rebus, quas habet mulier extra dotem, quarum adminiſtrationem ſibi retinet, quia vir eis tradit, vel in eo, vt no. in d. l. 2. quod etiam tenet Iaco. Butr. & Bald. in d. l. maritus. Card. hic. Glo. in ver. cautione. quærit & ſolu. Gloſ. penul. eſt expedita in quarto contrario, vide ibi no. hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a ¶ Illam recuperet. Adde d. Soc. conſi. 61. incip. in præſenti conſultatione. uer. præterea ad quid. circa fin. cum uerſic. ſequen. in prima parte, char. 105. ubi plene, & not. an dotis reſtitutio facta propter inopiam viri conſtante matri. uitiatur ex ſuperuenientibus diuitijs.

b ¶ Si ſit bannitus. Adde Bal. in addi. ad Spec. in tit. de dona. inter uirum & uxorem. uerſi. pe. ſed ne poterit iſta uxor banniti repetere dotem. dic quòd ſic, l. j. & ibi Barto. C. de repu. Sed ibi Ang. contra, uide de hoc Barto. in d. l. ſi cõſtante. alleg. in tex. 5. quæſt. j. partis princ. in 5. col. & ibi Ioan. de Imol. & Doct. & domi. Alexan. in 16. colum. in uer. item inquantum. Barto. hic in 5. colum. cum alijs concordan. ibidem per eum datis. & Ioan. And. in Spec. de do. poſt di. reſti. §. fin. uerſi. quid ſi uir eſt bannitus. in addi. quæ incipit, quia hic de bannito. & Alexan. poſt Ioan. de Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. alleg. in tex. Bu. hic, & Alex. ind. l. ſi conſtante.

c ¶ Prohibente. Adde tex. & ibi Bal. in l. hac lege. C. de pa. conſtan.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter uirum & uxorem regulariter prohibetur conſtante matrimonio, non tamen ſimpliciter, ſed cum donans pauperior, donatarius uero fit locupletior. fallit in donatione Imperatoris, facta coniugi, & in ſeptem caſibus, de quibus remiſsiue: & quando dicatur alter pauperior, & alter locupletior fieri. 3. 4. & 10.*

2 *Donatio inter uirum & uxorem morte donantis confirmatur, & ex triplici actu impeditur: & an intelligatur de morte naturali, an ciuili. 5.*

3 *Donatio pura inter uirum & vxorem prohibetur, non autem remuneratiua.*

6 *Donatio inter uirum & uxorem, an confirmetur iuramento.*

Donatio facta ſorori vxoris, an poſt mortem mariti, qui non confirmauit donationem tacite, uel expreſſe non contradixit, uel quia nondum interuenit traditio, firmetur iuramento.

7 *Maritus poteſt conſtante matrimonio liberare uxorem, quæ ſibi dotem promiſit in toto & in parte, & erit matrimonium ſine dote.*

Confeſsio de dote recepta conſtante matrimonio an obliget.

Donatio

8 *Donatio inter virum & uxorem intra legitimum modum absque insinuatione an valeat.*
Donationem insinuare quid sit. ibidem, ver. sed quæro,
9 *Donatio an teneat, vbi matrimonium non tenet.*
11 *Donatio inter parentes & liberos, an valeat.*
12 *Statu. quòd uxore ante matrimonium sine liberis decedente vir lucretur dotem, & contra in marito, quòd uxor lucretur donationem propter nuptias: si utrumque simul mori contingat, ita quòd non appareat quis primo mortuus fuerit, an hæredes vxoris poterunt repetere dotem datam marito necne.*
13 *Quid si vterque ingrediatur religionem, & quid si alter tantum.*
Et quid si pactum de lucranda dote vel donatione propter nuptias altero prædecedente interuenit.

CAP. VIII.

a Donatio. a Gregoriana est, & se summat. Sunt
duæ partes. secunda ibi, sane. vel per
alia verba hoc dicit: Inter coniuges non tenet do-
natio, ex qua alter ditior fit, alter pauperior: confir-
matur tamen per obitum donantis, nisi prius tacite vel expres-
se reuocetur. Et primo ponitur vnum dictum ibi, a quo. Secun
do excipit, ibi, nisi. Tertio aliud dictum, ibi, qui tamen. Legam
1 primo vsque ad §. sane. † Not. j. quòd regulariter prohibetur do-
natio inter virum & mulierem constante ma. sed non simplici
ter, sed tunc tantum, quando donans pauperior, donatarius
locupletior efficietur. No. secundo quòd hic donatio confirma
tur morte donantis, vt C. eo. l. j. & 3. & hic donatio impeditur
ex triplici actu, ex reuocatione donantis expressa, & reuocatio
2 ne tacita, vel ex morte donatarij. † Not. vltimo, quòd tacitum
& expressum æquiparatur: & hoc procedit, quando vtriusq; e
est eadem ratio: aliàs secus, vt de iur. pa. c. ex literis. de fo. comp.
3 cap. si diligenti. & quod ibi not. glos. pen. † Oppo. quòd primo
toneat donatio inter coniuges, C. e. l. pen. so. Ioan. And. in ver-
bo, non habet. dicit quòd illud fallit in donatione Imperatoris
facta coniugi, vel econtra. fallit etiam in alijs septem casibus,
de quibus per Hostien. in sum. eo. titu. ver. porro. §. donationes.
Panormi. pro intelligentia circa intellectum decretalis, Primo
quærit, nunquid donatio inter coniuges indistincte annulle-
tur. dic, regulariter prohibetur donatio omnino pura: & ita in-
telligitur donatio, que nulla ratione cogente fit: sed sola libe-
ralitas est causa donationis, vt l. j. ff. de dona. & in l. donari. ff. de
regul. iu. ideo donatio remuneratiua non prohibetur inter vi.
& vxorem, vt in l. quod autem. §. si vir. ff. de do. inter virum &
vxorem, vbi patet, quòd si maritus donauit vnam rem vxori, &
vxor vnam aliam marito, fit hincinde compensatio. & per hoc
notabiliter dixit Bar. in l. si diuortio. ff. de verborum oblig. &
est glo. in l. si voluntate. C. de do. promis. quòd si nobilis nubit
plebeio, potest sibi constituere dotem animo donandi, licèt
conferatur in tempus matrimo. quia non est ista simplex do-
natio, quæ prohibetur, sed est remuneratiua, quia nobilis nu-
bendo plebeo videtur sibi quoddam munus cõferre: & sic ma-
ritus donando videtur remunerare, & non simpliciter dona-
re. ad hoc l. Aquilius. ff. de donat. & vide quod no. glos. in d. l.
donari. & Barto. in proœmio digestorum. & limita illum tex.
& multa alia iura annullantia donationem hanc, & hoc nota-
4 bis. † Secundo quæritur, quando alter dicitur fieri locupletior,
& alter pauperior. so. pauperior fit donator, quando tradidit
de substantia sua, ita quòd diminuit patrimonium suum, vt in
l. si sponsus. in §. maritus. ff. eodem titulo. secus ergo si repudiat
hæreditatem, vt veniat ad vxorem sibi substitutam: nam tunc
non acquirendo non dicitur fieri pauperior. & idem in si. ca-
su locupletior fit recipiens, quando conseruat sibi rem dona-
tam, vel eam expendit in vtilem causam: secus autem si inuti-
liter expendit, puta si vxor emit vnguenta, vel consumpsit in
conuiuio faciendo, vel aliter inutiliter: tunc enim illa talis do-
natio non reuocatur, quia vxor non est effecta locupletior, vt
in l. quod autem. in §. si vir. ff. eo. secus esset, si hæres mariti inu-
tiliter expendisset, quia tunc tenetur reficere, vt in l. quod de
bonis. ff. ad l. falc. quia satis est, quòd donatarius fuerit effectus
locupletior. Quæro, quid si donatarius consumpsit donatio-
nem in rem inutilem. dicit Vincen. vt refert hic Ioan. And. in
ver. non habet. quòd si vtiliter, censetur factus locupletior: se-
cus si inutiliter, quia tunc non tenetur restituere, vt ff. eo. l. si
vir. §. non videtur. & l. quod autem. §. si maritus. hæres au-
tem donatarij tenetur, licèt consumpserit in rem inutilem, l.
5 quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad l. falci. † Item quæro,
quod hic dicitur, donatio inter coniuges confirmatur morte
donantis, an hoc intelligatur de morte naturali, an etiam de
ciuili. Ioan. And. hic post Vincen. super verbo, obitu. dicit quòd
sic, vt confirmatur etiam talis donatio, si donator perdit liber-
tatem & ciuitatem, vt C. eod. l. res vxori. Item si post donatio-
nem ingreditur monasterium, confirmatur donatio. Vincen.
hic tenet quòd non confirmatur, quia adhuc durat matrimo.
quod nisi per ingressum censetur factum diuortium, de con-
uer. coniug. cap. ex publico. & dicit Ioan. And. quòd non pu-
tat quòd Vincen. per illud verbum, nisi, intendit excipere a
solutione, sed a ratione, de qua supra dixerat, non intendit
quòd confirmetur donatio, quando alter coniugum ingredi-
tur monasterium ante carnalem copulam. Sed soluit quòd per
talem ingressum censetur factum, quando post consumma-
tionem ingreditur. de quo in cap. ex publico. & in cap. verum.
de conuer. coniug. quo ad primum dicit Ioan. And. quòd con-
tra solutionem Vincen. facit C. de episcop. & cleric. l. fin. &
quod ibi no. vult dicere, quòd propter ingressum monasterij
confirmatur donatio, quia ingrediens censetur mortuus, d. l.
fin. 17. quæstio. j. c. monachi. & hoc verius videtur, vt hoc pla-
cet d. Card. & hoc præsupposito, quòd legitime professionem
fecerit: quanquàm enim non dissoluatur matrimo. quo ad hoc
quòd remanens in seculo possit cum alio contrahere, soluitur
tamen in effectu, quia non possunt coniuges se inuicem re-
poscere, de conuer. coniuga. accedens. & cap. significauit.
6 † Gl. primo quærit de quatuor quæstionibus. In glo. ibi, §. si quis
sponsam. est §. pe. si vir nupsit illi, quæ vxor esse non poterat,
& sibi postea donauit: aut prius illam desponsauit, valet dona
tio, vt in sponsam, licet illam putet coniugem: si non despon-
sauit, vxor non est, quia non potuit, vbi sponsa non est, quia
id non fuit factum, tamen non valet donatio, quia fiebat qua-
si ad vxorem. quantum ad primam glo. no. illam, quia dona-
tio non tenet inter virum & vxorem, & pondera. rationes glo.
ponderant fauorem publicum, ex quo sequitur, quòd non cõ-
firmatur iuramento, cap. si diligenti. de foro competen. regula
non est obligatorium. lib. 6. Guil. de Cun. contrarium tenet
in l. si possessori. ff. de iureiuran. §. item si iurauero. & Barto.
in l. si quis pro eo. ff. de fideius. in fin. sui commenti. & l. Seius
& Augerius. ff. ad legem falci. sed in l. j. ff. de dona. inter virum
& vxorem, videtur tenere contrarium per rationem glos. no-
stræ & illius l. vbi dicitur, quòd talis donatio est contra bonos
mores, quia fecit matri. & præbet causam separandi matri. si
valet quod est odiosum, & turpe, l. reprehendenda. C. de insti.
& substi. facit potius, quòd intenderent spoliationi ad inui-
cem, quàm educationi filiorum, ut hic in glos. quòd non fir-
metur, tenet Card. in clemen. j. in ver. porro. in 7. colum. de iu-
reiuran. Bald. in l. cum quis decedens. §. penul. ff. de leg. 3. Cyn.
in l. j. in fin. C. de sum. trini. Ioan. And. in addi. ad Spec. eodem
titulo. in fin. Ang. in d. l. si quis pro eo. mouetur, quia lex vide-
tur resistere potentiæ donandi, & prohibere personas: & sic
coniuges contrafaciendo peccarent. Imo. in cap. cum contin-
gat. in fin. Card. & ibi do. Ant. de iureiuran. Pau. in consilio
63. quod incipit, In Christi nomine amen, super isto puncto
occurrunt tria. in 4. colum. & in d. consi. ponit, quid si done-
tur sorori vxoris: & quid post mortem mariti, qui non confir-
mauit donationem, vel quia expresse contradicit, vel quia nõ-
dum interuenerat traditio: & ibi tenet quòd firmetur iuramẽ-
to. & in consi. 96. quod incipit, In Christi nomine amen, no-
tandum est primum. tenet Fede. in consilio 73. quod incipit,
In nomine domini amen, punctus quæstionis talis est. licèt ali-
ter videtur sentire Pau. idem in consil. 97. quod incipit, In Chri
sti nomine amen, in ista donatione. Panor. hic tenet, quòd
firmetur per tex. nostrum, qui videtur damnum & locupleta-
tionem priuatorum attendere: & dum dicitur, est cõtra bonos
mores: negat ipse naturales, sed bene contra bonos mores ci-
uiles, i. ius positiuum: & iuram. contra positiuum bene sustinet
actũ, c. cũ contingat. de iureiu. c. licet mulieres. eo. ti. li. 6. sed attẽ
ta

ADDITIO.

a ¶ Donatio. An & quando donatio inter uirum & uxorem ualeat, & quid de remuneratoria, etiam an iuramento firmetur, uide plene & no. per Do. meum Soci. in consi. 67. incip. Circa primam quæstio. in princ. cum ver. se. vsque ad fin. & consi. 68. incip. Frustra plenitudini. in princip. cum ver. sequen. usque ad fi. causæ, in prima parte, char. 115. & consi. 115. inci. Circa j. quæstio. circa princip. 3. colum. in dicta parte, char. 183. sed quid si sit facta sponsæ de præsenti adhuc etiam non ductæ ad domum uiri per sponsum, an ualeat: & quid si est facta in domo sponsi, uel domo sponsæ, uel iuuia: & quid de consuetudine super ea disponente contra ius commune, uide not. per præfa. d. meum Soc. consi. 123. incip. Suprascripti præstantissimi. in princip. vsque ad fi. in d. parte, char. 193.

ta ratione, quia ma. fierent venalia, & corrūperetur charitas matrimonialis, & damnificantur filij, ista demonstrant quòd contra bonos mores naturales est donatio, quæ fit inter maritum &
7 vxorem. † Potest tamen maritus liberare vxo. constan. matri. quæ sibi dotem promiserat, & in toto & in parte: & hoc casu erit matri. sine dote, glo. sing. ibi Cy. Bal. in l. si constante. C. de dona. ante nup. Ludo. in singularibus. Ideo confessio de dote recepta constan. matrimo. non obligat, nisi appareat de numeratione: nam videtur donare, Bal. in l. j. in 2. col. de pri. do. & in l. j. C. de dot. promiss. Ange. in l. pe. ff. quæ res pig. & præsumitur simulata constitutio dotis facta constante matrimo. Bal. vbi proxime, scilicet in dicta l. j. Io. An. in addi. ad Spec. in rubr. eo. titu. Bal. in l. j. C. de dona. ante nupt. in l. si creditor. C. de fideicom. Cyn. in authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. in l. quod de suo. C. de do. cau. non nu. Ludo. in consi. 255. ad prædicta faciunt, quæ dixi in c. j. supra e. Pau. de Ca. in consi. 8. de quo per Ange. qui aliter loquitur in consil. 5. quod incipit, Andreas. per Anchara. in consi. 289. incipiente, In Christi nomine &c. nulli dubium. per Bar. in l. si diuortio. ibi, legi. sic. ff. de verb. oblig. & pulchre disputat Ange. de Are. in §. fuerat. Insti. de act. Ange. in consi. 247. quod incip. Doctor insignis. Bar. Bal. Saly. & omnes in l. si voluntate, C. de dot. promiss. Imo. in capitu. super eo. de test. & ibi de constituta in recompensationem ignobilitatis mariti, vel simili modo. Et ideò dicimus, quòd si maritus confitetur se 10. in dotem habuisse ab vxore, & in vltima voluntate confitetur habuisse 16. quòd illa sex videntur legata. Pau. in consi. 127. quod incipit, In Christi nomine amen, primo cum maritus. & an si maritus confitetur se dotem habuisse, videtur erronea vel simulata confessio. Pau. in consi. 116. quod incipit, In Christi nomine amen, visis & consideratis. & in consi. 78. quod incipit, In Christi nomine, pro ista muliere. Calde. eo. tit. consi. 3. do. Signo. in consi. 67. quod incip. In nomine Domini amen, in quodam instrumento publico. & 58. quod incipit, In Christi nomine amen, eiusque Matris sanctissimæ: an augmentum dotis factum durante matrimonio firmetur iuramento, & pactum de lucranda dote, Fede. in consi. 73. quod incip. In Christi nomine amen, punctus quæ-
8 stionis talis est. † Quo ad tertiam quæstionem no. illam, quòd donatio vltra legitimum modum facta tenet intra modum, etiam si non fuit insinuata. & dic quòd legitimus modus secundum iura antiqua erat vsque ad trecentos aureos, secundum noua vsque ad quingentos, vt C. de do. l. sancimus. & l. si quis pro redemptione. secundùm Hostien. & Io. An. hic, & l. donationes. alle. in glo. in hoc videtur velle, quòd si donatio hunc modum non excedat, vel excedat, & fuit in actis insinuata, sufficit quòd in vita non reuocetur: alias si non reuocetur, & non fuit in actis insinuata, non valet, nisi coniunx in vlt. voluntate hanc expresse approbauerit, & ratificauerit: quia tunc valet vt legatum, quod nō indiget insinuatione. Sed quæro, quid sit donationem insinuare. dic vt secundùm Io. An. super hac glo. in versic. insinuata. quòd est donationem conscribere in præsentia publicarum personarum, & apud acta, vbi superfluum est testes adhiberi, quia sufficient publica documenta, vt C. de do. l. in dona. de proba. c. quoniam. Bal. c. cum accessissent. de consti. in l. omnium. C. de test. in l. sancimus. C. de diuer. resc. in l. ne quicquàm. §. vbi decre. ff. de offi. procon. Bar. in l. Modestinus. vbi omnes, ff. de do. Bar. in l. donatio. C. de do. Old. in consi. 275. quod incip. Factum tale, domina supra. Bal. in l. in hac. C. de do. in l. illud. in 3. col. C. de sacrosan. eccle. Io. An. in addi. ad Spec. in tit. de instru. edi. §. porro. in ver. donec. Quo ad quartam partem glo. quòd vbi matri. non tenet, tales donationes ratæ non sunt: & cum dicit glo. si matri. non tenet de iure, tamen de facto contractum fuit, secundùm Ioan.
9 And. † Sed quæro, quid si esset putatiua vxor, sed concubina. dicit Ioan. And. quòd donatio tenet, nisi esset miles, vt C. de dona. inter virum & vxorem. l. si ancillam. Dic idem in clerico secundùm Cardi. hic, & se remittit ad c. j. de cler. ægro. vidimus supra in rubri. & competit coniugi donatoris repetitio rei donatæ, vbi vterque credit esse matri. si vero donator vel vterque scit matri. non tenere, fiscus repetit, vt ff. e. tit. l. cum hic status. §. vlti. & secundùm Ioan. And. hic, & cum glo. alleg. si ex voluntate. facit c. eum qui. de præben. lib. 6. glo. 2. colligit, primo donationem esse nullam, ex qua vnus fit pauperior, alter vero locupletior. Secundo ibi, si ergo maritus, exemplificat, qualiter donatarius possit esse locupletior absque eo, quod debitor fiat pauperior, & econtra. Tertio ibi, licet pauperior. ponit duos casus, in quibus illud fallit in quarto. in fi. dicit qualiter fiat re-
10 uocatio. † No. primo in glo. quòd donatio inter coniuges, ex
a qua vnus efficitur ditior, alter pauperior, regulariter est nulla [a]. fallit in 7. casibus no. in sum. eo. tit. §. quæ donationes. versicu. porro. vbi Hostien. remittit: & aliquos hic colligit Vin. Goffr. colligit aliquos in sum. versicu. quòd autem non omitto. & vide per Hostien. sub rubri. de dona. propter nup. & hoc quod dicit, quòd talis donatio est nulla, dicit Ioan. An. hic super versicu. euanescit. hic super tex. quòd si corporalis res tradita est, fit reuocatio per directam rei vendicationem a viro, promissio vero & acceptilatio nulla est, vt ff. eodem, l. 3. §. sciendum. fructus autem rei traditæ restituuntur donatori, si donatarius nullam sciuit esse donationem: si vero credebat valere, lucratur fructus, vt ff. eodem, l. de fructibus. & quod ibi no. in glo. 2. secundùm Vincen. glo. 3. exemplificat, quomodo tacite, & quomodo expresse reuocatur donatio, addens quid si simul mo-
11 riantur. ibi, si autem simul &c. † Et quid si fiat donatio inter
b parentes & liberos [b], &c. ibi, & hæc quæ dicta sunt. dicit quòd leges, quæ alleg. in glo. satis hoc declarant, quòd in casibus suis censeantur. In glo. ibi, l. vlti. C. de impube. &c. si testator instituit Titium cum suis filijs, & Sempronium, Titius & filij habent dimidiam, Sempronius aliam dimidiam. In glo. ibi, si ambo capti sunt ab hostibus. his videtur superuixisse, quem certum est apud hostes postremo expirasse: si vero non apparet quis primo decesserit, difficilis est quæstio, & magis puto donationem valuisse. In fi. glo. no. glo. quòd non valet donatio inter parentes & liberos: intelligite liberos in potestate con-
c stitutos [c], secundùm Ioan. And. alleg. l. antepenult. C. eod. titu. in princip. sed dic quòd hodie valet donatio, vt C. de inoffi. testamen. authen. item si parens. in gl. 4. & quod dicit glo. vtranque valere donationem inter parentes & liberos, dic idem quo ad alios, qui sunt in alterius potestate, vt quia ego in tua potestate, vel tu in mea: vel ego & tu in potestate eiusdem. & verbum, potestatis, trahitur non solum ad liberos, sed etiam ad seruos, ff. eodem, l. 3. §. qui in eiusdem. vsque ad §. non tantum. In fi. glo. ibi, nisi in casibus. dic quos no. Hostien. in sum. eod. titu. §. qualiter. ad fi. uersic. fallit. puta si pater donat filio eman-
d cipato [d], ualet: si filio in potestate, non ualet, nisi filius sit bene meritus, ut in authen. præalleg. quia uidetur aduentitium, C. de col. l. si donationem. Quid econtra si fiat patri per filium, & econtra, idem si fiat patri in castrensibus? ualet, quia in istis reputatur paterfa. Item in quasi castrensibus si fiat in profectitijs, non ualet: si in aduentitijs, adhuc non ualet, quia pater tali alienationi non potest auctorizare in facto proprio, ut tenet Bar. in l. frater a fratre. ff. de condi. indebi. Et ad prædicta faciunt notata per Ange. in l. sicut. §. fina. alias est ff. quibus modis pig. uel hypo. soluitur. Bal. in l. bonorum. C. qui admi. in l. j. ubi Salyce. C. unde uir & uxor. in §. œconomos. in Authen. de alien. & emphy. Vbi stante statuto, quòd fœmina non contrahat sine consensu propinquorum: quæritur, an si contrahat cum ipsis propinquis, uideantur ipsi supplere solennitatem statuti. Bal. in l. j. post glo. C. de impo. lucratiua descrip. lib. 1. Ange. in consi. 137. quod incipit, In Dei nomine. Bal. in additio. ad Spec. in titu. de reo. in fina. colum. Ange. & alij in l. j. §. fuit quæsi-
12 tum. ff. ad Trebellianum. † Per supra dicta opportune uenit in mentem quæstio facti, super quo consuluit domi. Signorolus de Homodeis, quod consilium incipit & sequitur ad unguem, ut infra. In nomine Domini amen, quæstio præsupponitur in hac forma. Statuto Placentiæ cauetur, quòd si uxor moriatur ante maritum, & filios non relinquat, maritus lucretur dotem: si maritus decedat, antequàm uxor, quòd uxor lucretur donationem propter nup. modo cōtingit, quòd ambo, videlicet

ADDITIONES.

a ¶Regulariter est nulla. Adde do. Soci. consi. 189. incip. Viso testamento dominæ. versic. ad secundam rationem respondetur. in secunda parte, charta 62. quòd dona. inter vir. & vxo. licet regulariter viribus non subsistat, illud procedit, quando vir aliquid donat de proprio patrimonio, propter quod videtur pauperior effici: secus autem quando renunciat sibi lucrum quærendum, per quam renunciationem tale lucrum remanet in persona vxoris.

b ¶Et liberos. In quibus casibus inter patrem & filium donatio valeat, vide per do. Soci. consi. 68. incip. Frustra plenitudini. versicu. Sed præmissis. circa medium. in prima parte, charta 115.

c ¶In potestate constitutos. Dic, quòd fallit in Rege, quòd propter eius auctoritatem potest filio in potestate donare, vt per do. meum Soci. in consil. 68. incip. Frustra plenitudini. versicu. sed præmissis. circa medium. in prima parte, charta 115.

d ¶Emancipato. Adde do. Soci. consi. 189. incip. Viso testamento. versicu. donatio autem inter patrem & filium. in 2. parte, charta 63.

cet maritus & vxor simul perierunt per ruinam cuiusdam domus, ita quòd non apparet quis eorum primo decessit. quæritur ex his, an hæredes vxoris possint repetere dotem datam marito necne. & puto quòd sic: & præmitto, quòd ex præmorte vxoris & existentia mariti contingit purificatio conditionis lucri, de quo fit mentio in statuto. & in simili habetur in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. secundo præmitto, quòd casus omissus a statuto ciuitatis Placentiæ relinquitur iuris communis dispositioni, vt l. commodasse. ff. de libe. & posthu. & l. quàmquàm. ff. de verbo. obligat. & l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. quæ dispositio iuris communis dictat, vt in matrimonio dissoluto ad patrem mulieris dos redire debeat, vt l. 2. in princi. & dicta l. si ab hostibus. in prin. ff. soluto matrimonio. & l. dos a patre. C. eod. His sic præmissis, reiectis varietatibus glo. videtur sic dicendum, ex morte interueniente in matrimo. occurrit purificata conditio lucri: & etiam si ambo simul decedant, quia verius est ambos in matrimo. decessisse, purificatur conditio lucri, vt l. si duos. §. si maritus. ff. de rebus dubijs. & sic debet intelligi l. si possessor. ff. de reli. nec contingit hoc, quia mulier tanquam debilior videatur prædecessisse, vt videtur dicere glo. in d. l. si possessor. sed male, immo contingit ex verbis taliter conceptis. & hoc probatur in dicto §. si maritus. & no. in eo. §. iuxta. in princip. glo. quæ incipit, quoniam vterque. quam partem glo. sequitur Iaco. de Are. & subsequenter Dyn. in l. si hi. ff. de donatio. causa mor. & iste non est casus noster. Interdum ex præmorte vnius, & superexistentia alterius resoluitur conditio lucri: & tunc quia non est verum vnum alteri prædecessisse, ex quo ambo simul perierunt, non resoluitur conditio lucri: & sic loquitur l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & l. si inter. ff. de rebus dubijs. & iste similiter non est casus noster. Interdum ex præmorte vnius & superexistentia alterius occurrit, & purificari debet conditio lucri: & est in casu nostro, vt ex præmissis apparet: & etiam non est verum dicere vnum alteri præmortuum fore, ex quo simul decesserunt: ideo non occurrit nec purificatur conditio lucri: & sic debet intelligi secundum vnam lectu. l. quod de pariter. cum sequen. ff. de rebus dubijs. & innuit glo. in dicto §. si maritus. & Iaco. de Are. in dicta l. si hi. sic est in casu nostro, quia ex præmorte vxo. & superexistentia mariti debeat maritus lucrari dotem, vt apparet ex verbis statuti: ergo &c. Præterea simultas habet impedire ordinem prioris & posterioris, vt l. pluribus. ff. de procurat. & l. Arethusa. ff. de statu homi. & l. qui duos. ff. de vulga. & pupilla. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. & l. si debitor. & l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. cum ergo in casu nostro in morte fuerit simultas, vt ex themate apparet, impeditur ergo ordo prioris & posterioris, de quo loquitur statutum: tanquàm ergo casus noster a statu. omissus relinquitur dispositioni iuris communis, scilicet vt ad patrem mulieris dos redire debeat, vt dicta l. 2. in princi. ff. soluto matrimonio. præsupposito sine præiudicio, quòd mulier tanquàm debilior præsumatur præmortua. & voluerunt aliquæ glo. dicere, sed non bene, præsumptiones non cadunt in statuto, vt l. j. §. deiecisse. & quod no. ibi per Dyn. ff. de vi & vi arma. & quòd si vult, no. in l. j. ff. de verbo. significa. cum ergo quo ad veritatem non appareat de prioritate, cessabit statutum, & per consequens erimus in dispositione iuris communis, quod declaro: licet sit verum dicere vxo. mortuam esse, tamen quo ad veritatem non apparet, vtrum ista sit præmortua necne, ex quo simul cum marito perijt, vt dicto §. si ambo. & ar. dictę l. si fuerit. posito ergo in esse sine præiudicio quòd ipsa præsumatur præmortua, tamen quo ad veritatem, quæ debet in statutis attendi, vt l. j. C. de lati. libe. tol. falsum est dicere ipsam esse mortuam: sumus ergo in casu dispositionis iuris communis. & hoc puto verum, saluo semper saniori consi.
13 † Venit quoque in mentem elegans quæstio, super qua consuluit Pet. de Ancha. in consil. quod incipit & sequitur, In Christi nomine amen. An vtroque marito & vxore eodem tempore religionem ingrediente, sit locus dicto statuto. Et quid si pactum de lucranda dote vel donatione propter nuptias, altero præcedente interuenerit, & pro & contra rationes, & iura, quæ iura faciunt pro vtraque parte, plene & subtiliter sunt deducta superius. restat igitur ponderatis hincinde deductis, quæ opin. sit de iure verior. Ad cuius euidentiam præmittendum est, quòd nisi per ingressum seruassent pacta dotalia super lucro dotis & donationis propter nuptias, proculdubio tale lucrum collatum in casu mortis simpliciter non haberet locum in ista morte ciuili propter professionem: licet enim talis dicatur mortuus mundo, & habere vocem funestam & translatam conuersione cœlesti in corpore & in anima, 16. quæstio. j. capit. placuit. & 12. qõ. j. c. non dicatis. & in Authen. hæc constit. in princi. collat. 6. tamen proprie loquendo non potest proprie dici mortuus: mors enim est lucis præsentis subtractio, & animæ a corpore separatio dissoluens, & omni professione priuans, & reuersio in puluerem generaliter, j. quæstio. 3. c. si quis obiecerit. & in Authen. de nupt. §. deinceps. ista autem non parit professionem: nam professus corpore viuit, vsum rerum habet, loquitur, testificatur, comedit, eligit, & eligitur ad prælaturas, & generaliter omnes naturales actus exercet, vt alij, capit. nuper. de electio. & capit. quorundam. & capit. si religiosus. de electio. lib. 6. cum multis simi. Statutum ergo, quod loquitur de lucranda tertia vel duabus partibus, si mulier decessit &c. debet intelligi de morte naturali, quæ omnia soluit, non autem de ficta & impropria, quæ inducitur ex professione: nam ad mortem naturalem statuentes se retulerunt, quæ sæpe accidit, & frequenter: non ad illam, quæ rarissime, vt in casu nostro, in quo vir & vxor pariter in eodem instanti temporis ponuntur professi, vt l. nam ad ea. ff. de leg. est enim ista mors ciuilis, & ficta: verba autem statuti sunt facti, & in facto consistunt, vt capit. j. de constit. nec recipiunt casus fictos, l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. quinimmo statutum non posset expresse prouidere, quòd maritus vxore ingrediente religionem lucretur certam partem dotis: nam cum seruire Deo summa libertas sit, non debet libertas grauari per diminutionem dotis, l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. actio non datur. grauamina iam inducta submouentur, vt homines ad religionem facilius inclinentur, vt in Authen. de sanctissi. episco. §. sed hoc de præsenti. & disponeret statutum de bonis personis, postquàm incipit esse religiosa, quod non potest, vt capit. fina. de rebus eccle. non alienan. facit quod no. Bal. in l. Deo nobis. C. de episco. & cler. circunscripto ergo pacto, videtur dicendum proculdubio, quòd cessaret lucrum ex statuto altero præcedente proueniens per ingressum religionis vxoris. Sed hic videndum restat de pacto inserto in dotali instrumento super illo lucro dotis, quod pactum remanet validum, quinimmo purificatur per ingressum religionis, vt dicta l. Deo nobis. & in Authen. de sanctissi. episco. §. si vero constante. collat. 8. & certe ponderata conceptione facti, restitutio est fienda vxori in totum vel in partem, sicut casus acciderit, secundum formam statuti ciuitatis Lucanæ. tacite autem dicitur pactum, inquantum super restitutione totius, vel partis se retulit ad prædictum statutum, vt videantur tacite pepigisse de retinenda ista parte, quam statutum cõfert vxore mortua. & præsupposito hoc pacto tacito, subintellecto de tali lucro, est videndum, vtrum locum habeat in casu, de quo nunc quæritur, videlicet vt vtroque ingrediente eo tempore. & pro & contra allegatur ille §. si vero constante. versic. ambobus autem. quem §. quidam dicunt debere intelligi, cum cessant pacta, tunc sit locus huic restitutioni hincinde datorum, vt ibi dicitur, & probant per illum versic. vacantibus dotalibus pactis. & ibi, quando neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrum &c. quæ verba videntur satis clara, quòd loquantur, quando vtroque ingrediente nulla pacta fuerunt apposita super lucro dotis. Alij dicta verba superius relata intelligunt, quòd in dicto casu, scilicet vtroque ingrediente vacent, siue cessent, vt pœna do. super dicto lucro, nisi uir uxori uel econtra aliquid donare uoluerit, quando neque ex pactis nuptialibus aliquid lucrari conceditur. et expone quando, idest postq̃, cũ per legem nihil debeat lucrari. iste intellectus uidetur mihi uerior, ut ista uerba, uacantibus dotalibus &c. ponant ius, & vellent, quòd vacantibus, id est non existentibus dotalibus pactis, fiat hincinde restitutio datorum, nisi aliquid sibi inuicem relinquere voluerint, postquàm nihil lucrari conceditur: nec quia superius iur. lator dixerat de restitutione dotis & donatione, quando alteruter profitetur, seruatis tamen pactis dotalibus, vtroq; tamen ingrediente, superflue posuisset dictum versi. ambobus. circa restitutionem dotis & donationis: nam satis supra prouiderat, & pacta dotalia reseruat, cum dicit, si in isto ver. ambobus. voluit alteruter reseruare lucrum, sed vtrũq; sine damno conseruare, & totum recuperare. & vnusquisq; vltra dãnum suis fruatur rebus: intelligo, scilicet damnum, quod poterat prouenire alterutri ex pacto inserto, & instrumento dotali super lucro. Nam de alio damno nõ potest ille tex. intelligi, vel dicta ratio adaptari. & ita intellexit gl. illum tex. in d. l. Deo nobis. & Cy. idem sentit in sua distinctione, dum dicit, quòd si statutum confert lucrum ei, qui superuixerit, non habet locum simul ingrediente vtroq;, quia neuter alteri tunc dicitur superuiuere: sed in casu nostro statutum confert lucrum marito superuiuenti, quod non contingit vtroque eodem instanti temporis profitente: vnde directe ille ver. ambobus auth. cum. emanauit

ad tollendam illam subtilitatem legum, quæ quandoq; fingunt mulieres veluti debiliores natura præmori. Nam in morte facta per ingressum dicitur cessare dicta fictio: nam sic essent duæ fictiones circa idem, vna mortis fictæ, altera prouentionis in peccato. & hęc iura abhorrent, l. j. C. de dotis promis. Item voluit ille §. inducere mortem fictam, & prouentionem cum damno alterius. Nam hęc est natura propria fictionis non conferre lucra, sed occurrere contra damna, iuxta no. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. per Bar. ex quibus concludo in q. de qua quæritur, non habere locum lucrum proueniens ex prædicto statuto.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias quid afferat vxori.*
2 *Hæredes mariti an possint deducere expensas factas a viro in exactione dotis, vxore ab eis dotem petente.*
Vxor sol. ma. qua actione aget pro dote. ver. quæro 2.
3 *Dos qualiter diffiniatur, & quot sunt eius species.*
4 *Quæ æqualitas sit seruanda inter dotem & donationem propter nuptias. Et quid si sit pactum factum de lucranda dote, & non de lucranda donatione propter nuptias.*
5 *Pactum, per quod fit deterior conditio mulieris volentis iterum nubere, siue fiat ante nuptias, siue post, non valet.*
6 *Donatio ante nuptias & post nuptias an differant inter se.*

§. Sane soluto matri. Dos ad mulierem, donatio propter nuptias ad virum reuertitur, nisi aliud sit de iure speciali. hoc dicit. Primo dictum, a quo excipit, ibi, nisi. Secundo limitat, ibi, quod æquale. No. ꝙ inter maritum & coniugem, quandoq; dos intercedit, quãdoq; donatio a viro: & sicut dos reuertitur ad mulierem, ita donatio ad virum. & hæc vera, nisi consuetudo & pactum habent cõtrarium, importet, vt ibi pactum hoc inducit, oportet quòd æqualitas hincinde seruetur, vt quantum lucratur vir de dote, & mu-
1 lier de donatione propter nupt. † Oppo. quòd non valuerit donatio propter nupt. sed sit inutilis, cum matrimo. constante vir eam possideat, & soluto matri. reuertitur ad eum. So. hic dicunt Pe. & Ab. quando est factum pactum de lucrando ipsam soluto matri. vt hic, quo cessante etiam valet, quòd vxor non potest renunciare iuri hypothecario pro iure suo, quod debet in hac donatione propter nup. nec viro alienante, aut obligãte res dona. valet consensus mulieris, vt C. ad Velle. authen. siue a me. alias autem potest renunciare iuri hypothecario, quod habet in alijs bonis mariti, C. ad Velle. l. si mulier. Item valet donatio, quia viro dissipante bona sua potest agere pro donatione propter nup. sicut pro dote, vt C. de iure do. l. vbi. de quo dic vt ibi no. nam illa videtur tantùm loqui, quando mulier debebat soluto matri. lucrari dotem, vt in glo. fi. in fi. illa tamen glo. facit pro primo, scilicet quòd etiam soluto matri. non debeat mulier lucrari donationem, adhuc potest lucrari donationem propter spem, quã habent, si mariti culpa solutum est matr. vt C. de repu. l. consensum. sed dic secundùm Cardi. quòd licèt sit diuortium, non quo ad vinculum, sufficit tamen quòd separatio fiat quo ad thorum, supra e. c. plerunq;. & hoc verius. & facit quod no. Cy. in d. l. vbi. in q. 19. Item secundùm Io. An. viro cõmittente adulterium agit mulier ad assignationem dotis, & donationem propter nup. de hoc habetur supra, vt lite non contest. c. j. in l. j. & l. consensu. §. si vero. C. de repu. & cum his transit Bu. & Cardi. Oppo. secundo, quòd videtur litera velle quòd consuetudo possit operari, quod dos non redeat ad mulierem soluto matri. & sic remanebit mulier indotata: quod est contra fauorem reipub. l. j. ff. soluto matr. sol. Host. & Io. An. in ver. de consuetudine, ꝙ litera ista, cum dicit de consuetudine, referatur tantùm ad id, quod procedit de donatione propter nup. quã mulier lucratur de quarundam regionum consuetudine: non autem refertur ad id, quod procedit de dote: quo ad dotem esset consuetudo irrationabilis, quia si mulier amitteret dotem, de facili adulterium committeret, vt §. proxi. & remaneret indotata, quod esset contra fauorem publicum, d. l. j. & ff. de bo. dam. l. fi. §. fi. ff. de iure do. l. j. & ff. de priui. credi. l. 3. §. si sponsa. & l. interest. & est ratio diuersitatis inter dotem & donationem propter nup. fauor reipublicæ, & fragilitas mulieris: potest enim vir ex multis causis victum honeste quærere, ex quibus mulier non potest: & honestius posset vir vagari: & quia robustior est, laborare, vnde tantus non debetur recuperationi donationis propter nup. fauor, sicut recuperationi dotis, vt C. qui po. in pig. ha. l. assiduis. in fi. & facit quod no. Imo. in l. socer. §. Lucius. ff. soluto matri. vbi vult, ꝙ valet pactum super dote inter coniuges, quod tendat in præiudicium mariti. Hosti. qui videtur facere inter consuetudinem & pactum differentiã, dicens ꝙ per consuetudinem non potest vir lucrari dotem, sed ex pacto sic, de rei vxoria actione. l. vnica. §. illo proculdubio. ponderat Host. ꝙ in illo §. non dicitur consuetudine, sed tantùm pacto. dicit etiam, non potest induci, ꝙ soluto matri. vir lucretur dotem ratione pacti, vt d. l. & rationibus supra: quod etiam tenet Inno. dicens, ꝙ non potest apponi pactum, per quod deterior fiat conditio mulieris, siue fiat ante nup. siue post, ff. de pac. do. l. 2. ad §. illo proculdubio. dic ꝙ loquitur, quando mulier decessit in matri. quo casu potest vir lucrari dotem ratione pacti, vt ibi. & idem dic secundùm Cardi. hic ratione consuetudinis, quia quod potest pactum, potest & consuetudo, vt no. glo. in c. non putamus. de consue. lib. 6. & in c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. & ꝙ ratione consuetudinis & pacti potest maritus superuiuens lucrari dotem, tenet Ioan. And. hic super verbo, consuetudine.
2 † Quæro primo cum hic dicatur, ꝙ soluto matri. dos ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum reuertitur: pone quod mulier repetit dotem ab hæredibus viri, & ipsi volunt expensas factas viro in exactione & defensione dotis deducere. dicit Specu. in tit. eo. §. fi. versic. illud etiam quæritur. ꝙ non possunt, quia maritus est dominus fructuum dotalium: & sic tanq̃ dominus dotem tuetur, vt ff. de impen. in rebus dota. l. 2. & quod ibi no. & ita Ioan. Andr. super versic. redit dos. Quæro secundo, qua actione aget mulier pro dote soluto matrimo. Vincen. distinguit, vt refert Ioan. An. hic super verbo, mulierem. ꝙ aut per extraneum data est dos marito: & tunc mulier repetit actione ex stipulatu, vt C. de rei vxo. act. l. vnica. in princip. aut pater dedit pro filia, & communis est actio patri & filiæ, d. §. accedit. & ff. soluto matri. l. 2. & 3. & l. si pater. & l. dotem. & hoc quandiu viuunt pater & filia: sed si præmoriatur filia, solus pater agit, vt C. soluto matri. l. dos a patre. nec distinguitur, an sint liberi vel non, d. l. vnica. §. sileant. & secundùm Host. sunt tamen circa hoc vlti. opin. variæ inter But. & Marti. & ibi no. in glo. quando extant liberi. Dic ergo secundùm Cardi. hic, aut non extant liberi: & tunc procedit indistincte quod est dictum: uel si extant, & matri. soluitur diuortio: sed si soluitur morte mulieris, tunc dicit Marti. in d. l. dos a patre. ꝙ dos acquiretur filijs. no. in d. §. sileant. & C. soluto matri. l. dos a patre. utrobiq; tamen tenet glo. contrarium, quod etiam extantibus filijs reuertatur ad patrem. quam opinio. dicit Cardin. ueriorem, licet de consuetudine seruetur opinio Marti. de quo idem per Bar. in l. post dotem. ff. soluto matrimo. Butr. sequitur illam opin. siue sint liberi, siue non, quod patri competit actio filia mortua. Imo. in eandem partem consuluit, & tenuit in l. post dotem. ubi Bar. & communiter Legistæ, maxime Ludo. ff. soluto matrimo. Bal. in l. fina. C. cõ. utri. iudi. immo si maritus promisit patri uxoris in quemcunque casum soluti matrimo. reddere dotem secundum formam iuris communis, extantibus liberis, uxore mortua, prætextu consuetudinis excusatur, ut non teneatur reddere, quia consuetudo prædicta habet uim iuris communis. Bal. in l. 2. C. de bo. quæ libe. Bal. in rubri. de arbi. in 6. colum. & ad primum Pau. de Cast. in consi. 125. quod incipit, In Christi nomine amen, primo uidendum. per Calderi. in rubri. in consil. j. ubi quid si uxor moritur relictis filijs, & relicto marito, & patre ipsius uxoris, dehinc moriuntur filij superstite patre & marito præallega. non insisto ultra, quia passus longus est, & non est canonistalis. & glo. in d. l. dos. dicit,
3 quòd de consuetudine ueniunt filij. † Quæro, quid est dos [a]. dic
a ꝙ est quædam donatio a patre mulieri, vel ab extraneo, vel facta a muliere ipsi viro pro oneribus matri. sustinendis: & quasi patrimonium mulierum, l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. ita no. Iuristæ, Goffre. & Host. in c. Raynutius. de testa. de diffinitione dotis per Legistas in rubri. ff. soluto matrimo. Ange. in consi. 18. quod incipit, In Dei &c. præmitto ad euidentiam ꝙ species dotis sunt
b duæ, alia aduentitia, alia profectitia. Profectitia est [b], quæ a patre, vel ab auo, pronepte, vel filia de bonis eorum proficiscitur, vel quæ aliàs de mandato eorum constitit, vt ff. e. l. profectitia. Aduentitia est, quã dat mulier pro seipsa, quæ aliàs non descendit a patre. facit quod no. Goffre. in sum. §. aduentitia. eo. tit. vbi prosequitur aliam distinctionem dotis. Alia est æstimata, & alia inæstimata:

ADDITIONES.

a ¶Quid est dos. Adde Do. Soci. consi. 58. inci. Casus legis municipalis. ver. 5. circa fi. in j. parte, char. 102. quòd dos dicitur quoddam ius continens id, quod mulieri, vel eius parte marito, vel eius parte traditum, vel pro tradito habitum propter onera matrimonij supportanda. ad quod etiam adde præfa. do. meum in consi. 9. inci. Prosequendo ordinem. ver. 16. in d. parte, char. 10. & consi. 25. inci. D. Fran. versi. 2 hoc probatur. in d. parte, char. 10.

b ¶Profectitia est. Sed quid, an ista dos profectitia, de qua in d. l. profectitia. alle. in tex. mortua muliere remanere debeat apud filios, vel auum maternum, vide per D. meum Soci. consi. 9. inci. Prosequendo ordinem. in prin. cum versic. sequen. in j. parte, char. 9.

inæstimata: & an competat lucrum & damnum, ibi vide per eũ, & in §. fi. Alia fit distinctio, & quando dos traditur æstimata & quando non. vide glo. & Doct. in c. salubriter. de vsu. Ita venio ad glo. pe. alleg. concordantias, ex quibus verba literæ sumpta
4 sunt. † Glo. fi. colligit dictum in princi. Secundo rationem literæ ibi, & no. æqualitatem seruandam inter dotem & donationem propter nup. Tertio ibi, & verum. repetit primum dictum cum exceptione. Vltimo dicit pactum debere esse æquale, & si non sit æquale, quid iuris. In fi. gl. dicit Inno. ꝙ debet esse æqualitas non solum in quantitate, vt non sit maior quantitas dotis quàm donationis propter nup. sed etiam in lucris ex pacto prouenientibus, vt in Authen. de æquali. do. §. hoc igitur. in fi. dicit etiam Inno. ꝙ si sit pactum factum de lucranda dote, & non de lucranda donatione propter nuptias, pactum dotis trahitur ad donationem, vt C. de do. ante nupt. l. pe. §. fin autem. & sicut vir superueniens lucraretur donationem propter nupt. etiam si de ipsa nihil dictum fuerat. dicit etiam Inno. ꝙ in alijs est æqualitas, quia constituitur dos, & donatio ante nup. & post nup. Insti. de dona. §. est & aliud. & similiter fit ar. dotis & dona. ante nup. & post nuptias, vt C. de dona. ante nup. l. si constante. sed ante nup. potest esse disparitas in quantitate dotis & donationis, & super lucris, vt C. de pac. conuen. l. ex morte. post nuptias autem hoc non licet, ne excogitetur fraus contra prohibitionem, de dona. inter vir. & vxo. & hoc vltimum probatur hic, & in d. l. si constante. tamen dicit Goffre. in sum. in fi. eo. tit. ꝙ consuetudo non habet, ꝙ seruetur æqualitas in dote & donatione respectu quantitatis. dicit etiam Inno. & refert Io. An. super tex. in verbo, æquale. ꝙ cõsuetudo posset esse varia in quantitate, & in lucris. facit de test. c. Raynutius. & circa ea quæ hic deficiunt, remittit Hostien. ad sum. eo. tit. sub diuersis rubricis ibi circa hanc mate-
5 riam positis. † Vltimo hic Io. An. & Inno. secundum eum in litera dicunt non posse apponi pactum, per quod deterior fiat cõditio mulieris volentis iterum nubere, siue fiat ante nup. siue post, vt C. de pac. l. 2. secundùm Ioan. And. vide quod dixi supra.
6 † Vltimo notandum est, quòd est dona. ante nup. quæ fiebat ante & post: & ideo propter nuptias, vt nomen sit consequens rei, dicitur, vt Institu. de dona. §. est & aliud. facit C. de dona. ante nupt. l. cum multæ. vocatur etiam & sponsalitia largitas, vt in rubri. C. de dona. ante nup. & inducta est donatio propter nuptias, vt per eam in dote consultum sit mulieri, quia soluto matrimo. per res donatas a viro, quæ alienari non possit, ei consulitur, quia de illis pro dote poterit satisfieri: est tamen differentia, vt dixi secundùm Inno. hic, & Goffre. in sum. inter donationem ante nupt. & post, quia si donatio fiat ante nupt. potest excedere quantitatem dotis, l. ex morte. C. de pac. conuen. post nup. autẽ non debet excedere quantitatem dotis, d. l. ex morte. C. de pac. C. de dona. ante nup. cum multæ.

De secundis nuptijs. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Nedum secundæ nuptiæ approbantur ab ecclesia, sed etiam tertiæ, & vlteriores.*
2 *Bigamus non solum, sed & trigamus, & octigamus quis effici potest.*
3 *Mulieres festinantes ad secunda vota, & quæ infra annum luctus stupro conceperunt, quibus pœnis astringantur.*
Et an dicta de muliere secundo nubente idem intelligendum sit de viro secundo nubente.

Viso de matri. in genere, de secundo matri. est videndum, secundùm Goffre. Host. vero continuat facto diuortio inter aliquos; vel forte soluto primo matri. vult aliquis cõtrahere, sed quia aliqui damnant secundas nupt. perpetuo, dicamus ergo secundas nup. non reprobandas nec in perpetuum, nec ad tempus, vt j. c. pe. Et appellatio secundarum nuptiarum omnes vlteriores includit, secundùm Io. An. facit ff. de vulg. & pupil. substi. l. j. in fi. & de materia habetur 31. q. j. 2. c. j. §. hic autem colligitur. & 3. q. 7. §. tria. in fi. Oppo. quòd iste titulus sit superfluus per titulum de spon. du. supra. soluit Io. An. quòd ad diuersa tendunt: ibi enim dicitur de spon. vnius, an possit alteri nubere illo viuente. hic autem generaliter de viro & muliere, qui soluto matri. contrahunt. Dicit Io. An. quòd ista rubri. debet habere tres partes, scilicet de secun. nupt. non benedicendis, vt in c. j. & 3. non contrahendis, priusquàm habeatur certitudo de morte coniugij, vt j. c. 2. non prohibendis infra annum luctus, vt in c. pe. & vlti. pro hoc facit quod hic no. Goffre. in princi. summæ. Oppo. nam quis non potest secundum matrimo. contrahere sine pœna: nam cõtrahitur bigamia, quæ homines inhabiles reddit ad dignitates eccle. Solu. dic secundùm Goffre. in sum. eo. tit. §. sed oppo. bigamia non est peccatum, 31. q. j. c. appareant. & in c. seq. 32. dist. c. deinde. nec ex pœna sine peccato, venit aliquem promoueri non posse, sed ex defectu ex alijs causis, quæ notantur super rubri. de
1 temp. ordi. c. per multas. Et scias † quòd nedum secundæ nuptiæ approbantur ab eccle. sed etiam tertiæ & vlteriores: vnde non solum bigamus, sed & trigamus, & octigamus quis effici potest, vt dicto capitu. aperiant. iuxta illud,

Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti:
Quinque per autumnos, titulo res digna sepulchri.

2 Ita Panor. hic. † Pro euidentia infra dicendorum, & maxime in c. fi. sciendum est, quòd mulieris festinantis ad secun. nup. pœnę multæ sunt secundum leges ciuiles, licet matri. immaturum, & nimis festinum teneat, vt in Authẽ. de rest. & ea quæ pa. §. vnum si quidem. ibi, ad le. &c. nam punitur in persona propria, quia infamis efficitur ipso iure. Item in rebus proprijs, quia vltra tertiam partem, nec dabit in dotem secũdo viro, nec in vltima voluntate relinquit, vt C. eo. l. j. §. viro. sed alij dare potest sicut voluerit pro arbitrio. secũdo punitur in rebus alienis, scilicet dum in vltima voluntate quæcunq; ei persona relinquentis sit prior maritus, vel alius: si prior maritus aliquid relinquerit, excluditur mulier a relicto omnino, defertur autem, scilicet decẽ personis de cognatione ipsius prioris viro, hoc est filio & filiæ mariti ex alio matri. habitis: secundo nepoti & nepti eiusdem: tertio patri & matri eiusdem: quarto auo & auiæ eiusdem: quinto fratri & sorori eiusdem, vel forte frater & soror, quia in eodem gradu sunt, cum auo auia admittuntur, l. j. §. his. ibi, quàꝗ hic &c. C. e. Quid si relinquens fuerit agnatus vel cognatus vsq; ad tertium gradum, bene capiet ab eo, sed in quarto gradu non capiet neq; ab extraneo, vt C. eo. l. j. §. omnium. & §. earundem quoq;. hoc in relictis, nam donata a marito inter viuos amittere debet forte per sententiam, vt C. eo. l. 2. sed nunquid appellabuntur ex his, quibus diximus applicari relicta: lex enim non exprimit, ideo dixit, an ad quoslibet mariti hæredes suo ordine deuolui, quòd si cognati eiusdem ei donauerint inter viuos, & forte capiet, qa non inuenitur prohibitum. Hæc locum habent, siue liberos habeat ex priori marito, siue non habeat: sed quo ad remissionem pœnarum est differentia, quas pœnas autem diximus sustinere mulierem infra tempus luctus nubentium, easdem patitur mulier, quæ contra sacramentum suscepta liberorum tutela legitima nubit, secundo antequàm eis tutorem fecerit ordinari: & quod eis debet suggestione tutelæ, solueret, & etiam plus punitur, quia non succedit filijs abintestato, nec ex testamento, seu ex vi substitutionis, si forte filius moriatur in pupillari ætate: sed superior succedit vsq; ad tertium gradum, vt dictum est. probatur hic, C. ad Ter. l. omnem. & in Authen. de nup. §. si autem tutela. nõ. infra de delic. pue. sub §. illud. per Host. & eędem imponuntur pœnę ei, quę parit in 11. mense, vel intra tempus luctus stupro cognita est, quia hæc decies millies plus peccauit, ꝗ ea quæ nupsit, vt in Authen. de re. & ea quæ pa. §. virum. Cum autem mulier post diuortium culpa sua factum nimium festinat nubere, dicit lex quòd ma. est ipso iure nullum. hic exaudias secundum ea quæ notantur in summa de matrimonijs, per Host. §. qualiter impediatur. & ipsa est infamis & dotem amittit, C. de repudijs. l. cõsensu. §. hæc. vbi sic vidisti de pœna, quæ imponitur ꝓpter nimiam festinationẽ, qua specialiter mulier astringitur, non maritus. Restat videre de illa, quæ imponitur propter non seruatam affectionem filijs prioris matrimonij. quæ communis est viro & mulieri: & quam patiuntur etiam, si post tempus luctus nubant: in hoc enim casu punitur parens in rebus proprijs, nec enim donare secundo marito ex causa dotis vel donationis, quæ morte confirmari solet: nec in vltima voluntate relinquere, vltra quàm vni filiorum prioris matrimonij, cui matrimonio portio derelicta est, nec tantum legitima aliquis ipsorum defraudari debet, nec ex causis quę inofficioso querelas excludunt, & quod de matre mea, idem de auia mea subaudi, si mater non superfit: & de auia & de patre meo auo, vel proauo: & si vltra quàm vni ex filijs prioris matrimonij detur secundo viro, vel secundæ vxori, ipso iure non valet, sed applicatur filijs prioris matrimonij, l. hac edictali. C. eo. l. sed. l. vltima vult, quòd applicetur nedum liberis prioris matri. sed & secundi: sed authen. vero. ibi posita resuscitat l. hac edictali. & dicit, quòd ad solos liberos prioris matrimonij pertinet: & si quis eorum moritur relicta sobole legitima, ad eam defertur, vt in Authen. de nup. §. optime vero. colum. 4. Nec obstat C. de dona. ante nupt. in l. si liberis. nec enim dico, quòd teneatur mulier seruare dotem filijs prioris matri. sed tantum tenetur dare cuilibet ipsorum, vt dictum est: quantum tamen dat secundo viro, undecunque proueniat. Sed illud quæritur, quod tempus debeat aspectari,

ctari, vt sciamus an tantum reliquerit. & dicit aut aspectandum tempus mortis binubæ, vel binubi parentis: potest enim esse, quòd hæc mulier legauerit, vel inter viuos donauerit secundo viro, vltra quàm vni filiorum: sed postea reuocauit, quia am-
a bulatoria est voluntas [a], vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. ait oratio. Item potest esse, quòd omnia dedit in dotem secundo marito, sed quia mortua muliere ad filios redire debet, nulla querela hic opus est, vt in Authen. de nup. §. quia vero, hactenus. sed si ponas mulierem pactam de dote lucranda, tempus dotis considerandum est, non tempus mortis, cum vnius simplici voluntate tale pactum immutare non possit, si est lata; immo & si alterius voluntate vellet diminuere dotem, & dotis pactum in præiudicium filiorum, non liceret ei, vt C. de dona. ante nup. l. penul. §. vltra. nec dicas illam l. corrigi per authen. immo confirmatur, vt in Authen. de nup. §. de argumentis. item punitur hæc mulier in his omnibus, quæ consecuta est a priore marito, qualitercunque ad eam peruenerit quo ad proprietatem: nam vsumfructum in die vitæ suæ retinet, vt in Authen. de nup. §. si vero expectet. & C. eo. l. fœminæ. & defertur proprietas filijs prioris matri. siue sunt hæredes vtriusque parentis, vel alterius, vel neutrius: licet olim saltem posterius oporteret esse hæredes, repelluntur autem, si sint ingrati viri, vel saltem posterius morientis, vt in Authen. de nupt. §. solutio igitur. ibi, & dabuntur &c. & §. quoniam infirmas. ibi, super his quoque lucris &c. & si quidem sunt aliqui ingrati, alij grati, ad gratos æqualiter defertur hoc beneficium: & si res mobiles fuerint, nihilominus concedatur mulieri vsusfru. si idoneam fideiussionem præbuerit, quòd earum rerum precium vel easdem res restituat liberis prioris matrimo. vel eorum filijs, & taxabitur precium per arbitros communiter electos, sacramento præstito de æstimatione iustè facienda: quòd si fideiussionem præbere non potest, vel non vult, prædictæ res apud liberos prioris matri. manere debent, si tamen & ipsi idoneam fideiussionem præbuerint mulieri, quòd vsumfructum vel pro vsufructu ipsarum rerum præstent secundum precium taxatum tertiam partem centesimæ vsuræ singulis annis: vel si liberi omnes moriantur, antequàm mater res omnes mulieri restituat: sin autem aurum erat in donatione vsurarum, cautio exponitur, vt dictum est, nisi exigitur aurum ab hæredibus, nisi & viri substantia aurum habeat: & idem intelligas de qualibet re mobili, ad quam soluendam non sufficit defuncti substantia: sed si neuter hanc fideiussionem præbeat, vel offerat, eædem res apud mulierem remanebunt vsque in diem vitæ suæ, & bona sua omnia tacita pro his restituendis obligabuntur ex eo die, ex quo hæ res ad se peruenerint, vt C. eod. l. hac edictali. §. his illud. & in Authen. de non eligen. secundo nuben. §. aliud no. colla. j. & de nup. §. quia vero. sed si vterque offerat satisdare, aut inter se concordabunt, aut forte finietur: alias mulier præferenda est, sicut prope dixi, quando neuter refert, quia contrariorum eadem est disciplina. sed hoc intellige, vt supra de pig. c. cum constet. quod autem dixi de tertia centesimæ vsurarum, hodie non tenet, cum vsuræ reprobatæ sint
b vtroque testamento [b], vtraque lege, c. super eo. infra de vsur. vnde hic & similia supple, & interpreta per decreta. supra titu. j. c. per vestras. scilicet, vt pecunia ponatur ad aliquam mensam, & partem honesti lucri accipiet mulier vsufructuaria loco vsuræ, vt ibi dicitur, vel dic vt no. per Hostien. in sum. infra de vsur. §. an aliquo casu. ver. 7. in fi. Quod autem dixi res restituendas mulieri mortuis liberis omnibus prioris matri. intelligas, si decedit sine liberis, & abintestato aliter liberi succedunt liberis, & liberi prioris matrimo. possunt testari inter fratres, vt tantum falcidia sua non priuetur mater. Item abintestato, succedit mater vnà cum fratribus & sororibus defuncti in virilem portionem, vt tantùm in rebus, quæ ad defunctum a patre perueniunt, habeat mulier vsumfru. tantùm, vt in Authen. de nup. §. hic nos. & §. quoniam mater. in donatione autem propter nupt. si vir non fecit pactum de lucranda dote, idem est quod dixi de alijs rebus. Sed pone, quòd pacta sint de lucranda tertia parte donationis propter nuptias, si filios non haberet, si vero haberet, lucraretur totam: si decedat unus ex filijs, succedet, nisi in tertiā partē eius partis, q̄ cōtingebat de lucratis ex donatione pp nuptias, quasi uideatur æquipollens, siue non habeat filios, siue habeat, sed decedant: & si mulier aliquid ex his rebus alienauerit, confirmatur alienatio pro supradicta portione: pro alijs autem partibus, in quibus succedant fratres defuncti, alienatio nulla est, quòd si nulli fratres supersunt, & si mulier insolidum hæres extet, confirmatur in totum alienatio: sed & fratres ab hac successione repelluntur, si defuncto ingrati extiterint uolentes ei parare mortem, aut criminaliter inscriptionem, aut subiecturam, ut in Authen. de nupt. §. quoniam infirmitas. & quoniam ingratitudine. & §. hic nos. uersic. patet. quod est uerum, si nubat mulier ante mortem filij. Et ideo corrigitur Authen. de non eligen. secundo nuben. §. cum igitur. quod dicit indistinctè eam uocari in plenam proprietatem: & tunc illa authen. corrigebat C. ad Ter. in l. successione. sed illa prior authen. corrigitur per hanc posteriorem, de nup. & sic l. C. resuscitatur. Item no. tria genera rerum, dotem, uel donationem propter nupt. in quibus tene quod no. per Hostien. de dona. inter uir. & uxo. super rubri. de dona. propter nuptias. Item illa, quæ obueniunt filijs ex hæreditate paterna, in quibus non succedit mater, nisi quo ad usumfru. ut in Authen. de non eligendo secundo nuben. §. hic nos diu perscrutantes. Item ea, quæ obueniunt filijs ex hæreditate paterna, sed aliunde, & in eis succedit mater etiam quo ad proprietatem, ut in Authen. de non eligendo secundo nuben. §.
3 cum igitur relinquendum. † Quæcunque autem dicta sunt de muliere secundo nuben. idem intelligendum est de uiro secundo nuben. præterquàm in cautione & satisdatione, quæ non uidetur posse interponi inter patrem & filiumfami. ut ff. ad Treb. l. Imperator. & C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. non autem. si uero nullus ad secundum matrimo. conuolauerit, uir dotem,
c quam lucratus est a priore uxore, seruare tenetur filijs [c], scilicet prioris matrimo. ut in Authen. neque uirum quod ex dote est. colla. 8. sed hodie conceditur uiro & uxori uirilis portio secundum numerum in dote & donatio propter nupt. ut aliquid amplius habeat is, qui secundo non nubit, eo qui secundo nubit. alia autem quæ lucratur vir vel mulier a præcedenti, habet in plenam potestatem, vt in Authen. vt fratrum filij. §. vlti. colla. 9. & C. eod. l. hac edictali. §. vlti. tamen lucrum in alio expressim non transfert, præsumitur ea seruare filijs prioris matrimo. hæredem ergo extraneum instituendo, non videtur filijs adimere, no. in Authen. de nup. §. eo igitur. sed per l. C. adimere videbatur extraneum instituendo pro ea parte, pro qua hæres extat, vt C. eod. l. si quis. §. j. & 2. & oportet scire, quòd in ista materia sunt tria iura, primum ius codicis, quod loquitur per distinctionem, an mater nubat ante mortem filij: & tunc mater succedit filijs, sed debet reseruare filijs suis ex eodem matrimo. natis, vt C. de secun. nupt. l. fœminæ. in fi. Aut nubat post mortem filij: tunc bona, quæ filius habuit aliunde quàm a patre, mater habet pleno iure: bona quæ habuit a patre, tenetur seruare alijs filijs ex eodem matrimonio descendentibus, intelligitur vt supra dixi, vt C. ad Tertul. l. mater. Secundum ius est ius Authē. in corpore de non eligendo secundo nuben. §. cum autem. colla. j. per quod ius corriguntur prædicta iura, quia siue mater nubat ante, siue post, succedit pleno iure. Tertium fuit ius, vt in Authen. de nup. §. hic nos. per quod in bonis paternis redditur ad distinctionem l. mater. quando mater succedit filijs abintestato.

ADDITIONES.

a ¶Voluntas. Adde bonum tex. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Specu. de arbi. §. sequitur de quibusdam. in pe. char. ver. sed nunquid verbum.

b ¶Vtroque testamento. Adde Do. Soci. consi. 2. inci. Sequendo ordinem. versi. circa 3. q. circa prin. in j. parte, char. 3.

c ¶Seruare tenetur filijs. Adde Do. Soci. consi. 263. inci. Capio primum consultationis articulum. ver. circa secundam est. in 2. parte, char. 166.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ secundæ non benedicuntur, & quare, & qualiter puniatur benedicens.*

2 *Nuptialis benedictio non est sacramentum, sed rei sacræ signum. Sacramenta quæ iterantur, & quæ non.*

CAP. I.

1 CApellanum. † Breue est: Presbyter benedicēs secundas nuptias suspenditur, & ad Apostolicam sedem mittitur. hoc dicit, secundùm Cardin. Flor. In tex. ibi, cum secunda. alias benedicta. uel cum secundo, alias benedicto, ut infra e. in c. uir autem. In tex. ibi, suspensum. ipso iure secundum aliquos. Hostiē. contra, quòd per sententiam: quod uidetur uerius. Nota primo, quòd secundæ nuptiæ non benedicantur. & no. pœnam benedicentis. Nota secundo, quòd aliquis suspenditur ab alio quàm a Papa, & absoluit solus Papa. simile de præben. c. graue. secundùm Hostien. & hoc colligitur exponendo literam, ut supra, quòd hic fit suspensio hominis. Nota tertio, quòd graue crimen est benedicere secundas nuptias, quod patet ex graui pœna, quæ imponitur, arg. de cleri. excom. mini. c. latores. & dicit Ioan. An. debere hoc intelligi de sacerdote, qui benedicit secundas nuptias scienter contractas

contractas viuente prima: aliàs nō vr, q tanta pœna deberet imponi pro tali delicto. No. quarto, casum reseruatum sedi apostolicæ. Egid. & Bona. dicunt quòd hic non est de casibus reseruatis, sed fuit specialis prouisio. volunt dicere, quòd in hoc facto specialiter Papa sic voluit. primum verius videtur, argum. c. in causis. de re iudic. & placet Cardin. Flor. hic dicit, quòd hoc potest procedere intelligendo vt supra intelligit Ioan. And. quòd hic scienter benedixit secundas nuptias contractas viuente prima: quia tunc hoc est graue crimen. & specialitas ista recte in hoc casu procederet: nedum enim non debuit benedicere, sed etiam præsentiam præstare, argumen. c. fin. de clandest. desponsa. & intellectus Ioan. And. sumitur ex glo. cum respondet ad c. hac ratione.

2 Glo. est vnica, & quærit de ratione, quare † secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ: & reddit triplicem rationem. primam reprobat: & cum dicit glo. quòd secundam accipere est fornicatio, vera est, quia sicut fornicatores benedicendi non sunt, sic nec secundo contrahentes, quia aliàs benedicti fuerunt, secundum Hostien. In fi. glo. not. glo. quòd benedictio mulierum est sacramentum. dicit hic Ioan. Andr. fateor verum, quod est sacramentale, vel sacræ rei signum, sed stricte non est sacramentum, nec est de illis septem, de quibus satis per ipsum de sacra vnctione, super rubri. & per glo. in c. veniens. de transact. ex hoc not. quòd nedum sacramenta, sed etiam quæ habent signum sacramenti vel sacramentalis rei signum non reiterantur. facit quod not. glo. in verbo, benedici. in clem. attendentes. de statu monac. vbi benedictio abbatis non est reiterabilis, quia ab ipsa dependet ordinis potestas: & videtur signum sacramentalis ordinis. sed contra hoc tamen facit, quia corpus Christi, pœnitentia, extrema vnctio reiterantur, & tamen sunt sacramenta. dic vt dicam in c. vir. nam sacrameta, in quibus imprimitur character, vel signum, vel figura characteris, non recipiunt reiterationem, alia sic, vt not. glo. in cap. vir. infra eod. titu.

S V M M A R I V M.

1 *Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet: sed si prius contraxit, reddat, sed non exigat: & si postea sciat primam viuere, dimittat secundam.*

2 *Absentia sola de iure canonico non soluit matrimonium, donec habeatur certitudo de morte coniugis: & coniunx non debet contrahere, nisi constito de morte alterius coniugis.*

Constitutio concernit futura tantum.

3 *Coniunx quando dubitat de morte coniugis, quid agere debeat.*

4 *Coniunx quando putat coniugem defunctum, non est adulterium: secus si scit virum viuum, & remaneat cum secundo, tunc est adulterium.*

C A P. I I.

1 DOminus. Dubitans † de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet: sed si prius contraxit, reddat, sed non exigat: & si postea sciat primam viuere, dimittit secundam, hoc dicit secundum Ioan. And. ¶ Et sicut sunt tria dicta, ita tres sunt partes. secunda ibi, si vero. tertia ibi, si quid. & dicit Hostien. & bene, quòd hæc decretalis est plene expedita supra de spon. c. in præsentia. ideo non est insistendum. No. primo iungendo literam cum subscriptione, quòd existens in captiuitate hostium potest contrahere matrimo. nam in suprascriptione loquitur de Christianis captis per saracenos, & permittitur eis quòd contrahant cum eis, si constat de obitu alterius coniugis, secundum Ioan. And. hic in verbo, nobis. & dicit Ioan. Andr. hoc esse contra id, quod not. Innocen. in c. cum locum. de spon. sed dic quòd Innocen. loquitur aliter: loquitur enim quòd captus ab hostibus, qui seruus est, non potest constituere procuratorem ad contrahendum, sed ipsa bene potest contrahere. pro hoc facit de procura. c. accedens. No. secundo, quòd sola absentia de iure ca-

2 nonico non † soluit matrimo. donec habeatur certitudo de morte coniugis: & coniunx non debet contrahere, nisi ei constet de morte alterius coniugis. de hoc in glo. j. & in c. in præsentia. de spon. vbi expeditur materia huius cap. No. tertio ibi, amodo. q constitutio concernit futura tantum, de constit. c. 2. & fin. dicit tamen Innocen. & Ioan. An. hic super verbo, amodo. quòd licet post hoc non debeat contrahere, nisi habito nuncio certo de morte coniugis, tamen si ante contraxit, est seruādum id quod dicitur hic in ver. si vero quisque. pro hoc secundum Hostiens. quia subest eadem ratio: ergo idem ius, argumen. de consangui. & affinit. c. tua. No. quarto, quòd in dubio præsumitur pro matrimonio: de hoc in gl. 2. No. quinto, quid agere debet coniunx,

3 quando dubitat † de morte coniugis: quia non exigit debitum, sed reddit: si autem bona fide prius contraxit, quasi certificata de morte, & postea constet de vita: & tunc si certe constet, debet relinquere, si non sit certa, & tamen inclinat animus, quòd viuat, non exiget, sed reddit, non tamen debet esse nimis credula, vt not. supra de eo qui dux. in matrimo. c. veniens. c. illud. de cleri. excommun. min. & quod ibi no. semper tamen sequatur conscientiam, de senten. excommun. c. inquisitioni. secundum Hostien. de frigid. & malefic. c. fraternitatis. Glo. prima alleg. vbi expeditur materia huius decre. Glo. secunda colligit in dubio præsumendum esse pro matri. in fi. oppo. & soluit, vt ff. de iure do. l. in ambiguis. sequitur pro dotibus respōdere melius est. & cum glo. allegat c. iuuenis. de spons. dicit Hostiens. quòd non est simile, sed contrarium, quia ibi non præsumitur pro matrim. dicit ergo, quòd vbi potest esse matrim. & constat de contractu, præsumitur pro matrimo. dic ergo, quòd vbi potest esse matrimo. quia tunc quod est vtilius animæ, tenendum est, vt ibi. dicit quòd illud c. facit pro glo. de hoc de præsumpt. c. illud. in glo. sed quare. Glo. vlti. primo oppo. in litera, secundo ibi, & est argum. arguit & soluit. & dat simile per modum conuersum. In glo. ibi, si alter. aliàs incipit, Iulianus. si alter ex litigatoribus iudicem solum heredem vel ex parte fecerit, alius iudex necessario sumendus, quia iniquum est aliquem suæ rei iudicem facere. In fi. glo.

4 quando coniunx putat † coniugem defunctum, non est adulterium, cum non committatur sine dolo, l. penult. ff. de adulte. 32. quæstio. 5. c. proposito. 34. quæst. 2. c. fin. aut scit virum viuum, & est adulterium, si remanet cum secundo: statim ergo debet recedere, vt de frigid. fraternitatis. c. inquisitioni. de senten. excommunica. aliàs non debet esse nimis credulus, vt supra dixi in vltimo notabili.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramentum benedictionis non debet iterari.*

Sacramenta duo iterantur, scilicet pœnitentia, & extrema vnctio.

Rebaptizans, & rebaptizatus punitur vltimo supplicio.

2 *Nuptiæ an benedicentur, si mulier sit corrupta, & nunquam fuit benedicta, nec vir benedictus.*

3 *Papæ consensus requiritur in sacramentalibus ad consuetudinem inducendam. & 5.*

4 *Sacramenta tria non sunt iterabilia, baptismus, confirmatio, & ordo.*

Pœnitentia an iteretur.

C A P. I I I.

VIr autem. Ioan. Andr. non summat, quia breue. Vel sic secundum Butrig. Aliàs bene dicta iterum non benedicitur, nec alter ex eis, si alter vel ambo fuerint aliàs benedicti. hoc dicit. Primo dictum. Secundo ratio. secunda ibi, quia. In tex. ibi. vel aliàs. secundum Ioan. Andre. pro, & sumitur, vt ff. de verbor. significatio. l. sæpe. In tex. ibi, ad bigamiam, idest ad secund. nupt. per quas solum contrahitur bigamia, 26. quæst. j. c. j. ij. & 3. & de bigam. c. j. & 2. No. primo, quòd bigamus non benedicetur, & dicitur biga. quia plures habuit vxo. No. secundo, quòd solus presbyter potest benedicere sponsas. facit c. super. 1. No. vltimo, quòd sacramē-

1 tum benedictionis † non debet iterari. & per hoc colligitur ratio, quare secun. nup. non benedicuntur. de quo in glo. fin. Glos. secunda ponit rationem, quia est prohibita iteratio benedictionis. secundo ponit duo sacramenta, quæ iterantur, scilicet pœnitentiam, & extremam vnctionem. tertio de pœnitentia solenni subdit de consuetudine circa iterationem benedictionis nubentium. secundo in glo. prima & secunda. Rebaptizans & rebapti-

2 zatus, si sit doli † capax, punitur vltimo supplicio: & in eo quod dicitur hic in glo. quòd sacramentum benedictionis iterari non debet, quia fit iniuria primæ benedictioni: dicit glo. vt refert Ioan. And. respiciendo, est consummatio matrimo. cum alio: nec quòd sola mulier dicatur benedici, sed inspicitur benedictio semel data, quæ vtrique communis est, nec benedicitur mulier sine viro. ergo quicunque talis ad secunda vota transeat, non reiterabitur benedictio, quia quomodo per carnem benedictam non benedicta per copulam coniungitur, intelligitur benedici, sicut dicitur de oleo non sacro, de consecratio. eccles. vel altar. c. aqua. vt etiam sanctificatur vir infidelis per vxorem fidelem, & econtra, ad Corinthios septimo. 28. quæst. j. §. j. & c. si quis super. aliàs est ver. in eod. §. & remittit Hostiens. eod. titu. ad sum. §. an licitum sit. vbi latius. Et ex his dictis Hostiens. notabiliter

3 colligitur, quòd dato quòd mulier † sit corrupta, tamen si nun-

a quam fuit benedicta, nec vir benedictus, benedicentur nuptiæ[a], quia non reperitur prohibitum. & ex hoc in eo. §. ver. sed quid si duo. & ex his non videtur, quòd procedat quod dicit hæc gl. in fi. cum dixit, quòd quando quis duxit secundam virginem, iteratur

A D D I T I O.

a ¶ Benedicentur nuptiæ. Vide Hu. Card. & Alexand. de nouis.

ratur benedictio secundum consuetudinem quorundam locorum: talis enim iteratio reprobatur per hanc decre. vt dicit Ioã. And. super ver. quorundam locorum, vt not. gl. & notant Pet. & Abb. s. eod. c. j. multum tamen iuuabit hæc consuetudo secundũ Io. And. hic, quam quidam approbant hac ratione, quia vt apparet ex forma benedictionis, tota benedictio fundatur super muliere, ex quo mulier nunquam fuit benedicta, benedictio dabitur, quia in viro nil intelligitur iterari: & tamen hoc vt videtis terminatur contra. Nota tamen glo. quæ intellexit consuetudi-
3 nem valere, si†Papa scit & tolerat: aliàs non licet secundum ipsam. & sic solet ista glo. pro singulari allegari, quòd etiam dato quòd in aliis communiter non requiratur ad esse consuetudinis consensus superioris, vt not. in c. fin. de consuet. tamen in sacramentalibus ad consuetudinem inducendam requiritur consensus superioris, idest Papæ, quod notate ad limitationem illius articuli. Panor. in c. j. de treu. & pa. an sententia Papæ requiratur in consuetudine inducenda contra ius. vide notata in c. fina. de consuet. de qua hic, facit secundum Card. Flor. quia in quibusdã locis vir non benedicitur, sed tantum mulier, quam duxit secundo vel tertio, vel vlterius, siue sit virgo, siue corrupta, dummodo aliàs benedicta non sit: secus si alias ipsa & vir fuerint benedicti
4 vt dictum est supra in princ. In ead. glo. cum dicit, ꝙ†extrema vn-
a ctio[a] non sit sacramentum, male dicit secundum Ioan. And. hoc ipse no. de sacra vnctione, & de sacra. non iter. s. in rub. sed non dicitur sacramentum quo ad imprimendum characterem, vt ibi no. tria enim sacramenta non sunt iterabilia, Baptismus, Confirmatio, & Ordo: quia in his tribus character imprimitur, & q̃d sit character, vide ibi per Ioan. An. & cum glo. allegat. c. manus. vide ibi, quę glo. ponit q. an manus impositio reiteretur: & quot modis manus imponatur, quia alia consecratoria, alia confirmatoria, alia reconciliatoria, alia curatoria. & dicit quòd manus impositio, quæ fit publicè pęnitenti, est sacramentum, & non iteratur, & conuenit tm̃ epis, 26. q. 6. c. j. 50. dist. in capite &c. c. quamuis. & c. gl. tamen hic secundum Gratianum dicit, quòd per consuetudinem iteratur, de pœniten. dist. 3. §. ex persona. & pro hac parte facit de pœni. & remiss. c. j. & quod Goff. not. vt dicit, quòd sacramentalis pœnitentia, quæ designat expulsionem, adhæsit de solennitate, de qua in d. c. in capite. & ex iteratione delicti videbatur iterabilis. In contrarium tamen facit præallegatum ca. quamuis. & glo. in præalleg. c. reperiuntur. de pœnit. distin. 4. gl. in fi. no. quòd vt valeat consuetudo, quòd virgo ducta per bigamiam benedicatur, est necessaria scientia Papæ. Adde secũdum Io. And. 4. dist. §. leges. in j. glo. & idem hic tenet, quòd hoc tenet glo. Hostien. qui allegat de cognat. spirit. c. j. & fin. & c. super eo. vbi de hoc. & de tempo. ordinan. cap. 2. Et ex his not. secundum
5 But. hic, quòd vt valeat consuetud o†contra ius in huiusmodi sacramentalibus, exigitur tacitus consensus Papæ: & tunc stante consuetudine, cum aliquis secundam duxit virginem vxorem, iteratur benedictio secundum consuetudinem, vt dictum est supra. aliàs vero fieret iniuria primo sacramento, seu sacræ rei signo, quia conferendo videtur non fuisse collatum, quod est iniuriosum ipsi benedictioni, quæ est signum rei sacræ, scilicet matri. glo. hic: & benedictio talis fuit sacramentalis actus, & perfectus, quæ quare nõ posset vitiari per eum, qui semel benedictus est, vel benedicta, etiam si illabatur in peccatum, ideo non iteratur, quia ex se est inuitiabilis, nec regulatur vel bono vel malo statu eius, qui benedicitur: nam quæ non est in peccato contrahens matri. potest benedici per sacerdotem, quemadmodum existens in peccato contrahens matri. potest benedici per sacerdotem, quemadmodum existens in peccato potest matri. contrahere, c. significauit. de eo qui duxit in matri. pœnitentia autem, corpus Christi, extrema vnctio, licet in se sint inuariabiles, tamen regulantur secundum bonum vel malum hominis, ideo cum homo labitur in peccatum, est opus reiterare remedium, cum talia sint inducta remedia ad remissionem peccatorum: benedictio autem nubentium non inducit remissionem, nisi alia præcedant, quemadmodum contractus matri. licet matri. sit sacramentum, non inducit remissionem, nisi aliud præcedat.

ADDITIO.

a ¶Quod extrema vnctio. Vide de ea in clem. j. in prin. ff. de priuil. & per Landul. in tit. de extrema vnct. & est iterabilis. Card. ibi, 9. q. & in princ. & not. in c. veniens. de transactio.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens infra annum lugubrem non incurrit infamiam: & de tempore luctus mulieris est annus a morte viri numerandus.*

2 *Mulier potest nubere in domino solu. matrimo. & quomodo intelligatur verbum, indomino.*

Vxor Alexandri occidit nutricem suam, quæ sibi secundas nuptias incontinenti suadebat.

3 *Matrimonia debent esse libera, & ad leges non spectat illa determinare, super his pœnam imponendo.*

CAP. IIII.

1 SVper illa. †Mulier nubens infra annum lugubrem infamiam incurrit. hoc dicit cum sequentibus. Primo quęstio. Secundo sol. secunda ibi, respondemus. In tex. ibi, tempus luctus. infra annum. In tex. ibi, nubat in domino. dic in domino secundum canones vni soli, & non multos inhoneste admittat. In tex. ibi, infamia. & omnis iactura, de quo dic vt in rub. & in c. proxi. No. primo de tempore luctus mulieris, est annus a morte viri numerandus: vnde secundum Ioan. And. hic in verbo, tempus. si vltima die anni audiat mortem, ead. die ponet & deponet vestem lugubrem, vt ff. de his qui no. infa. l. genero. maritus tamen non cogitur lugere vxorem, ff. de is qui not. infa. l. vxores. nec sponsi aliquis luctus est, vt in ea. l. refert tamen Valerius, vt hic refert Ioan. An. quòd Senatus post cladem apud Cannas iussit matronas vltra triginta dies non lugere, vt necessariis possint intende-
2 re. No. secundo, quòd sol. matr.† vxor potest nubere in domino. de quo in glo. j. & cum dicit litera, inducit. ergo non contra canones, quia tunc non esset in domino, sed contra dominum, vt patet ex notatis de consang. & affinit. c. de infidelibus. & c. non debet. secundum Hostien. & dixerunt Pet. & Abbas in c. j. s. eo. hoc verbum, in domino. poni tripliciter. primo sic, idem est regulariter, 7. q. j. c. sicut. & sine suspitione turpitudinis, 30. q. 2. §. j. secundum Ioan. Andr. & quælibet harum expressionum potest tolerari. dicit tamen Cardi. hic, quòd sensus huius verbi videtur ortus a consuetudine loquendi: nam dici solet, facias cum domino, idest licenter. & est modus promittendi. statim ergo nubere potest, ex quo tempus non adducitur, vt in glo. j. in fi. Instit. de verb. obliga. §. omnis. vbi dicitur, quod pure promittitur, statim potest solui. ergo honestati suę cõsulat mulier, quasi honestum non videretur vt statim faciat, vt refert Hie. contra Iouinianum, quòd vxor Alexandri occidit nutricem suam, quæ sibi secundas nuptias incontinenti suadebat, vt refeet Ioan. And. super glo. j. & Hostien. dicit secundum eum, quòd licet mulier statim venire posset parata ad contrahendum, vt hic, & de despons. impub. c. puberes. non tamen creditor tenetur venire cum sacho paratus debitum soluturus, ff. de solutio. l. quod dicimus. No. tertio
3 & vltimo, quòd ad leges † non spectat determinare matrimonia super his pœnam apponendo, de spon. c. j. debent enim esse matrimonia libera, de sponsalibus, c. cum locum. & c. requisiuit. nõ obstante ergo lege ciuili, quę est contra dictum Apostoli, nubat mulier in domino mortuo viro, cui voluerit, & quando voluerit, secundum Host. & Io. An. in verbo, voluerit. & dic, voluerit, idest quem sibi aptum putauerit, quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus solent habere, de sponsa. c. requisiuit. secundum Petr. & Abb. posset hic formari nota. quæstio: pone quòd quis scienter contraxit matr. cum coniuncta in gradu consanguinitatis quarto prohibito a iure ciuili, nunquid incurrat pœnam legalem. de qua in l. si quis incestum. C. de secund. nupt. & in authen. incestas. posui in arbore consanguinitatis, & Cald. ponit in rubr. de consang. & affin. consi. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quæ nubit infra annum luctus, secundum leges incurrit infamiam, non autem secundum canones, quibus in hoc statur. 3.*

2 *Leges ciuiles, & præsertim in spiritualibus, subijciuntur apostolorum dictis & canonum.*

3 *Lex ciuilis vbicunque disponit circa actum spiritualem, pœnam apponendo, per quam intimidatur actus, non est seruanda.*

Statutum particulare laicorum an possit quicquam disponere circa matrimonia, vel ab eo dependentia: & an standum sit legibus imponentibus pęnam transeuntibus ad secunda vota.

4 *Maritus si relinquat centum annua vxori, si in hospitio suo vixerit, si transeat ad secunda vota, & ducat maritum ad domum primi mariti, non habebit legatum.*

5 *Voluntas mariti relinquentis vxori centum, si secundo nupserit, an excuset a pœnis impositis transeuntibus ad secunda vota.*

CAP. V.

a CVm[a] secundum. Summatum est in c. præcedenti, & præmissa ratione ponit dictum, & soluit obstaculum. In tex. ibi, tantum in domino. idest sine alia licentia. & expone vt dixi supra c. proxi. In tex, ibi, quæ. scilicet mulier, vbi vtitur potestate.

ADDITIO.

a ¶Cum. Ad materiam huius tex. vide plene per do. Alex. de Vin. & per Fede. de Sen. consi. 36. incip. Casus talis est, maritus vxori suæ. & adde Bart. in l. liberorum. in prin. ff. de infam.

testate. Nec obstant contrariæ leges, quæ corriguntur etiam secundum ipsas legibus nouis, cum in his præsertim &c. vt in litera. In tex. ibi, præsertim. idest maxime, siue saltem. quasi dicat, in hoc ad minus non debent nobis legistæ contradicere, siue leges, secundum Hosti. In tex. ibi, imitari. sequebatur in antiqua: cum igitur disponas ad secunda vota transire, sciens quòd nubere melius est quàm vri, tuum propositum in domino commen-
1 damus.† No. primo, quòd secundum leges mulier, quæ nubit intra annū luctus, incurrit infamiam. de quo in glo. 2. secus secundum canones, quibus in hoc statur, vt hic, & supra c. proxi. No. secundo, quòd beneficium iuris non est auferendum. pro hoc in regula indultum. lib. 6. glo. Pet. hic alleg. iura, & dicit hoc beneficium ad omnes mulires extendi. & intellige secundum Vincen. vt refert in glo. Ioan. Andr. vt extendatur illud beneficium non tantum ad illas mulieres, quæ sunt, vel quas non constat esse prægnantes, sed etiam ad alias, siue timeatur sanguinis turba-
2 tio, siue non, secundum Io. No. tertio, quòd leges† non dedignan
a tur, præsertim in spiritualibus, sacros canones imitari[a], c. intelleximus. de iudi. c. j. de no. oper. nunc. & glo. vlt. alleg. de hoc iura. & ex hoc potest dici secundum Goff. vt refert Ioan. And. in fi. vlti. gl. quòd vbicunque leges ex aliqua speciali causa prohibent contrahi matri. vt infra tempus luctus propter sanguinis turbationem, siue non, secundum Io. And. vt de his qui no. infa. l. liberorum. §. j. & ij. vel ne maligna suspitio præstetur ex festinantia mulieris, vt in Authen. de rest. & ea quæ parit. §. verum si quidē. collat. 4. aliàs, vnum si quidem. vel ne dubitetur de prole, an sit primi an secundi mariti, vt C. de diuor. & repud. l. consensus. §. si vero. item in matrim. non contrahendo inter tutorem & pupillam propter administrationis subuersionem, vt C. de interdict. matri. inter pupillam & tutorem. item inter rectorem prouinciæ & prouincialem propter timorem impressionis, vt C. si rector prouinciæ. l. vnica. in his omnibus leges recipiūt correctionem per canones. pro hoc facit quod not. Hug. & Archid. 28. q. j. verū. & 29. q. 2. c. si quis ancillam. & scribit Hier. aliàs seruentur leges Cæsaris, aliàs Christi, aliud Papinianus, aliud Paul. noster præcepit, primo mihi curæ non est, quod Aristo. sed quod Aposto. doceat, vt refert Ioan. And. in fi. glo. fin. & per hoc sit expedita glo. pen. & vlt. & cum glo. plus alleg. l. 4. §. si quis condemnatus. ꝙ si minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, suppletʼ a lege, quod sententiæ iudicis deest. In glo. vlt. in §. j. col. j. est in Authen. vt clerici apud proprios episcopos. §. vlt. ibi dicit, quòd oportet sacras regulas, & diuinas sequi, non dedignari. In gl. ibi, in Authen. de eccle. ti. circa princ. ibi dicitur eccl. regulæ a quatuor consiliis statutæ vicem legum obtinent. Capio glo. 2. nam
3 expeditur † materia decretalis, & primo inducit legem, & eius causam. Secundo ibi not. tractat, an canon liberet hanc mulierem nubentem infra annum luctus a pœna legali. & primo dicit, quòd sic. Secundo ibi, quidam. ponit contrarium opinionis glo. In glo. ibi, in l. consensu. §. si vero post annum. si quidem permittimus facultatem, ne quis de prole dubitet. In glo. ibi, C. de secun. nupt. l. j. præter infamiam ponit has pœnas, vt viro secun
4 do vltra† tertiam partem bonorum in dotem non det, nec in testamentis relinquat hæreditates, legata fideicommissa, vel donationes causa mortis non capiat, perdit quicquid est sibi a priori viro relictum: & has pœnas patitur nubens infra annum luctus, cum constet prolem non fuisse mariti, & deferens contra sacramentum filiorum tutelam, vt in §. vlti. in Authen. de re. & ea quæ parit. col. 4. No. primo ex gl. duas causas, quare leges prohibent secun. nup. infra annum luctus. adde tertiam, quam supra dixi in 3. not. vt euitetur maligna suspitio ex festinantia mulieris. facit glo. hæc in 2. parte. adde & quartam causam propter maritalem reuerentiam, l. 2. C. de secun. nupt. & has quatuor causas colligit gl. in ver. suggere, in §. item in leuitico. 27. q. 2. In fi. glo. nunquid ergo mulier euitet omnes pœnas, de quibus dicitur in l. j. & in Authen. s̄. d. Gl. vt videtis, ponit duas opiniones. primo dicitur, quòd licet mulier restituatur famæ, quæ nubit infra annum luctus, tamen partem bonorum tenetur dare filiis prioris matri. vt C. ad Tertul. l. mulier. postea dicit, forte hoc est falsum de iure canonico, secundum quod nullam pœnam incurrit, in c. præcedenti. & facit id quod no. in glo. 36. q. 2. de puellis. aliàs est §. quibus. & glo. in c. cum secundum. de hære. lib. 6. in glo. in verbo, parentes. quæ sub dubio tamen præmissas pœnas forte dicit sublatas. Innoc. autem hic distinguit, vt etiam refert Ioā. And. super verbo, pœnam. inter pœnas legales: qui nupsit intra tempus luctus. quæ habentur in l. j. & ij. C. de secund. nup. & has dicit remitti, & illas, quæ infliguntur, quòd secundo nupsit, vt in Authen. de nup. §. quia vero hactenus. & §. sententia. collat. 4. & illas dicit non remitti, per not. in c. fin. de pign. & est ratio, quia prima est mera pœna, secunda prouisio filiorum primi cōiugii: ideo licet canon primam tollat, secundam non tollit, sicut nec tollit pœnam illius, quæ post receptam filii tutelam contra iuramentum vel promissionem nubit, nulla reddita ratione, l. omnem. C. ad Tertul. secundum Innoc. hic, quod hic acceptat Host. ea ratione, cum in primo casu puniatur, quia contrahit, in secundo casu punitur, quia ante contractum matri. non implet id qđ per legem obligata erat, & commode sine impedimento matri. facere posset. & dicit Host. ꝙ in primo casu tollitur pœna etiam quo ad secularem forum. faciunt no. per glo. nostram, cum dicit ꝙ non debet dici infamis in foro ciuili, qui per plures suadet rationes, secundum Host. Prima est, ꝙ matri. non sunt de foro imperiali, & institutio emanauit a non suo iudice. Secundo, quia etiam si Imperator esset Apostolus, est tamen Apostolis Deus superior, & sic eius constitutio potius sequēda, 21. dist. c. inferior. & c. cum inferior. de maior. & obe. & in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. Tertio, quia lex imperialis contraria iniusta est: & cū matr. contrahere sit res sacra, & sacramentum constitutum a domino, ergo cum contrahens non peccet, nec puniendus est, nec de bono opere dilapidandus, c. quæsiuit. de his quæ fiunt a mai. parte ca. Quid. n. si Imperator statueret, ꝙ recipiens ordines, vel missam audiens, soluat decem libras? certe contra Deum est constitutio, contra quem nihil potest: & ideo etiam correctę sunt leges secundum nos prohibentes matri. vt patet de coniug. seruo. c. j. quia per tales, si seruarentur, daretur occasio adulterandi, cū forte mulier non posset de facili continere, vt in tit. in Auth. de re. & ea quæ parit. §. verum si quidem. & c. Iordanæ. de eo qui cogno. consang. vxo. ergo talis lex reprobanda, c. fi. de consu. satis de infamia dictum erat s̄. c. proxi. sed non erat satis expressum, an leges corrigantur: quod hic exprimitur. quod patet in eo, qđ hic dicit tex. dictum est secundum verba, quæ reperiuntur in antiqua decisa. Et hoc placet Host. solutio, ꝙ prouisio filiorum primi matri. & pœna inflicta ei, qui rationem non reddit, nec intelligatur sublata, vt superius dictum est: & ratio satis est patens, hæc. n. solum liberatur a iugo viri per ipsius mortem: ibi vero perdit mulier legata ex facto suo, scilicet tutelæ susceptæ, & promissionis tunc factæ per hanc glo. Hosti. ponit Cy. in d. l. j. C. de secun. nup. & dicit Io. And. hic, ꝙ cum Cy. scribebat, communicauit ei ipse hanc glo. Ho. & videbatur Cy. respondere ad rationes Hos. negat. n. primam & secundam, dicens de prima ꝙ in foro ciuili matr. legitimationes & hæreditates agitantur. hoc non simpliciter ibi fatetur Io. And. sed tenendum dicitur, quod ipse not. de ord. cog. c. tuam. super glo. 2. & vlt. de secundo dicit ꝙ ab eo prin. descenderunt secularis, & eccl. potestas. de hoc remittit Io. And. qui fil. sint legi. c. 2. & in c. nouit. de iu. ad tertium respondet Cy. ꝙ lex non prohibet, nec punit matri. sed festinantiā, & inhonestatem, quæ est contra bonos mores. ad quartum de modo adulterandi dicit, ꝙ non necessario cōcludit. quintam, de qua supra non tangit Cyn. dum dicit, ꝙ c. satis apparet, quia hæc est mens huius decre. & c. Io. And. dicit, ꝙ de tertia & quarta tenendum quod supra dicitur, quia negari non possit id prohiberi, qđ prohibetur ad tēpus: & sic pro tempore libertas tollitur ab apostolo tradita. hinc est prohibitio ad tempus eligere, non currunt electionis tempora, c. fi. de elect. c. quia diuersitatem. de concess. præben. Item prohibito ad tempus, si prohibitioni non paret, imponitur pęna, de elect. c. j. & c. cupientes. §. cæterum. lib. 6. ad id quod dicit Cy. de festinantia & inhonestate, honestas fundatur pluribus rationibus, sanguinis turbatione, maligna suspitione, dubitatione prolis, an sit primi vel secundi mariti reuerētia, vt dictum est in 3. not. s̄. in princ. glo. Io. An. respondet, & primo ad id quod dicitur de sanguinis turbatione, istud non est generale & perpetuum: nam potest esse fęmina, in qua nō timetur turbatio sanguinis, vt quia post mortem viri peperit, vel constet virum prius secum nō dormisse per annum per infirmitatem vel absentiam. Quid ergo si exhibet se vir sibi expediens, qui si anni finem expectare voluerit, non occurret mulieri sibi similis. & Io. An. dicit vidisse de facto propter hanc causam honestissimas viduas contrahentes, ita ꝙ talia non possunt haberi, nisi cum appareant de feriis, c. licet. & quærendus est maritus in omnibus dignus, ff. de nup. l. viduæ. ne eueniat quod habetur de spon. c. dilectus. de diuor. c. ex literis. in prin. Item viduæ interdum nubūt propter oppressiones vitandas, & sic necessitas facit licitum qđ non est: nam quandoq; timetur, ne a tyranno cogatur continere, cum

ADDITIO.

a ¶ Imitari. Et dic maxime in matri. vt hic. Item in vsuris, l. j. de sum. trin. & fi. cathol in Auth. vt cle. apud proprios episcopos. §. fi. & Bal. in auth. ad hoc. j. col. C. de viu Item econtra, d. c. j. de no. ope. nunc. alleg. in tex.

re, cum sibi non expediat: facit de spon. c. cum locum. qui cle. vel vo. c. insinuatione. & licet teneamur ex pcepto viduas defendere. Isaię j. viduas defendite. 87. dist. c. 1. & c. significātib. de of. dele. c. ex tenore. & c. ex parte B. de fo. cō. videmus tñ de facto illas nō defendi. Quid ergo peccauit ista, q nō ꝑ carnis ɔcupiscētiā, sed defensionis necessitatē ɔxit. Item dato ꝙ oīs excusatio deficiat, quale meritū illius honestatis, q exigit ab inuita: & qualis est illa reuerentia, quæ ab inuito exigitur? certe nulla, secundū Io. And. 15. q. j. c. non est. 8. q. j. c. sciendum. & Hiero. super Phi. nullum bonum dici potest, vt quod vltra non est, quàm conuenit de cōsue. quicquid etiam super hoc non valet, secundum Ioan. An. ꝙ oriri possit suspicio incontinentiæ: quia etiam potuit non oriri propter causas prædictas, & quæstionem decisam postea in tex. secundum Ho. Ad id quod dicitur de dubitatione prolis, illud non est gñale, vt s̄. fm Io. An. & s̄. dictū est in exemplo, quod s̄. ponit de muliere, in qua nō timet̄ ambiguitas & turbatio sanguinis. Et ex his cōcludit hic pro hac parte Ho. quòd omnes pęnæ, de quibus in d. l. j. & 2. C. de secun. nup. dicantur remissæ, illas autem, de quibus in l. hac edictali. & l. fœminæ. §. fi. & in Authen. de nup. §. quia vero hactenus. & si vero. col. 4. & in l. hac edictali. dicitur ꝙ creatis liberis ex ma. priori licitum non est parti vel matri transeuntibus ad secunda, aut tertia vota, aut vlterius quoquo tit. relinquere plus nouercę vel vitrico, quàm filio vel filiæ, siue vnus vel vna extiterit, si plures fuerint singulis liberis ęquas partes habentibus, non plus quàm ad vnumquemque eorum peruenerit, liceat ad victricum vel nouercam trāsferre: si verò ex inæqualibus portionibus ad eosdem liberos memoratis modis transeūt facultates, tunc quoque non liceat testanti plus eorum nouercę vel victrico quocunque titulo conferre, quàm filius vel filia habet, cui minor portio est relicta, ita tamen quòd quarta pars, quę eisdem debetur ex legibus, nullo modo minuatur, si plus quàm statutum est nouercæ vel victrico dereliquerit, illud plus inter liberos diuidetur: & aliter quascunque res a priori marito relictas vel datas quocunque ti. fœminæ reseruant filijs, si extant, prioris matri. & hoc idem dicit l. fœminæ. §. fi. in effectu etiam habetur ea pœna in §. si vero. & in §. quia vero hactenus. s̄. alleg. vtrunq; ergo membrum, vt dixi, approbat Inn. vt dixi s̄. secundum membrum procedit, quia ex quo leges loquentes de secundo nubentibus sunt sublatæ per canones, eis standum est. & eadem distinctio Inn. in primo membro bene probatur hic, & s̄. ca. proxi. exprimitur solum de infamia, tamen idem in alijs, quæ imponuntur, quia nubit intra tempus luctus, quia subest idētitas rationis, cum nubit licite ex licentia Apostoli, super qua fundatur hoc c. præcedens. Item subest alia ratio, de qua hic, quia præsertim in mat. & alijs spiritualibus est standum canonibus, de ordi. cog. c. tuam. qui fi. sint legi. c. lator. & hanc partem tenet Fed. de Sen. in consi. 36. qui tenet, quòd mulier non perdit vsumfru. prædij a viro relicti, si nubit intra annum luctus. inducit plures rationes. Nam mat. tanquàm vnum de septem sacrametis non regulatur a iure fori, sed iure poli. nō l. sed canone. 2. q. 3. §. hinc colligitur. & leges taceant circa matri. loquantur canones, secundum quos filiafa. contrahit cum patris consensu: & siue rector prouinciæ cum suo prouinciali: tutor cum pupilla, secundum Fed. de senis. & ratio est, quia iudex laicus de huiusmodi mere spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter possit se intromittere, c. tuam. de or. cog. c. lator. qui fi. sint legi. idem in similibus, vt patet de hęre. c. vt inquisitionis. lib. 6. prouidemus. idem in repudijs, diuortijs, & impedimentis matri. stamus enim canonibus. vnde secūdum Fed. matri. accessoria & dependentia ab illis iure canonico regulantur. sed in proposito nostro canones dicunt, ꝙ mulier soluta a lege viri propter mortem viri intra annū luctus nubat, vt in c. nostro. & s̄. c. proxi. 7. q. j. ca. sicut. §. hinc etiam colligitur. Taceant ergo leges secundū Fed. Nubens ergo auctoritate Apostoli non peccat, 23. q. 4. c. qui peccat. non ergo in rebus vel fama iacturam accipit: & si in contrarium diceretur, Apostolus inijceret laqueum, contra c. literas. de resti. spo. & quod ibi no. 26. q. 2. c. de viduis. & si nulla re huius dicti habetur, sufficiant auctoritates romanorum pontificum, Inn. Papę tertij, & Vrbani tertij, de quibus glossa ordinaria in c. nostro, licèt dicat alios dicere cōtrarium. sufficiat ergo auctoritas tantorum patrum tactorum s̄. & Ioan. 2. q. 3. in fi. & in c. de puellis. 36. q. 2. Ioan. An. in c. cum secundum. de hæreticis. lib. 6. & hic videtur transire cum opi. Ho. & Dama. vt no. Host. in sum. de sec. nu. in fi. & Gof. e. tit. in sum. in fi. & Inn. & Ber. hic in prin. huius gl. Anto. de Bu. & Car. Flor. pro dicto tamen Fed. alle. glo. fin. in c. fi. 32. q. 2. quæ dicit, licet filia contrahat matri. sine consensu patris, & sic contra dispositionem legalem, nihilominus tenetur pater eam dotare, & sic agēs contra legem, potest vti beneficio legis, quæ compellit patrem ad dotandam filiam, l. fi. C. de dot. promis. de quo in c. 1. de despō. impub. & per glo. in c. de rapto. in versi. excusata. 26. qō. j. tamen Bar. singulariter hoc limitat in l. obligamur. §. j. ff. de ac. & ob. qñ filia promisit dotem: secus si est maritata sine dote: tunc imputatur marito, quia ducit vxo. sine dote, iuxta no. in c. per vestras. s̄. ti. proxi. vide quę latius dixi in c. fi. s̄. de spon. in eo tamen quod dictum est s̄. in 3. not. secundum Goff. ꝙ est sublata per canones omnis alia prohibitio legis, facta sunt matri. vt inter tutorem & pupillam, inter rectorem prouinciæ & prouincialem: nō placet do. Cardina. hoc, quòd non debemus dicere leges correctas, nisi quando hoc expresse reperitur expressum in canonibus, ar. de elec. cap. cum expediat. & istud posset esse verum quo ad pęnā, quæ imponitur: quo autem ad validitatem matri. non facit quod s̄. dixi secundum Host. de pœna mulieris, quæ post susceptam tutelam filij per iuramentum vel promissionem nubit, non reddita ratione. ita hic potest dici, quòd puniantur, si tutor nubat. & hoc dictum tenet Bal. in d. l. liberorum. qui ibi videtur sequi consilia Ray. & in l. decreto. C. ex quibus causis infamia irrogatur. & hoc dictum videtur probabile prima fronte: nam & certo casu prohibetur matri. & vsus ma. ex certa causa, vt tempore quadragesimali, & alijs temporibus, de quibus in ca. capellanus. de ferijs. & in 33. q. 4. c. non oportet. cum seq. Item menstrui tempore, 5. di. c. ad eius vero. multo ergo fortius propter hanc causam licite prohibetur ma. Quædam sunt ergo pœnæ contra ma. & odio contrahentium secun. nup. impositæ, & illę non habent locum. Quædam sunt pœnæ fundatę super fauore filiorum primi matr. vt mulier nō nubat, nisi prius reddita ratione: ex quo casu leges non sunt correctę, sed adhuc hodie durant. & ideo pœnæ, de q. bus in l. hac edictali. C. de secun. nup. & in Auth. de nupt. §. quia vero hactenus. & §. si vero. col. 3. non corriguntur, institutę enim fauore filiorum intelliguntur sublatæ per dictum Apostoli, vt no. glo. & Bar. in l. liberorum. præal. & in præal. l. j. C. de sec. nup. in princ. glo. in l. decreto. C. ex quib. cau. infa. contrarium valet, ꝙ omnis pęna apposita mulieri transeunti ad sec. nup. siue infra tempus luctus, siue post, cēseatur hodie sublata. tenet Panor. in c. nostro, & facit primo principaliter tex. cum dicit, mulier cum vtatur Apostoli concessione, non debet sustinere iacturam legalis infamię. quæ quidem ratio vendicat sibi locum in omni pœna legali, quia ducta auctoritate legis non peccat, l. Graccus. C. de adul. 23. q. 4. c. qui peccat. & clarius patet in decisa ca. nostri, in quo dicebatur, ad nullam iacturam vel infamiam debet allegari trāsitus ad se. nu. & dicit tex. ꝙ infra annum luctus libere potest mulier nubere, & impune, ex quo donat liberam facultatem cōtrahendi in qualibet parte anni. Præterea consideranti nulla ratio videtur obstare, & impediri contrahi mat. secundum Panor. primo, quia fauor filiorum non debet esse causa puniendi matres, vel impediendi mat. a Deo concessum. Item ex defectu potestatis statuentis: nam Imperator non habet potestatem interdicendi mat. ad tempus, vel apponendi pęnam, per quam indirecte tollatur libera facultas contrahendi matri. facit quod no. Io. An. in c. statutum. de hære. lib. 6. nec lex tollit hoc casu lucrum, quod ipsamet impenderit, sed tollit relicta vxori ab ipso marito: & sic sumus extra glo. c. cum secundum leges. de hęre. lib. 6. non enim negari potest, quin ex istis pęnis etiam inflictis fauore filiorum intimidetur matri. & tollatur libera contrahēdi libertas: & sic posset mulier incurrere peccatum fornicationis abstinendo se a secundo mat. ne incurrat pœnas iuris. admitterem secundum Panor. & Zochum tantum illas pœnas, quas incurrit ex facto suo, vt puta quia obligauit se ad tutelam filiorum, & postmodum non reddita ratione, nec petito tutore filijs transiuit ad secun. nup. in d. l. omnem. nam mater non punitur, quia cōtraxit, sed quia non licite administrauit, sicut tenebatur administrare, in iudicando tamen vel consulendo graue esset recedere a communi opin. Doct. quam non reperio in hoc per aliquam violatam: & ideò non attentarem venire contra opi. communem tātorum Doc. Et sic ex prædictis concludo, quòd vbicunque lex disponit circa actum spirituale apponendo pœnam, per quam timeatur actus, quòd tunc non est seruanda, vt in casu proposito. & facit quod no. Io. And. in c. statutum. de hære. lib. 6. vbi concludit non valere statutum, per quod pęna imponitur mulieri contrahenti sine consensu patris, vel fratrum. & hanc quæstionem posui in c. 1. de spon. & in c. cum locum. & hoc puto verum, & et si imponit pęnam tollēdo lucrum legis, siue a lege datum, quod est

ADDITIO.

a ¶Et alijs temporibus. Adde sa septuagesima usque ad octa. paschæ, & tribus hebdomadis ante festum sancti Io. & ab aduentu Domini usque ad Epiphaniam, c. q. c. non oportet. el 2.

eſt in contrahente cum captione: quicquid dicatur in c.cum ſecundum.de hære.lib.6.Anto.de Bu.ſequitur in c.j. de ſpon. quia cum canon permittat matr.cum raptore,vt in tit.de rap.non valet lex apponens pęnam fundatam ſuper odio mat.quia per hoc intimidatur matri. cum raptore: & in ſpiritualibus & appendicijs leges non dedignantur ſacros canones imitari, vt ſupra dictum eſt.facit quod no.ſupra de teſt.c.Raynaldus.Et ex his infero ad iſtam q. ꝙ mulier tranſiens j̃. annum luctus, vel poſtea ad ſecunda vota, euitat omnem pęnam ex ſolo trãſitu impoſitam, etiam ſi concernat filiorum fauorem.infero ad ſecundam q. q̃a pęna imponẽda per legem ciuilem,per quam intimidatur actus ſpiritualis,nõ tenet, etiam ſi tollat lucrum alias ab ipſa lege collatum:alias infero correlarium, ꝙ rapta impune contrahit mat. cum raptore,tutor cum pupilla,& rector ꝓuinciæ cum prouinciali.Item tenerem in diſputando,in iudicio vero non recederẽ ab auctoritate Doct. quos ſuperius in hac materia difficili recitaui. Quid autem ſi mulier non nubat intra annum luctus, ſed ſtuprum committit.tex.& glo.C.de ſecun.nup.in auth.in eiſdẽ. vr̃ ꝙ incurrunt pęnas eaſdem,quas ſecundo nubentes incurrũt: quod ꝓbatur in Auth.de reſti.& ea quæ parit.§.fi.& placet Car. Flo.nõ enim amplius habebit luxuria,q̃ caſtitas:quare hoc caſu pęna non erit ſublata per hoc c.& pręcedens,quæ loquuntur in nubente,qui alias facit opus licitum, nec dẽt hoc extendi, quia ſumus in delictis,ne p̃ſtemus cãm adulterij,contra c.per veſtras. in fi.in tit.pręcedenti. & p̃cipue cum canones perſuadent mat. eſſe j̃.annũ luctus,vt hoĩes arceãtur ab adulterijs, & inducantur ad caſtitatem, vt no. in proe. in glo. in verbo,i.caſtos & caſte.& continenter dr̃ viuere,qui bene & licite vxorem ſuã cognoſcit, & in illa deſeruit,vt no.in gl.in c.conuiuia.44.diſt.31.diſt.c.in cę-

4 na.dixi s̃.in rubri.de ſponſa.† Sed q̃d ſi relinquat maritus centũ annua vxori,ſi in hoſpitio ſuo vixerit, an vxor, ſi tranſeat ad ſe-

a cunda vota [a], & ducat maritum ad domũ primi mariti, habebit legatũ.habetur per Old.in cõſi.223.quod incipit, Ad q̃onem qua quæritur.& ibi concludit ꝙ non,per l.qui concubinam. §.vxori. ff.de leg.3.an vxor,q̃ ignorauit mortẽ mariti, & poſtea ſciuit, cũ iam biẽnio eſſet mortuus, teneatur ſeruare annum luctus a die mortis.& concludit Bal.ꝙ non,in c.mandatũ. in fi. col.de reſcri.

5 † Sed q̃ro pro cõplemento, an voluntas mariti relinquẽtis vxori centum,ſi ſecundo nupſerit, excuſet a pęnis p̃dictis, ſi ſecundo nubat.Et in hoc breuiter dicendũ, ꝙ aut loq̃mur de pęnis impoſitis ex eo,q̃a nubit mulier j̃. annum luctus,& illæ ex voluntate mariti tacite hoc permittentis non euitantur,q̃a ſi exp̃ſſe maritus hoc permittere voluiſſet,& non tñ potuiſſet: quod ꝓbo, q̃a infra annũ luctus nubere a iure ciuili ꝯ̃ bonos mores eſſe cenſetur:de hoc tex.exp̃ſſus in l.j. in ver. ne in his in q̃bus correctionẽ morũ &c.C.de ſecũ.nup.ſed nulla eſt teſtatoris volũtas aliq̃d ꝯ̃ bonos mores diſponentis,vt l.ſi q̃s inquilinos. §. fi. & l. ſeruo alieno.in fi.& l.turpia.in prin.ff.de leg.j.& in l.ꝯdõnes q̃ contra bonos mores.& l.ꝯdõnes contra edicta. & l. quidam in ſuo.& l. filius.ff.de condi.inſti.cũ ſi. Aut loq̃mur de pęnis, q̃ incurrũtur, q̃a poſt annũ luctus mulier ſecundo nubit,de q̃bus in l.fęminę. & l.gñaliter.C.de ſecũ.nup.& tunc voluntas viri tacita vel exp̃ſſa ſecundo nubere permittentis illas excludit.hoc aũt primo ꝓbatur auctoritate gl.ſingularis ita terminantis in Authẽ.de nup. §.duo igitur.in ver.vnũ itaq;.ſecundo auctoritate D.Bal.firmantis illam in l.filiũ quem hñtem. C.fami.erciſ. & in d.l.j. C.de ſecun.nup.in l.2.C. de his q̃ pę.no. allegantis ad hoc tex.in eo.tit. §.diſponat.Tertio ꝓbo rõne, q̃a nõ ex alio vxor ſecundo nubẽs poſt annũ luctus has pęnas incurrit,niſi q̃a ſecũdo nubendo infert aĩæ viri iniuriã,& eandẽ reddet cõtriſtatã:de hoc eſt tex. no. in Authẽ. de nup.§.q̃ no.ver.nos igitur.ſed marito conſentienti aut permittenti vxorẽ ſecundo nubere nulla infertur iniuria, vt in l.j.§.vſq; adeo.ff.de iniurijs.& C.de tranſ. l. cũ donationis.de re.iuris.c.ſcienti.li.6.cũ ſi.ergo &c. Quarto idẽ probatur ex ſnĩa gl.ordi.in Auth.de non eligendo ſecundo nubẽ.in 2.col. in ver. copulantur.quã Ange.approbat ſingularẽ in l. mater. ff. ad Ter. dicens,matrẽ ſecundo nubentem poſt annũ luctus filiorũ primi matri.voluntatẽ pęnas p̃miſſas nõ incurrere:& huius eſt rõ,licèt non aſſignetur per gl.neq; Ange.q̃a mater ſecundo nubẽdo infert iniuriã filijs primi matri.& ob hoc pęnas incurrit,vt eſt tex. in Auth.de non eligẽ.ſecundo nubẽ.in §.Gregoriana.in ver.nullã eſſe licentiã.& in Auth.de nup.§.ſoluto. ſed volenti ac cõſentienti iniuria non infertur,d.l.cũ donationis.cum alijs allegatis, igitur &c.Vlti.pars iſta corroboratur, q̃a diſpõ dictarũ legũ imponens mulieri ſecundo nubenti perditionẽ eorũ,q̃ a primo viro conſequuta eſt,nõ vendicat ſibi locũ in acq̃ſitis ex tit.oneroſo,vt ꝑ exp̃ſſum terminat D.Bal.in auth.in donatione. C.de ſecun.nup. ꝑ tex.cũ ibi no.in l.ſi liberũ. C.de do.ante nup.ſed hęc centũ percipit mulier ex legato cũ ꝯdõne ſecũdo nubendi,quę a iure reputatur onus,vt in l.q̃m in prioribus. C.de inoffi.teſt.igitur &c.& ſunt iſta verba Lud.de Ro.in cõſi.219. quod incipit, In Chriſti nomine amen,ex themate conſultationis p̃miſſæ. Et ex p̃dictis habetis deciſionẽ alterius q̃onis, ꝙ mulier ſecũdo nubẽs de conſenſu filiorũ primi matrimonij excuſatur a pęnis legalibus,ſi tñ filius legat matri.ſub ꝯdõne,ſi honeſte vixerit, nubẽdo non habebit legatũ.Ange.in §.ſoluto.in Authẽ.de nup.q̃a contriſtatur filius matre ſecundo nubente. ad p̃dictas duas ꝓximas q̃ones videte Ange.in conſi.248.quod incipit, Doctor inſignis. & ad materiam huius decretalis,& huius tituli, & intellm̃ legis hac edictali.C.de ſecũ.nup.videte ibi per Ange.& videte Pet.de Anc. in ꝯſi.96.q̃d incipit,In Chriſti noĩe &c. ex p̃dicto themate.

¶Auctorum hoc in opere, a quibus ea, quæ annotaui, excerpſi noĩa exp̃ſſim,eorũq; verbis vſus ſum,tũ vt maior operi fides inſit,quo locupletiori teſtimonio dicatur:tũ ꝙ illud Plinij in prin. naturalis hiſtorię ad hoc me impulit: eſt enim benignũ, inquit Plinius,& ingenui pudoris plenum fateri, per quos profeceris, non vt plerique ex his,quos attigi, fecerunt. Scito enim conferentem me auctores deprehendiſſe a proximis veteres tranſcriptos ad verbum, neque nominatos obnoxij profecto & infelicis ingenij eſt deprehendi in furto malè, quàm mutuum reddere,cum præſertim ſors fiat ex vſura.

A D D I T I O.

a ¶Ad ſecunda vota.Sed quid ſi vxor efficitur religioſa, vide per do.meum Soci. pulchrè & no.in conſi.10.inci.quamuis quæſtiones ſupradictæ. verſicu. circa 4.q.prin.in prima parte,char.10.& verſi.ſeq.circa 5.q.& verſic. Circa 6.quæſtionem.char.13.cum verſi.ſeq. & conſi.11. incip. Circa præſentem conſultatio.ver.circa ſecundã q.cum ver.ſeq.char.15.vbi etiam no.& pulchrè,an legatum victus & veſtitus factum per aliquem vxori ſuæ extra domum debeatur. & an in principio anni,vel de die in diem,& qualiter fieri debeat:& an ſi relicta ſit executrix vnà cum aliquibus alijs, poſſit exigere quoſcunque debitores teſtatoris pro ſuis expenſis neceſſarijs.

F I N I S.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes ſunt Quaterniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D L X X V I I I.


L
A

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM,

In Io. Anto. à S. Georgio Praepositi Mediolan. I. V. Cons. Praeclarissimi,

In Titu. secundi Decretalium, de Appellationibus, atque in earundem Quartum, Commentaria, serie alphabetica contextus, nunc recèns ita instauratus, vt sententias ipsas ac verba, quae vna litera pessime habebat, sub alia concinne repositas studiosus lector facillime, ac primo obtutu inuenire possit.



Appellante

Index.

D



E

F



Fama

Filius


G



H



I



L




M

Nomine

secus

Regula

S



FINIS.


L A





PRÆPOSIT. in 2.um et 4.^m Librum Decretal.

colorchecker CLASSIC


























calibrite

